Quæ in hoc uolumine continentur

Vitæ Aristotelis ex Plutarcho & ex Diogene Laertio.


Prædicabilia porphyrii.

Prædicamenta Aristotelis.

Sex principia Giberti poretani interprete Hermolao barbaro.

Libri duo periherminias Arist.

Liber priorum arist.



Libri duo posteriorum arist.

Physicorum libri octo.

Metaphisicæ libri duodecim.

De cœlo & mundo libri tres.



De anima libri tres.

Aethi[illegible] libri decem interprete Io. Argilopilo.

Politicorum libri octo.

Economicorum liber unus.



Libellus de moribus interprete Leonardo aretino.

Magnorum moralium Georgio ualla interprete.

Ioannes Argyropili Bizantii præfatio ad Clarissimum uirum Petrum Medicen Florētinum in Libro de uniuersalibus.


Oannes argyropilus Biyantius præclarissimo uiro Petro medici florentino. S.P.D. Memini me iamdudum magnificētissime Petre librum Aristotelis de interpraetatione & priorum eam primam partem qua ratiocinationis ortus exprimitur: tua traduxisse causa: tibique quasi lucrubationum nostrarum degustationē: studiorumque primitias attulisse. Quæ & si ad utriusque nostrum dignitatem accomodata esse uidentur. Quid enim illius diuini hominis si a me tibi hoc pacto offeratur: nō decens munus esse putabitur: tamen si eos secum libellos esse desiderant quibus ælemētis indigere uidentur: imminutum non iniuria quispiam munus & non perfectum esse putabit. Quamobrem ne id quispiam nobis uitio tribuat: censoremque rerum earum quæ ad nos pertinent inertia potius q̄ ignoratione constituamus. Libellos nunc hosce de quinque uocibus inquam: & de prædicamentis identidem causa tua traductos illis adiunxi: quorum alterum Porphyrii: alterum Aristotelis esse constat. Hi nanque illos ut scis necessario doctrina præcedunt & ælementorum ad illos sane ratione subire uidētur. Accipe igitur nunc simul omnis istos libellos ita dispositos ut natura eorum flagitat ac omnino ratio iubet. & ordine perlege omnes. Nunc enim siquid in illis prius erat obscurum his adiunctis perlectis patefiet dilucidumque euadet. Nos deinceps cætera tibi similis generis & digniora semper ut instituimus offeremus. Hoc enim animo sumus profecto. ut si in hac cura atque administratione uita nostra tota ponatur præclare actū esse nobiscum putemus nam & tuæ uirtutes præstabilissimæ & noster in te amor uehementissimus & magnitudo tuorum erga nos mœritorum propensiores sane nos semper ad ita agendum quo ad uescimur aura facit. & hoc instituto uitæ moreque uiuere persuadet. Vale fœlix & tibi persuade mihi te chariorem neminem esse. Iterum uale.

Explicit præfatio.

Liber Porphyrii de quinqꝫ uocibus Ioan. Argilopilo Byzantio:interprete.



Vm necessarium sit chrysaori & ad Aristotelis prædicamentorum doctrinam, quidnam sit genus cognoscere:quid differentia:quid species:quid proprium:& quid accidens:& ad diffinitiones etiam assignãdas:atqꝫ ad diuisiones oĩno demõstrationesqꝫ cõficiendas. sit hoꝝ utilis cõtemplatio, breuibus enitar tibi tradere ea:quæ a maioribus nostris de hisipsis suscepimus.quasi ingressum quẽdam tibi ad hæc oĩa demonstrãdo. Atqꝫ ab altioribus quidẽ contẽplationibus abstinebo:faciliores aũt afferam:quas quidẽ nunc tibi accõmodatas esse conie cto.Continuo si genera quidem & species in rerum sint rõne an in solis nudis conceptibus collocẽtur:& si corporea sint:an expertia corporis:& utrũ separabilia sint:an in ipsis sensibilibus rebus, dicere nunc omittam:quippe cum altissima sit talis tractatio:& alia maiore indigeat perscrutatione:ut de ipsis uero cæterisqꝫ propositis, magis disserendi modo ueteres, horumque maxime Peripathetici tractauere: recensere nunc, atque ostendere tibi conabor

De genere.




Idetur itaqꝫ neqꝫ genus:neqꝫ species dici simpliciter.Dicitur enim genus & aliquorum hominum aggregatio:qui quidem ad unum quippiam & inter se habent respectum, qua significatione Pelopidarum dicitur genus, quo quidem ex respectu qui est ab uno idest Pelope & multitudine eorum:qui inter se eam habẽt cõiunctionem:quæ ab illo profluxit, sic est nuncupatum:ut ab aliis generibus sit seiũctũ. Dicitur & alio modo genus uniuscuiusqꝫ principium ortus tam ab eo qui genuit:q̃ a loco in quo est quispiam ortus. Sic enim Horestem quidem a Tantalo.Hylum autem ab Hercule dicimus genus habere.& rursus Pindarum quidem thebanum:Platonem autẽ atheniensem dicimus esse.Patria namqꝫ principium est generationis cuiusqꝫ:perinde ac pater.Hoc autem significatum in promptu esse uidetur:Pelopidæ namqꝫ dicuntur qui genere descendũt a pelopæ:& Cecropidæ:qui a cecrope:& horũ quoqꝫ propinqui.Atqꝫ prius sane genus est nuncupata cuiusqꝫ ortus origo:postea uero & multitudo eorũ qui ab uno principio ceu pelope ꝓfluxerunt:quod quidẽ a cæteris seiungẽtes ac separantes totum aggregatũ pelopidarum diximus genus : Alio modo dicit̃ genus id sub quo species collocant̃ fortasse accepta similitudine a prioribus uocabuli eius significatis. Nã & principiũ quoddam eoꝝ quæ sub se habet genus tale est,& præterea uidetur multitudinem oẽm amplecti:quã m.s.infra sese continet.His igitur tribus modis dicitur genus. De tertio uero genere philosophorũ est sermo.Q uod & describentes sic assignarunt,genus id esse dicentes, quod de pluribus specie differentibus:hocipso quid est prædicat̃: ut aĩal.Eoꝝ.n.quæ prædicantur, alia de uno solo dicuntur:ut idiuidua, ueluti socrates, & hic, & hoc.alia de pluribus prædicantur:ut genera:species:differentiæ:propria:& accidentia cõmuniter:sed non cuiqꝫ propriæ.atqꝫ genus est exempli causa animal.Species homo, differentia rationale:proprium risibile:accidẽs album:nigrum:sedere.Genus igitur ab hisce quidem:q̃ de uno solo dicunt̃ hoc sane differt:quod ipsum de pluribus prædicatur.Ab his aũt quæ de pluribus prædicantur hisce differre uidetur. Atqꝫ a specie quidem hoc.species.n.& si de pluribus prædicatur:nõ tamẽ de pluribus specie:sed numero differentibus prædicatur:homo namqꝫ qui quidem est species de socrate: & platone di-

citur: qui non specie: sed numero differunt. At animal quod est genus de boue: equo: atque homine prædicatur. Quæ & specie non solum numero differunt. At proprio uero hoc. nam proprium quidem de una specie cuius est proprium: & de indiuiduis hisce. quæ sunt sub illa specie prædicatur: ut risibile de homine solo & de singulis hominibus dicitur. Genus autem non de una specie: sed de pluribus differentibus prædicatur. A differentia quoque cōmunibusque accidentibus hoc: etenim differentiæ cōmuniaque accidentia q̄q̄ de pluribus dicunt̄ ac differētibus specie: nō tamē hoc ipso qd est. sed hoc ipso potius q̄le est. Hæc dicimus prædicari. Interrogati nanq; q̄le qd est homo. ratiōale dicimus: & quale quid est coruus. dicimus nigrum: quorum rationale quidem est differētia: nigrum autem accidens. sed cum quid est homo interrogamur. animal respōdemus quod quidem est hominis genus. quare hoc quidem de pluribus inquam dici genus. ab indiuiduis quæ de uno solo prædicantur seiungit. Hoc uero differentibus inquam specie ab hisce: quæ ut species aut propria prædicantur ipsum distinguit. Illud autem hoc inquam ipso quid est prædicari. a differētiis ipsum cōmunibusue accidentibus separat: Quæ non hoc ipso sane quid est. sed hoc ipso quale est. aut quo modo sese habet quodque eorum de quibus dicuntur prædicari suapte naturā solent. Nihil ergo superfluum descriptio dicta conceptus generis continet: neque quicquā excludit. quod ad naturam generis spectat.

De specie.

Species autem dicitur quidem & de uniuscuiusque forma: qua significatione dictum est. Prima species digna est imperio: dicitur autem & de eo quod sub assignato genere collocatur: qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus: quod quidem est genus. album autem speciem coloris & triangulum speciem simili modo figuræ. Quod si genus assignantes mentionem fecimus speciei: genus id esse dicentes: quod de pluribus differentibus specie: hoc ipso quid est prædicatur: & nunc id esse dicimus speciem. quod sub assignato genere collocatur: sciendum est cum & genus alicuius sit genus & species alicuius sit species: utriusque inquā utrūque in amborum etiam rationibus ambobus uti necessarium esse. Assignant igitur speciem: & hoc modo. Species est id quod subiicitur generi. Et de quo genus hoc ipso quid est prædicatur. Insuper hoc etiam pacto. Species est id quod de pluribus differentibus numero hoc ipso quid est prædicatur: uerum hæc quidem assignatio ipsius erit specialissimæ speciei: & quæ tantummodo species est. Cæteræ uero & hisce competēt. q̄ non specialissimæ sunt. Atque id quod dicimus hoc pacto fuerit manifestum. In unoquoque prædicamento sunt quædam generalissima genera. Et quædam specialissimæ species. Et inter hæc media quædam sunt: quæ genera eadem speciesque dicuntur. Est autem id quidem generalissimum genus supra quod nullum omnino genus transcendit. Specialissima uero species ea. sub qua nulla prorsus alia species collocatur. At inter hæc generalissimum inquam genus. speciemque specialissimam sunt alia quæ genere sunt eadem: speciesque non respectu tamen eiusdem sed diuersorum. Explicetur autem id puod diximus uno in prædicamento dilucidumque fiat hoc pacto. Substātia est q̄dam & ipsa genus. ut pater atque sub ipsa quidem est corpus. Sub corpore uero corpus est animatum: sub quo animal cadit: sub quo rursus animal est particeps rationis: sub quo homo cadit: sub quo Socrates Plato Singulique homines collocantur.


Sub/stātia
corpo/rea
īcorpea
Corp⁹
aīatuʒ
īaīatuʒ
Aīatū corp⁹
sensi/bile
insen/sibile
Aīal
prīceps/rōis
expꝰ rō/ne
prīceps rōnis aīal
mor/tale
īmor/tale
Homo
socra/tes
plato

Horum igitur substantia quidem genus generalissimum est solumque genus. homo uero specialissima species & species solum at corpus species quidem est substantiae: genus autem corporis animati. Animatū uero corpus species quidem est corporis: genus autem animalis. Rursus animal: species quidem est animati corporis: genus aūt aialis participis rōnis: particeps rōnis uero aial species quidem est aialis: genus aūt hominis. Homo etiā species quidem est animalis participis rōnis: genus aūt hominū singulorum non est: Sed species solū atque omnino id omne quod est ante idiuidua & de ipsis sine ullo medio prædicatur: specis erit dūtaxat & nullo modo generis ratiōem subibit. Vt igitur substātia quia supremum est propterea quod nihil est ante ipsam: genus est generalissimum uti diximus: sic & homo quia species est sub qua nulla pspecies prorsus neque quicquā eorū quæ diuidi potest: in spē collocatur: sed & indiuiduorū species est. Indiuiduum est Socrates: Plato: atque hoc album: species erit profecto solū: ac ultra species: specialissimaque species ut diximus. Media uero species quidem eorum erūt quæ sunt ante ipsa genera autem eorum quæ sub ipsa sunt collocata: quare hæc quidem duos habent respectus unum ad ea quæ antecedunt quo species illorum esse dicuntur. alterum ad ea quæ sub se collocata sunt: quo genera illorum esse dicuntur. Extrema uero unum habent dūtaxat: generalissimum enim genus ad ea quidem quæ sunt sub se collocata respectum habent: est enim genus ut patet. Ad superiora uero nullū habet profecto cum supremum sit gēus & ut principium primum atque ut diximus id supra quod nullum inueniri genus omnino potest. Specialissima quoque spes unum habet respectum: habet enim ad supera: quorum species dicitur: ad infera uero non diuersum habet: sed indiuiduorum species dicitur. Atque in diuiduorum quidem species dicitur ut continens ipsa: superiorum autem rursus species appellatur ut continetur ab illis. Diffiniunt igitur: gēus generalissimum est quod genus est & non species: & rursus supra quod nullum aliud omnino genus trāscendit. spēm uero specialissimā hoc pacto species specialissima est q̄ spēs est: & nō genus: & rursus quæ alias in species ullas diuidi nequit. Et insuper quæ de pluribus differētibus numero hoc ipso qd est prædicatur. Media uero subalterna genera speciesque appellant: atque unūquodque ipsorum speciem genusque ponunt: non respectu tamen eiusdem sed diuersorum. Ea enim quæ ante speciem specialissimam sunt usque ad generalissimum genus genera & species, & subalterna dicuntur ut Agamennon atrides & Pelopides & tentalides: ac tādē ultimo Iouis. Verum in familiis quidem ad unum uelut Iouem plærunque principium ipsum reducitur. In generibus aūt & speciebus non ita res sese habere uidetur non enim ipsum ens: unum est omnium genus commune: nec uniuersa generis sunt eiusdem supremo genere uno ut Aristoteles inquit. Sed sponantur ut in prædicamentis prima genera decem: quasi principia decem prima. Et si quispiam omnia entia apoellet: æquiuoce ut dicit & non uniuoce nuncupabit: nam si ipsum ens commune omnium genus esset uniuoce: uniuersa profecto entia dicerentur. Cum autem sint decem prima communicatio nomine tantum est & non & ratione: ea quæ ad nomē accommodatur. Genera igitur sunt generalissima decem. Species quidem specialissimæ sunt quidem i numero quodam at non infinito. Indiuidua autem quæ sub specialissimis collocantur sunt infinita. quapropter descendere a generalissimis usque ad specialissimas species Plato iubebat. ibique stare. Descēdere uero per mediæ differentiis specificis diuidentes. Infinita autem omittere. Neque enim cadere sub scientiam possunt. Cum igitur ad specialissimas descendimus species: transeamus per multitudinem diuidendo necesse est. At cum ad generalissima ascendimus genera in unum multitudinē ipsam congregamus oportet. Species enim in

unam naturam cōgregat multa:& magis etiā genus. Particularia uero ac singularia in multitudinem ipsum unum econtra diuidere semper uidentur.speciei namq; cōicatione complures homines unus sunt homo. at unus atq; cōmunis ipsis particularibus plures. Singulare nāq; semper est diuisiuū.Ipsum uero commune collectiuū atq; unius est effectiuum suapte natura.Assignato autē genere atq; specie quidnā utrūq; ipsorū sit:quoq; quidem genus est unū. species uero plures. Diuisio nāq; generis species in plures semp efficitur:genus quidem semper de specie predicatur. Omniaq; omnino supera de inferis semper dicunt̄:species uero neq; de propinquo sibi genere:neq; de ullo supero prædicatur. Non enim cōuertitur:nā ūt paria de paribus hinnibile de equo aut maiora de minoribus:ut animal de homine prædicet̄ oportet.Minora uero de maioribus nō oportet:non enim animal hominem esse dixeris:ut hominem animal esse dices:atq; de quibus species prædicatur:de his & speciei genus:& genus etiam generis usq; ad generalissimum necessario predicabitur: nam si uerum est dicere Platonem hominem:& hominem animal:& animal substantiam esse. uerum est dicere Platonem animal & substantiam esse.Cum igitur supera semper de īferis prædicentur:species quidē de indiuiduo: genus autem de specie ac indiuiduo: & generalissimum genus de genere uel de generibus si plura media subalternaq; sint: & de specie:atq; indiuiduo prædicabitur. Generalissimum enim de generibus & speciebus ac indiuiduis omnibus prædicat̄. Genus autē quod est ante specialissimam speciem de uniuersis specialissimis ac indiuiduis dicitur: & species ea quæ est solum species de omnibus idiuiduis prædicatur: & indiuiduum de uno solo particulari.Indiuiduū autem dicitur socrates & hoc albū: atq; hic accedens filius sophronisci:si solus ipsi Socrati sit.Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur quia ex proprietatibus quodq; constat:quarum idem aggregatum nunq̄ ī alio fiet.Socratis namq; proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis tamen communis proprietates eædem in pluribus: immo uero in omnibus particularibus hominibus ut homines sunt fiunt atq; inueniuntur.Indiuiduum igitur a specie & species a genere continet̄. genus enim est quoddam totum.Indiuiduum autē pars. At species totum est:ac etiam pars: sed ut pars quidem ad aliud:ut totum autem nō ad aliud dicitur sed in aliis. Totū enim in ipsis partibus est. De genere igitur atq; specie: & quid nam sit generalissimum genus: & quid specialissima species:& quæ sunt eadem genera speciesue:quæ præterea sint in diuidua.Et quot modis genus speciesq; dicantur:satis iam explicauimus.

De differentia.

Differentia aut communiter: proprie & propriissime dicitur. differre namque quippiam comuniter dicit̄ cum diuersitate quouis modo aut a seipso aut ab alio.differat a Platone nanque Socrates diuersitate:atque a seipso puero uir factus:& agente non agens differt. & semper hæc differentia in iis est sane diuersitatibus: quæ consistunt in hisce:quæ cum interrogamus:quomodo res sese habet assignari rediq; solent. Proprie uero aliqua differre dicuntur cum inseparabili differunt accidenti. At inseparabile accedens est ceruleus oculorum color: aut simitas: aut cicatrix callo ex uulnere inducto. At propriissime quippiam a quopiam differre dicitur cum specifica differentia differt qualiter rationalis.omnis igitur uniuersaliter differentia diuersum facit adiuncta: sed communiter quidem & proprie differentiæ diuersum per accidens faciunt.Propriissime uero diuersum per se. Q uod quidem & aliud dicitur.Differentiarū enim aliæ diuersum per accedens aliæ per se diuersum idest aliud faciunt.aliæ simplici-

ter differentiæ:hæ ſpecificæ nuncupantur. Animali nanque differentia rationalis adiũ-
cta aliud ſane:ac animalis ſpeciem facit. Motus autem additus diuerſum a quieſcẽte tã-
tummodo fecit:differentiis igitur hiſce quæ faciunt aliud diuiſiones generum in ſpeci-
es faciunt: & diffinitiones etiam aſſignantur:quæ quidem ex genere talibuſue differen-
tiis conſtant. cæteris uero diuerſitates per accidens tantum emergunt eius quo de quali-
ter ſeſe habet interrogatur. Rurſus igitur a principio differentiam diuidentes differen-
tiarum alias ſeparabiles alias inſeparabiles dicimus eſſe. Moueri nanque atq; quieſce-
re:& ualere ac ægrotare: & quæ ſunt ſimilis generis ſeparabilia ſunt. Aquilinum autem
eſſe:uel ſimum & rationale:& irrationale inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium rurſus alias
per ſe:alias per accidens eſſe rationale namque & mortale & ſuſceptiuum eſſe ſcientiæ p
ſe homini competunt. At aquilinum eſſe uel ſimum per accidens & non per ſe competit.
Quæ igitur per ſe competunt in ſubſtantiæ ratione ſumuntur:ac aliud faciunt. Quæ
uero per accidens competunt nec in ſubſtantiæ ratione ſumuntur nec aliud faciunt ſed
per accidens diuerſum ut diximus:& hæ quidem & ſi inſeparabiles ſunt intenſionem
remiſſionemue ſuſcipiunt. Simum enim eſſe:aut coloratum intenditur:atq; remittitur.
Illæ uero non ſuſcipiunt. Neque enim genus magis minuſue de eo cuius eſt genus dici-
tur:neque generis differentiæ quibus in ſpecies genera diuiduntur. Hæ nanq; ſunt quæ
cuiuſque rationem conficiunt. At uniuſcuiuſque ratio una eſt eademque neque intenſio
nem neque remiſſionem ullam ſuſcipiens. Rurſus differẽtiarum aliæ per ſe ſunt eæ per
quas in ſpecies diuidimus genera. Aliæ per quas ea quæ ſunt diuiſa conſtituuntur uelu
ti differentiæ per ſe animalis hæ ſunt omnes:animatum ſenſitiuum:rationale:ac irratio-
nale:& mortale: & immortale. Atque animati quidem & ſenſitiui differentiæ conſtitu-
tiuæ ſunt ſubſtantiæ animalis. Eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſitiua. Mortalis
uero ac immortalis & rationalis ac irrationalis animalis ſunt differentiæ diuiſe. Per has
enim in ſpecies genera diuiduntur. Verum hæ quæ ſunt generum diuiſiuæ: conſtituti-
uæ ſunt ſpecierum. nam animal per rationale ac irrationale:& per mortale rurſus ac im
mortale diuiditur. Sed mortalis quidem rationaliſue differentiæ conſtitutiuæ ſunt ho-
minis. Rationalis uero ac immortalis deorum. Irrationalis autem atque mortalis anima
lium expertium rationis. Sic & ſubſtantia ſuprema per differentias animati atque inani
mati & ſenſitiui una cũ ſubſtantia ſumptæ aial confecere. Animati aũt atq; inſenſibilis
plantam. Cum igitur eædem differentiæ partim conſtitutiuæ ſint:partim diuiſiuæ uni-
uerſæ ſpecificæ nuncupantur. Atque his opus eſt maxime ad generum diuiſiones:& ad
diffinitiones conficiendas. Sed non illis aliis quas ſeparabiles eſſe aut inſeparabiles dixi-
mus. His itaque diffinientes differentiam inquiunt eam eſſe qua ſpecies genus excedit.
Homo nanque plus q̃ animal habet rationale atque mortale. Animal enim neque nihil
iſtorum eſt. Vnde enim differentias ſpecies haberent:neque omnes oppoſitas habet. Idẽ
enim oppoſita nimirum haberet. Sed ut cenſent potentia quidem omnes eas differenti
as habet quæ ſub ſe ſunt:actu autem nullam. Atque hoc pacto neque ex non entibus qc
quam fit: neque circa idem oppoſita ſimul erunt. Diffiniunt ipſas & hoc pacto. differen
tia eſt id quod de pluribus & differentibus ſpecie hoc ipſo quale quid ẽ prædicatur. Ra
tionale enim & mortale de homine hocipſo quale quid eſt homo ſed non hocipſo quid
eſt prædicatur. Nam ſi interrogabimur quid ẽ homo accomodate dicemus animal. At
ſi quale animal eſt interrogabimur:rationale mortaleque accomodatiſſime reſpondebi
mus. Nam cum res e materia formaque conſtent: aut ex talibus ſimilitudine rationis
ut ſtatua:ex ære quidem ut ex materia conſtat:ex figura autem ut ex forma:ſic & homo

communis:qui quidem eſt ſpecies ex genere differentiaque conſtat. ſimilitudinem rationis ſubeuntibus cum materia atque forma:totum autem hoc animal rationale mortale eſt homo & ibi eſt ſtatua. Deſcribunt tales differentias & hoc modo.Differentia eſt id quod ſuapte natura ea quæ ſunt ſub eodem genere ſeparat.Rationale enim ac irrationale equum & hominem ſeparat :quæ ſub eodem ut patet genere quod quidem eſt animal collocantur.Inſuper & hoc modo aſſignant.differentia eſt id quo ſingula differunt. Homo enim & equus genere quidem non differunt.Et nos enim animalia ſumus & ea quæ ſunt expertia ratiōis ſed additum rationale nos ab illis ſeiunxit:dii quoque & nos rationis participes ſumus:ſed mortale adiunctum nos ab illis diſtinxit.Exactius autem ea quæ ad differentiam pertinent pertractantes:differentiam inquiunt non quoduis eorum eſſe:quæ ſeparant ea quæ ſub eodem genere collocantur. Sed id quod ad ſubſtantiam rationemque confert : & quod pars eius eſt rei cuius differentia dicitur eſſe. Non enim aptum ad nauigandum eſſe hominis eſt differentia:& ſi eius proprium eſt. Dicere nanque poſſumus animalium:alia eſſe apta:alia non eſſe apta ad nauigandum:hominem a cæteris ſeiungentes. At aptum eſſe ad nauigandum ad ſubſtantiam ſane non confert neque pars eſt ipſius ſed aptitudo ſolum propterea q̄ non eſt tale quales ſunt he differentiæ:quas ſpecificas appellamus.Erunt igitur eæ ſpecificæ differētiæ:quæ diuerſam faciunt ſpeciem & quæ in ratione ſumuntur.Atque de differentia quidem hæc ſatis ſint dicta.

De proprio.

PRoprium autem per quatuor diuiditur modos:nam proprium eſt id quod ſoli cuipiam accidit ſpeciei & ſi non omni:ut homini accidit mederi aut geometrice contemplari.Et id item quod omni accidit ſpeciei & ſi non ſoli:ut hominem bipedem eſſe.Et etiam id quod ſoli accidit & omni atque quandoque:ut omni homini in ſenectute caneſcere. Quartum autem eſt id in quod omnia conuenerunt:ut ſoli & omni ſemperque accidat.Quale eſt riſibile reſpectu hominis:nam homo & ſi non ſemper ridet riſibilis tamen dicitur: non ex eo quia ſemper ridet:ſed quia aptus eſt ad ridendum.Hoc autem ipſi ſemper eſt inſitum.Quemadmodum & equum ipſum hinnibile.Hæc & propria inquiunt eſſe quia in his ipſis fit & conuerſo.Si eſt enim homo eſt riſibile :& ſi eſt riſibile eſt etiam homo.

De accidente.

ACcidens eſt quod adeſt atque abeſt ſine ſubiecti corruptione.Diuiditur autem in duo.Aliud enim eſt ſeparabile:aliud iſeparabile:atque dormire quidem accidens ſeparabile eſt.nigrum autem eſſe coruo æthiopiue inſeparabiliter accidit.Mente tamen cogitationeue coruus albus & æthiops non niger ſine ſubiecti corruptione concipi poteſt: diffiniunt etiam & hoc pacto accidens eſt quod ineſſe ac non ineſſe eidem poteſt:aut quod:neque genus:neque ſpecies:neque differentia:neque proprium eſt:ſemper autem eſt in ſubiecto. Determinatis autem uniuerſis quo ſunt propoſita genere inquam ſpecie differentia propriæ & accidente dicendum eſt quæ nā communia:& quæ propria ipſis inſunt.

De communibus atque propriis quinq; uniuerſalibus.

C Ommune hoc itaque omnibus inest de pluribus prædicari:sed genus quidem de omni specie sua: & de indiuiduis quæ sunt sub unaquaque specie prædicatur: & differentia simili modo. Species autem de indiuiduis quæ collocantur sub ipsa. Proprium uero de specie & indiuiduis speciei. Et accidens de speciebus & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis bobus atque hominibus quæ quidem sunt species prædicatur. Et item de hoc equo atque de hoc boue atque de hoc homine quæ indiuidua constat esse. Irrationale autem de boue de equo & de singulis similiter prædicatur. Homo uero qui quidem est species de singulis solum hominibus dicitur. Et propriũ de specie cuius est proprium. Et de indiuiduis quæ collocantur sub ipsa:risibile enim de homine & de singulis hominibus prædicatur. nigrum autem de coruorum specie & de singulis dicitur coruis: atque de ethiopibus simili modo:quod quidem inseparapile accidens est ut patet. Moueri quoque quod accidens est separabile de equo atque homine & de horum indiuiduis dici solet. Verum primo quidem de indiuiduis:ratione uero secunda de speciebus etiam quæ indiuidua continent prædicatur.

Communia generi cum differentia.

C Ommune est generi ac differentiæ species continere. Continet enim & differẽtia species:& si non omnes eas quas genus continet. Rationale nanque & si nõ expertia rationis ut animal. Deum tamen ac hominem quæ sunt species continet. Quæ præterea prædicantur de genere ut genus est:& de speciebus quæ sunt sub ipso etiam prædicantur. Quæ etiam de differentia ut differentia est dicuntur de ea speciei quæ ex ipsa constant: similiter prædicantur de animali:nanque quod quidem est genus substantia & animatum & sensitiuum dicto dicuntur modo. Hæc eadem & de uniuersis quæ collocantur sub animali usq; ad indiuidua prædicantur. De rationali quoq; qđ quidem est differentia. Hoc ratione inquam uti identidem prædicatur. Atque hoc non solum de rationali:sed etiam de speciebus rationalis atque indiuiduis prædicabitur. Cõmune insuper illud etiam esse patet:nam si genus tollatur uel differentia uniuersa continuo tolluntur:quæ collocantur sub ipsis: etenim ut si non sit animal homo non est neq; etiam equus. sic si nõ sit rationale nullum animal prorsus erit qđ particeps sit rationis.

Propria generis:& differentiæ.

P Roprium uero generis est de pluribus q̃ differentia species proprium atque accidens prædicari. Nam animal quidem de homine dicitur equo:aui: atque serpente. Quadrupes autem de hisce tantummodo dicitur quæ quattuor pedes habent. Homo uero de indiuiduis solum humanis:Et hinnibile de solo equo ac singulis equis. Et accidens de paucioribus simili modo atque sumendæ sunt eæ differentiæ quibus diuiditur genus:non eæ ex quibus generis substantia constat. Præterea genus q dem potentia differentiam continet. Animal enim partim particeps: partim expers est rationis. At differentiæ non continent genera. Præterea genus prius est hisce differentiis quibus diuidi solet. Iccirco secum ipsas tollit: sed ab ipsis non tollitur. Nam si animal tollatur rationale simul irrationaleue continuo tollitur. Differentiæ uero genus non tollunt:nam si uniuersæ quoque tollantur substantia animata sensitiua mẽte cogitatione que concipitur:quæ quidem animal est ut patet. Præterea genus quidem hoc ipso qđ est:differentia uero hoc ipso quale quid est ut dictum est prædicatur. Præterea genus quidem unum in unaquaque specie est:ut est in homine animal:differẽtiæ uero plures: ut rationale:mortale:mẽtis atq; sciẽtiæ susceptiuum:quibus ab expertibus rationis aialibus differt. Genus præterea similis est materiei:differentia formæ:sunt & alia cõmunia

propriaq; generis differentiaeue: Haec tamen quae sunt enumerata sufficiant.

Communia generi & speciei.

G Enus & species hoc habent commune de pluribus inquam: uti diximus: praedicari: species autem ut species solum: sed non ut genus quoque summatur: si sit idem species atque genus commune est etiam ipsis: & iis esse priora de quibus dicuntur: & insuper utrunque totum quid esse.

Propria generis & speciei.

H Oc autem differunt: quod genus quidem species continet. Species autem continetur & non continent genera. Genus autem ad plura q̃ species sese extẽdit. Praeterea genera praesupponantur oportet quae quidem & differentiis specificis informata: species nimirum efficiunt. Quapropter & priora genera sunt natura & secum species tollunt & non ab illis tolluntur: & si sit quidem species erit & genus omnino. Sin uero sit genus non omnino & species est. Et genera quidem de quaque specie sua uniuoce praedicantur. Species autem de generibus non dicuntur. Praeterea genera q dem ambitu specierum quae sunt sub ipsis speciem quãque. Species autem genera differentiis suis exuperant: praeterea neque species generalissimum genus: neque genus specialissima species unquã fieri potest.

Communia generi cum proprio.

G Eneri commune cum proprio est species sequi: nam si homo est animal est: & si homo est risibile est: commune etiam est praedicatio aequa. Aeque namque genus de speciebus: & proprium de indiuiduis quorum est proprium praedicatur. Etenim aeque bos & homo est animal: & Socrates atque Plato risibile. Commune insuper est & uniuoca praedicatio. Et genus enim de speciebus suis & proprium de hisce quorum est proprium uniuoce praedicatur.

Propria generis atq; proprii.

G Enus his a proprio differt. Genus enim est prius proprium uero posterius. esse enim animal: deinde diuidi differentiis propriisque oportet. Et genus quidem de pluribus speciebus quarum est genus. Proprium autem de una specie tantum cuius est proprium praedicatur: praeterea ꝓprii quidem fit mutua praedicatio. Generis autem non fit: neque enim si animal est homo est: neque si animal est risibile est. Sin uero homo est risibile est & econtra. Praeterea proprium quidem omni speciei inest cuius est proprium: & soli ac semper. Genus autem omni quidem speciei cuius est gẽus: & semper inest non tamen soli: praeterea si propria tollantur: genera non tolluntur. Sin uero genera tollantur species continuo simul tolluntur: quibus peremptis: & propria simul pereunt.

Cõmunia generi cum accidente.

G Eneri autem & accidenti commune est de pluribus uti dictum est: praedicari siue accidens sit separabile: siue inseparabile. moueri nanque de pluribus: & nigrum de coruis aethiopibusue & quibusdam etiã expertibus anima praedicatᵉ

Propria generis & accidentis.

P Luribus autem genus atque accidens differre uidentur. Genus enim species ut patet praecedit. Accidens autem posterius est: eisdem etiamsi accidens inseparabile summatur. Prius est enim natura id cui accidit accidente: & hisce quidem quibus genus communicatur: aeque generis communicatio competit. Hisce ue


ro quibus accidens communicatur non æque cõmunicatio competit. Intẽsionem.enim remiſſionemue communicatio accidentium ſuſcipit: generum uero non ſuſcipit. Et accidentia quidem in indiuiduis primo ſunt: genera uero ac ſpecies indiuiduis ſubſtantiis natura priora ſunt. Et genera quidem de hiſce quæ ſunt ſub ipſis hoc ipſo quid ẽ prædicantur: accidentia autem hoc ipſo quale quid eſt: aut quomodo ſeſe habet res prædicantur. Qualis enim eſt æthiops ſi iterrogatus fueris: niger dixeris: & quo modo ſeſe habet. Socrates ambulat reſponderes aut ſedet.

Genus autem quonam pacto a cæteris differt iam diximus. Fit autem ut unũquodque etiam cæterorum a cæteris quattuor differant. Quare cũ hæc quinque quidem ſint unumquodque uero a quattuor differat fit ut uiginti omnis ipſorum differentiæ ſint. Quater enim quinque numerum dictum conficiunt. Sed nõ ita eſt: ſed cum deinceps enumerent & duo quidem una differant differentia: propterea ꝙ eſt ſumpta: tria uero duabus: & quattuor tribus: & quinqꝫ quattuor: decem iſtorum uniuerſæ profecto differentiæ fiunt quattuor tres duæ una. Genus enim quonam pacto a differentia ſpecie proprio accidenteque differt iam dictum eſt. Sunt igitur hæ quattuor differentiæ. Differentia uero quo pacto quidem differt a genere dictum eſt cum dicebatur quo nam modo genus ab ipſa differret. Reſtat autem ut quo nam modo differt a ſpecie proprio accidenteque dicatur. Atque tres hinc differentiæ emergunt ut patet. Species rurſus quo quidem modo a differentia differt: dictum eſt cum quo nam pacto differt a ſpecie differentia dicebatur. Quo uero modo a genere differt: dictum ẽ ẽt cum quo nam pacto genus differt ab ipſa ſpecie dicebatur. Reſtat igitur ut quo nã modo differt a proprio atque accidente dicatur: atque duæ iam & hæ differentiæ hinc oriuntur. Proprium igitur reſtabit ut quonam pacto differt ab accidente dicatur: nã quo pacto a ſpecie: differentia. genereque differt dictum eſt antea cum illa differre ab hoc dicebantur. Cum igitur generis ad cætera quattuor differentiæ ſumantur ut diximus: differentiæ tres: ſpeciei duæ: proprii una: quæ eſt accidens: decem omnis iſtorum profecto differentiæ erunt. Quarum quattuor: quæ ſunt generis ad cætera diximus. Hunc deinceps cæteras afferamus oportet.

Genus Differentia Spẽs Proprium Accidẽs

Cõia differentiæ cum ſpecie.

Commũe id itaqꝫ differentiæ eſt cum ſpecie: æque eẽ communicata. Singuli enim homines æque ſunt homines atqꝫ ratiõis participes. Eſt etiam & hoc cõmune ſemper iis adeſſe quibus communicatur. Semper enim ſocrates rõnalis ẽ ſemperqꝫ hõ.



Propria differentiæ & ſpeciei.

Proprium differentiæ quidem eſt ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædicari. ſpeciei autem hoc ipſo quid eſt prædicari: nã ſi homo ut quale qd ſumit̃: nõ tamẽ eſt ſimpliciter qͣle: ſed ea rõne: qua differẽtiæ generi cõiunctæ ipſum

cõstituerũt. Præterea differentia quidẽ in pluribus sæpe speciebus uidet esse ut quadrupedes pluribus animalibus specie diuersis inest. Species autem indiuiduis solis inest: quæ sub ipsã sunt collocata. Præterea differentia prior est ipsa specie quæ ex ipsa cõstat tollit enim rationale hominem si tollatur. At homo si tollatur non tollit rationale. Est enim deus. Præterea differentia quidem cum alia componitur differentia: rationale nãq; atq; mortale ad constituendũ hoiem componũtur. Species aũt cum specie non componitur ut alia quædam species oriatur. Quidam.n.equus cum quodã asino ad muli generationẽ concurrit. Equus aũt simpliciter cum asino compositus non effecerit mulum.

Communia differentiæ cum proprio.

DIfferentia & proprium commune quidem habent æque communicata: his cũ quibus communicantur. æque enim rationalia sunt rationalia: & æque risibilia: sunt risibilia & semper ac omni speciei adesse. nam si diminutus etiã fuit bipes ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes. Quoniam & risibile per aptitudinem sem per dicitur tale: non quia semper ridet

Propria differentiæ & proprii.

PRopria autem hæc: nam differentia quidem per sæpe de speciebus pluribus dicitur. Rationalis enim de deo dicitur & de homine: proprium autem de una tantummodo specie cuius est proprium prædicatur. & differentia quidem sequitur ea quorum est differẽtia: non tamen conuertitur: in propriis uero fit mutua prædicatio: propterea ꝙ conuertuntur.

Communia differentiæ & accidenti.

DIfferentiæ cum accidente commune est de pluribus prædicari: & item semper ac omni adesse: modo sit inseparabile accidens: & bipes cum semper omni homini competit: & nigrum omnibus similiter coruis inest.

Propria differentiæ & accidens.

DIfferre autem hisce uidentur. Dfferentia nanq; continet species & non continetur. Etenim rationale continet hominem atque deum. At accidentia tum continent: atque ex eo quia in pluribus sunt tum continentur. At propterea quod subiecta non unius sunt accidentis: sed plurium susceptiua. Et differentia quidem exps est intensionis atq; remissionis. Accidentia autẽ gradus suscipiũt: ac magis talia minusue dicuntur. Propterea contrariæ quidẽ differentiæ misceri non potest: accidẽtia uero contrarie nõnunq̃ miscentur: & sunt cũmunia propriaq; differentiæ ac cæterorum. Species autem quo pacto quidem a genere differentiaq; differt: dictũ est illo in loco: in quo dicebatur: quo pacto genus & differentia similiter a cæteris differunt. Quomodo uero a proprio accidenteque differt restat deinceps considerare.

Communia speciei cum proprio.

SPeciei itaque cum proprio est commune mutua prædicatio: nam si homo est risibile est: & si risibile est homo est: atque risibile ut aptum est ad ridẽdum sumendum est ut sæpenumero diximus. Eque præterea species assunt hisce quibus communicantur: & propria hisce quorum propria esse dicuntur.

Propria speciei ac proprii.

DIfferre autem hisce uidentur. Species enim & aliorum genus esse potest. Proprium uero alium proprium esse non potest. Species quidẽ propriũ ancedit. proprium autem aduenit speciei. Sit enim homo oportet ut & risibile sit. Præterea species quidem semper actu subiecto adest. Proprium autem interdum & po-

tentia inest.Socrates.n.actu quidē semper est homo:non autē semper ridet q̄q̄ semper ad ridendum est aptus.præterea quorū diffinitiōes sunt diuersæ:ea etiam sunt diuersa. At speciei quidem diffinitio est sub genere eē:& de pluribus differentibus numero hoc ipso quid est prædicari:& quæ sunt similia.Proprii uero soli & semper atq; omni inesse.

Communia speciei & accidentis.



SPeciei uero & accidenti comune est de pluribus prædicari:perpauca autē sunt ea in quibus conueniunt; propterea quod plurimum inter sese accidens & id cui accidit distant.

Propria speciei & accidentis.



PRopria autem utriusq; sunt hæc. Species.n. de hisce quonam est species hoc ipso quid est prædicatur.Accidens autem hoc ipso quale est:aut quomodo se se habet:& quæq; substantia unius quidem speciei .Plurium autem accidentium tā inseparabilium q̄ separabilium particeps est:& species quidem ante accidētia mēte concipit etiam si inseparabilia sunt.Sit.n.subiectū oportet ut illi quippiam accidat. Accidētia autē posteriora sunt & aduēticia sunt natura . Præterea speciei quidē cōicatio æqua est.Accidentium autē & si inseparabilia sunt:æqua non est. Aethiops.n.magis aut minus niger æthiope esse potest . At.n.restat ut de proprio & accidente dicamus.Quo enim modo proprium a genere & specie & differentia differt antea diximus.

Communia proprio cum accidente.



COmmune itaq; proprio cum accidente inseparabili est sine ipsis non esse ea in quibus insunt . Vt enim sine risibili non est homo:sic & sine nigro æthiops esse non potest.Et quemadmodum omni semperq; proprium adest:sic & ipsum inseparabile accidens adest.

Propria proprii & accidentis.



DIfferunt autem hisce:proprium.n.uni soli speciei inest ut risibile homini.Inseparabile autem accidens ceu nigrum non æthiopi solum:sed coruo etiam & pici:& hebeno cæterisq; compluribus inest. Quapropter proprium quidem conuertitur cum eo cuius est prprium:& est ipsi æquale . Inseparabile autem accidens non conuertitur:propriorum quidem communicatio æqua est:accidentium autem suscipit gradus.Sunt & alia cōmunia hisce quæ dicta sunt atque propria:uerum & hoc ad ipsorum distinctionem conuenientiamque demonstrandam sufficiunt.

Liber Porphyrii de quinq; uocibus explicit.

Liber prædicamentorum Aristotelis Ioan.Arg. Bizantio interprete.

De æquiuocis




Equiuoca dicuntur ea quorum nomen solum commune est: ratio uero substantiæ nomini accomodata diuersa: ut animal dicitur & ipse homo:& id quod est pictum .Horum enim nomen commune tantummodo est:ratio uero substantiæ nomini accommodata diuersa.Si quispiam enim quæ namsit utrisque ratio animalis uoluerit assignare:rationem utriusque profecto propriam assignabit.

De uniuocis.

Vniuoca ea dicuntur quorum & nomen commune est: & ratio substantiæ nomini accomodata eadem est: ut animal dicitur & ipse homo: & equus: nomine nanque communi & homo & equus animalia nuncupantur: & ratio quoque substãtiæ utriusque eadem ẽ. Si quispiam enim utriusq; rationem uoluerit assignare: quæ nam sit utriusque ratio animalis: eandem rationem omnino reddet.

Denominatiua ea dicuntur quæ ab aliquo nominis appellationem habent differentia casu: ut a grammatica grammaticus appellationem habet & a fortitudine fortis.

Eorum quæ dicuntur alia cum complexione: alia sine complexione dicuntur. Illa talia sunt homo currit: homo uicit. Hæc iustiusmodi sunt: homo: bos: currit: uincit. Eorum quæ sunt: alia de subiecto quidẽ dicuntur: in nullo uero sunt prorsus subiecto ut homo de quodam homine dicitur ut de subiecto: in nullo autem est subiecto. alia i subiecto qdẽ sut: de nullo uero subiecto dicũtur. Atque id i subiecto eẽ dico qd' i aliquo qdẽ ẽ: & nõ uti ps: ut sit aũt seorsum ab eo i quo inest fieri neqt: ut q̃dam gramatica est qdẽ in aĩa ut i subiecto de nullo uero subiecto dr̃. Alia de subiecto dicunt' & in subiecto ẽt sunt: ueluti scia i aĩa qdẽ ẽ ut i subiecto: de grãmatica aũt dr̃ ut de subiecto. Alia neq; i subiecto sunt: neq; de subiecto ullo dicunt' ut qdã hõ & qdã equus. nihil. n. taliũ aut i subiecto ẽ aut dicit' de subiecto: atq; iduuidua simpliciter & ea q̃ una nũero sũt de nullo qdẽ subiecto dicunt': i subiecto ãt non nulla ipsorũ nihil phibet esse. qdẽ eni grãmatica ex iis ẽ plane q̃ i subiecto qdẽ sunt: de nullo uero subiecto dicũtur. Cũ quippiã de quopiã prædicat' ut de subiecto: ea q de prædicatio dicũtur: dicẽtur ẽt de subiecto: ut hõ de quodã homine prædicat': animal autem de homine prædicatur: Igitur animal: de quodã ẽt homine prædicatur: quidã. n. homo: & hõ est: & ẽt aĩal.



Eorum quæ sunt diuersa genere & nõ ita se habent ut alterum sub altero collocetur diuersæ sunt species & differentiæ: ut animalis atq; scientiæ. Animalis nanq; differentiæ sunt gressibilis: & bipes: & uolatile: degensq; in aquis. scientiæ uero nulla ex his est differentia: non. n. hoc scientia a sciẽtia differt q; sit bipes. Eorum tamẽ generũ quorum alterum sub altero collocatur easdem esse differentias nihil obstat. supera enim de suis iferis prædicantur. Quare omnis differentiæ prædicati erunt etiam & subiecti.

Vnũquodq; eorũ q̃ nulla cũ cõplexiõe dicunt': aut substantiã: aut quãtũ: aut quale: aut ad aliqd: aut ubi: aut quãdo: aut situ: aut hr̃e: aut agere: aut pati significat. Atq; substãtia qdẽ ẽ ut simpliciter dicamus homo: equus quantũ autẽ ut bicubitũ tricubitũ. quale ut albũ grãmaticũ. ad aliqd ut duplũ dimidium maius. Vbi ut in lycio in foro. quando ut heri: nudiustertius. situm esse ut recubare sedere. habere ut indutũ: armatũ esse. age-

re ut secare urere. Pati ut secari at uri. At qui per se quidem horum singula si dicant̃: nullæ sunt affirmationes prorsus: aut negationes. Aut si complexe dicant̃ affirmatio fit aut negatio. Omnis.n. affirmatio aut negatio aut uera aut falsa esse uidetur. At nullum eorum quæ incomplexe dicuntur: aut uerum est: aut falsum: ut homo album: currit uicit.

De substantia.

Substantia autem quæ propriissime & primo maximeq̃ substantia dr̃ ea nimirum est quæ neq̃ de subiecto ullo dr̃: neq̃ in ullo est prorsus subiecto: ut aliqs homo: uel aliquis equus. secundæ uero substantiæ dicuntur & eæ species in q̃bus eæ quæ primo dicuntur substantiæ insunt: & harum specierum ẽt genera: ceu in homine quidem est: ut in specie quidam homo: genus autẽ huiusce speciei animal est. secũdæ igit̃ heæ dicuntur substantiæ: ut homo ac animal. Patet autẽ ex dictis nomen eorũ quæ de subiecto dicunt̃ rationẽq̃ de subiecto necessario predicari. Vt hõ de aliquo homine dr̃ ut de subiecto. atq̃ nomen de hoc prædicat̃ ut patet: hominem.n. de quodam homine prædicabis: & ratio ẽt hominis de quodã homine prædicabitur. quidam.n. hõ & homo est: & ẽt animal. quare de subiecto tã nomẽ q̃ ratio prædicabit̃. Eorũ aũt q̃ sunt in subiecto in plurimis quidẽ neq̃ nomen de subiecto: neq̃ ratio prædicatur: in quibusdam uero nomen q̃dem interdum de subiecto nihil ꝓhibet prædicari: at rõnem est impossibile: ut albũ quod quidem est in corpore ut in subiecto de subiecto prædicat̃: ut patet. corpus.n. dicit̃ albũ. ratio ãt albi nunq̃ de corpore prædicabit̃. Cætera uero omnia: aut de primis substantiis ut de subiectis dicunt̃: aut sunt in ipsis ut in subiectis. Hoc autem ex ipsis singulis patet. Animal.n. de hoie prædicat̃: igit̃ & de quodã homine animal prædicabit̃. nam si de nullo singulorũ hominũ prædicabit̃: neq̃ oino de homine prædicabit̃. Rursus color est in corpore. igit̃ in aliquo corpore: Nã si in nullo ẽ singulorũ corporum neq̃ in coropore est oino. Quare cætera oia aut de primis substãtiis: aut de subiecto dicunt̃: aut sunt in ipsis: ut in subiectis. Quæ cũ ita sint si primæ substantiæ non sint: fieri nõ potest ut quicq̃ sit cæterorũ. Secundarũ uero substantiarũ species magis substãtia est q̃ genus. nã ꝓpinquior est substãtiæ primæ. Si q̃spiã.n. primã substantiã assignare uoluerit: q̃d nam sit notius sane atq̃ accõmodatius assignabit si speciem reddiderit: q̃ si genus ueluti si quendam hominem uoluerit assignare: notius assignabit si hominem reddiderit q̃ si animal. Illud.n. est magis proprium ipsorum hominum singulorũ hoc magis cõe. Et si aliquã arborem assignare uoluerit quid nam sit euidentius assignabit si arborem reddiderit q̃ si plantã. Præterea primæ substantiæ quia cæteris cũctis subiiciuntur: & oia cætera aut de his prædicant̃ aut in his ipsis insunt: ideo maxime substãtiæ primæ dicunt̃. At ut ad cætera oia sese habẽt substãtiæ primæ: sic & species sese habet ad genus: species.n. aliqua ex parte generi subiicit̃. Nam genera quidẽ de specie prædicantur: species aũt ecõtra de genere suo nõ prædicant̃. Quare ex hisce ẽt patet speciẽ magis q̃ genus substantiã esse. Ipsaꝝ aũt specieꝝ quæ generis nõ subeunt rarionẽ: nulla magis q̃ alia substantia est. Non.n. accõmodatius hominem de aliquo reddes hoie: q̃ de aliquo equo equũ: similiter & substantiaꝝ primaꝝ nulla magis q̃ alia substãtia est. Nõ .n. aliquis hõ magis est substantia q̃ aliquis equus: iure igitur sola genera speciesq̃ post substantias primas substãtiæ secundæ dicunt̃. Eorũ.n. quæ prædicant̃ hæc sola substãtiam primã declarant: si q̃spiã.n. quid nã sit quidam hõ assignare uelit: speciem quidem aut genus si reddiderit accomodate nimirũ reddet: notioremq̃ illum faciet: si hoiem eẽ aut animal dicet. quicquid uero cæterorũ reddiderit non per propria sed per aliena quædam illius fecerit assignationẽ: ut si albũ esse dixerit: aut currere: aut aliquid tale. quare

fit ut

dā illius fecerit assignationē:ut si albū esse dixerit:aut currere:aut aliqd tale.quare sit ut hæc sola præter cætera substantiæ iure dicanť. Præterea primæ substantiæ ex eo ꝑ priissimæ substantiæ dici solēť-quia cæteris uniuersis subiiciuntur. At ut ad cætera cū-cta sese habent substantiæ primæ:sic & primarū substantiaꝝ genera speciesue ad reliq̃ omnia sese haberī uidenť. De his enim uniuersa reliqua prædicanť.quēdā enim hoiem grāmaticū eē dices:& ipsum igiť hominē & aial grāmaticū eē dices:& in cæteris simili mō. Omni aūt substātiæ cōe esse uideť-in subiecto nō esse.prima nanq̧ substantia neque de subiecto diciť:neq̧ est in subiecto. Secūdarū ēt substantiarum patet:& hoc pacto-nullā in subiecto esse.homo nāq̧ de quodā hoie prædicať-ut de subiecto:in subiecto uero nō ē ꝓrsus. Non enim in quodā hoie est hō-ut in subiecto-similiter & animal de aliquo quidē homine diciť-ut de subiecto:nō est aūt animal in homine quodā. Præterea eorū quæ sunt in subiecto:nomē quidē interdū de subiecto nihil prohibet prædicari:sed rationem est impossibile. Secundarum autem substantiarum-nomen & ratio de subiecto prædicať-ut patet-rationē hominis animali sue-de qdā homine prædicabis. Quibus efficiť ut substantia nō sit in subiecto:uerū hoc substantiæ ꝓpriū nō esse uī.sed differentiæ etiā cōpetit in subiecto non esse. Gressibile nanq̧ bipesq̧-de homine quidē dicuntur-ut de subiecto:in subiecto uero non sunt:hæc enim nō sunt in homine. Ratio quoq̧ differētiæ de eo sane-quo de diciť differētia prædicať:ceu si bipes de homine diciť: ratio quoq̧ bipedis de homine prædicať:hō enim est bipes. Turbetur aūt nemo si substantiaꝝ partes in totis sunt quasi hoc pacto sint in subiectis: ne forsitan ipsas dicere nō esse cogať:nō enim hoc pacto dicebanť ea quæ sūt in subiecto-ut in aliquo sint pinde ac ptes. Cōpetit aūt substātiis differētisq̧ uniuoca prædicatio. Oēs .n.prædicatiōes istaꝝ:aūt de idiuiduis aut de speciebus efficiūť. A pria nāq̧ substantia nulla ꝓrsus prædicatio ꝓficisciť:de nullo enim ipsa subiecto dr̄:ut antea dicebatur. At secundarū substantiarū species quidē de indiuiduo:genus autē de indiuiduo ac specie prædicať.differentiæ quoq̧ de specie similiter-ac indiuiduis prædicātur.specierū etiam generumq̧ rationem ipsæ primæ suscipiunt:& generū species. Quæ nanq̧ de prædicato dicuntur:ea de subiecto quoq̧ dicentur: eodem etiā modo species indiuiduaq̧ rationē differentiarum suscipiunt uniuoca uero sunt ea quorum & nomē cōe & rō eadē est ut antea diffiniuimus. Quare patet oēm predicationē uniuocā eē:q̄ a substātiis ac differētiis ꝓficisciť. At q substātia oīs hoc aliqd significare uideť. In primis igiť substātiis hoc uerū eē:nullāq̧ cōtrouersiā suscipit:hoc aliqd inquā ipsas significare. Indiuiduum.n.id unūq̧ nūero ē-qđ ꝑ ipsam significať.in secūdis uero substātiis ab appellationis quidē figurā hoc aliquid similiter significare uideť:cū quispiā hominē:aut animal dicit-non tamen est uerū:sed quale quid potius significat. Non est enim unum ipsum subiectū-ut ipsa substantia prima:sed de pluribus ipse homo & animal diciť.uerū non quale quid absolute significat:perinde ac album:nihil enim aliud albū q̄ quale significat. At species & genus circa substantiā quale ipsum definiūt. Qualem enim quandā substantiam sane significant. Genere tamen plurium definitio q̄ specie fieri solet. Qui nanq̧ animal diciť-is plura complectitur q̄ is qui hominē diciť. Cōpetit præterea substātiis & nihil ipsis cōtrarium esse.primæ nāq̧ substātiæ ut alicui homini-aut alicui animali-quidnam contrariū fuerit. Nihil enim prorsus his aduersatur:at neq̧ ipsi homini uel animali cōtrarium quicq̄ esse uidetur.non tamen hoc substantiæ proprium est:sed & aliis enim cōpetit ut quantitati. Bicubito enim aut tricubito nihil cōtrariū esse uidetur:neq̧ ipsis decē quicq̄ omnino:neq̧ taliū quicq̄ aduersatur:nisi quispiam

multum pauco:aut magnū paruo dixerit esse contrarium.at tamen nihil eorum quæ difinitæ sunt quantitatis cuiq̄ prorsus aduersari uidetur.At uero substantia nō suscipere gradus uidetur:ut sit magis minusue talis.atq; non dico substantiam substantia: non magis substantiam esse.Hoc enim iam diximus ita esse.sed quamq; substantiam nō dici idipsum quod est magis ac minus esse: ueluti si hæc substantia sit homo:nō ē magis ac minus:aut seipso:aut alio:homo.Non enim alius alio magis est homo:perinde atq; album aliud alio magis:ac minus est album.Corpus enim album magis album nūc q̄ prius:& calidum magis nunc calidum ac minus dicitur esse. Substātia uero nō magis dicitur neq; minus:neq; homo magis nūc homo:q̄ prius dicitur esse:neq; cæterorum quicq̄ omnino quæ substantiæ subeunt rationem.quare patet substantiam gradus suscipere non posse. ut magis sit unq̄ id quod est atq; minus. Maxime uero substantiæ ꝓprium hoc esse uidetur.Idem inquam unumq; numero permanens cōtrariorū eē susceptiuū:ad nullum enim eorū quæ substantiæ non subeunt rationem.Substantia autem una eadēq; numero cōtrarioꝝ est susceptiua:ueluti quidā homo unus ac idē interdū fit albus:interdū niger & calidus:atq; frigidus:& uitiosus ac studiosus.Ad alia uero nulla idipsum accomodari uidet̄ nisi fortasse quispiā instaret orationem opinionēq; dicens contrariorū esse susceptiua.Eadem enim oratio falsa ueraq; esse uidetur.Nam si uera ē hæc oratio quēpiam inquā sedere. si ille surgat:eadē hæc oratio falsa erit idem & in opinione fieri uidetur.Nā si quispiam opinatur quēpiam sedere:si surgat:ille falso nimirū opinabitur:qui de illo eandē habet opinionem:enimuero si quispiam & his illud accomodatum dixerit esse in modo:tamē habebit utiq; differentiā.substātiæ.n.ipsæ sui mutatiōe cōtrarioꝝ sunt susceptrices. Si fit.n.ex calido qppiā frigidū mutat̄ sane.Alterat̄.n.ut pr̄.Et similiter si nigrū ex albo fit. & studiosū e uitioso. & i cæteris simili mō. unū qdq; mutationē ipsam suscipiēs:cōtrarioꝝ ē susceptiuū.In oratiōe uero atq; opiniōe nō ita fit:sed ipsæ qdē imobiles pœnitus manēt:si res aūt moueat̄ circa ipsas cōtraria fiūt: oratio nāq; eadē manet.Quēpiā iquā sedere:re aūt mota interdū fit uera:iterdū falsa: eadē circa opinionē ēt fiūt.Quare saltē cū mō substātiæ ꝓpriū erit. ipsam sui mutatione susceptricē eē cōtrarioꝝ.qd si qspiā & hoc acceptet opinionē ingēs orationē ue susceptiua eē cōtrarioꝝ:sciat idipsū ueꝝ nō eē.orō nāq; opinioue: nō qa suscipiūt aliqd ideo susceptiua cōtrariorū esse dicūtur:sed qa circa quippiā aliud passio fuit.Ex eo nāq; uera uel falsa oratio ac opinio dicitur esse:quia res ipsa est:aut nō est:nō quia ipsa cōtrariorū sunt susceptiua. Simpliciter enim a nulla re prorsus aut oratio aut opinio mouet̄. Quare non erunt susceptiua ꝑfecto cōtrariorum:si nulla passio in ipsis efficiatur. At substantia hoc susceptiua contrariorum dicitur esse. quod cōtraria suscipiat ipsa.Morbum enim. & sanitatem. nigredinē. atq; albedinem suscipit.Atq; unumquodq; talium ipsa suscipiens:susceptrix cōtrariorum dicitur esse. Quare substātiæ proprium erit ipsam unum idemq; numero permanentem : mutatione sui susceptricem esse contrariorum sed de substantia quidem hactenus.Satis enim de ipsa est dictum.

De quantitate.



Vantum autem partim est continuum:partim discretū:& partim ex habentibus positionem partibus:partim e nō habentibus constat. Atq; discretum quidem est numerus atq; oratio.Continuum autem linea: superficies : & corpus & insuper præter hæc tempus:& locus.Partium enim numeri nullus terminus est communis. quo ipsæ copulantur. ceu quinq;:& quinq; si sint denarii partes. nullo cōmuni termino copulantur. Sed sunt seiuncta simul tria. & septem. Neque omnino

fit. ut numeri partium terminus communis ullus sumatur: sed semper partes seiũctæ sunt: Quare numerus est discretum. Similiter & oratio discretum esse uidet: Nã quã tum i psam esse ex eo patet: quia longa breuiq; syllaba mensuratur. atq; eam orationem dico quæ fit cum uoce. Etenim nullo partes ipsius communi termino copulantur: sed quæq; per se sunt seiunctæ. Linea uero continuum est: sumi nanq; cõmunis terminus potest. quo partes ipsius lineæ copulantur: punctum inquam & itidẽ superficiei linea. plani nanq; partes cõmuni quodam termino copulantur. similiter & in corpore sumere assignareq; communem terminum lineam aut superficiem potes: quo partes corporis copulantur. Tempus etiã & locus talia esse uidentur. Tempus enim præsens cum exacto copulatur atq; futuro. Et corporis partes locũ occupant: quæ quidẽ aliquo cõmuni termino copulantur. Igitur & loci partes quas quæq; pars corporis occupat eodẽ sane termino copulant quo & ptes corporis copulant. quare locus etiam continuus erit: quippe cum partes i psius uno communi termino copulentur. Præterea partim: uti diximus ex habentibus positionẽ partibus: partim e non habentibus constat: nam lineæ quidem partes positionem habẽt. quæq; enim ipsarum alicubi situm haber: atq; qua in parte plani quæq; sita est: quaq; cum parte copulat: sumere assignareq; potes. similiter & plani partes positionem quãdam nimirũ habẽt. simili nanq; modo quæq; partium ubi iacet: quæq; cum parte copulata est assignabitur. Partes etiam solidi lociue positionem identidem habent. At in numero nemo demonstrare põt partes ipsius positionem habere: aut alicubi sitas esse: autq; quibus cum copulantur. Nec item in tẽpore. nulla enim pars temporis permanet: quod autem nõn permanet id: quo nam pacto positionem habebit. sed ordinẽ habere potius dices: propterea q̃ hæc pars sit prior temporis: hæc secũda. Et in numero simili modo ex eo plane quia prius unum q̃ duo: & duo q̃ tria: & tria q̃ quatuor numerantur. atq; hoc quidem pacto ordinem quẽdam habent: positionem autem ipsarum non nimium utiq; sumens. Oratio quoq; similiter sese habere uidet. nulla enim i psius pars permanet: sed dicta est atq; hæc rursus sumi nõ potest. Quare partium ipsius positio sane non erit: cum nulla prorsus permaneat. Quæ cum ita sint: patet: partim ex habentibus positionem partibus: partim e non habentibus positionem cõstare. At qui hæc sola quæ dicta sunt proprie quãta dicũt. cæte ra uero uniuersa p accidẽs. Ad hoc. n. aspicientes & cætera quãta dicimus uelut multũ albũ. Ex eo dicit multũ qa multa supcies ẽ. & actio lõga motusue: qa tps est lõgũ. nõ. n. p se unũqdq; horũ dr quantũ. etenim si quispiã quanta nã sit actio assignauerit: tẽpore sane ipsam diffiniet. Biennem dicendo aut triennem esse: aut alio simili modo: & albũ etiam si quantũ sit assignauerit superficie nimirum definiet. quanta enim est superficies tãtũ dicet & album esse. quare ea sola quæ dicta sunt proprie & per se quãta dicuntur. cæterorum uero nihil per se: sed per accidens dicitur quantum. Præterea quantitati nihil est cõtrarium. Indefinitis enim quantis nullam omnino contrarietatem esse patet: ceu bicubito: aut tricubito: aut superficiei: aut alicui tali nihil est omnino cõtrariũ. nisi quispiam pauco multum: aut paruo magnum dixerit contrarium esse: at horũ nihil est quantum: sed potius est ad aliquid. Nihil enim per se magnum uel paruum dicit sed ad aliud sane refertur: ceu mons quidem paruus dicitur: milium autẽ magnũ: propterea q̃ alterum ẽ maius alterum minus hisce quæ generis sunt eiusdem. Ad aliud igitur est ipsorum relatio: nam si paruum aut magnum per se diceretur: nũq̃ mons quidem paruum: milium uero magnum utiq; diceretur. Rursus in pago quidẽ multos homines: athenis aũt paucos dicimus esse: q̃ tamen longe sunt illis plures. Et in do

mo quidem multos:in theatro uero paucos:qui quidem & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitum quidē atq; tricubitum & talium unumquodq; quātū significat. Magnū autem & paruum contemplatione refertur. Quare patet hæc ex his esse quæ ad aliquid sunt. Præterea siue quāta hæc quispiam esse ponat:siue nō ponat nihil ē ipsis contrariū. Quod enim per seipsum sumi non potest: sed ad aliud semper refertur: ei quo nam pacto contrarium quicq̄ fuerit: Præterea si magnum ac paruum contraria sunt: fiet ut idem contraria simul suscipiet: Et eadem sibiipsis contraria sint. Fit enim interdū ut idem magnum sit atq; paruum. Est enim ad hoc paruum ad aliud magnum. Quare fit ut idem eodem tempore magnum sit atq; paruum. Quod si hæc contraria sint. Idem profecto cōtraria simul suscipiet. At nihil uidetur simnl suscipere contraria posse: substātia nanq; susceptrix quidem contrariorum esse uidetur:non tamen ualet simul atq; ægrotat:neq; simul album est atq; nigrum:neq; cæterorum quicq̄ quod cōtraria suscipit simul. Fit etiam ut ipsa sibiipsis cōtraria sint. Nam si magnum est cōtrariū paruo:cum idem corpus & magnū sit & paruum eodem tempore. Maxie sequens uidetur ut idem quoq; ipsum sibi contrarium fateantur: sed fieri nequid ut quicq̄ sit ipsum sibi contrarium. Ergo nec magnum paruo contrarium fuerit neq; pauco multum. Quare & si quispiam hæc non ad aliqd esse dicet sed quanta: contrarium tamen nullum prorsus habebunt. Maxime autem cōtrarietas quantitatis circa locum esse uidet̄. Superum enim infero contrarium ponunt locum qui est in medio: inferum esse dicētes. Propterea q̄ mxima distantia medie est ad fines ipsius mundi. Cæterorum quoq; diffinitionem cōtrariorum ab his afferre ac assignare uidentur. quæ namq; plurimum inter sese sub eodem genere distant ea contraria esse dicunt. At qui quanto non competit magis ac minus esse ut bicubito. nō est enim aliud alio bicubitum magis: neq; tria magis q̄ quinq; tria uel quinq;: nec econtra dicuntur. neq; tempus aliud alio magis dicit̄ tēpus. neq; in eorū ullo omnino quæ dicta sunt magis minusue dicitur. quare quāto non competit magis ac minus esse. Proprium autem quātitatis est maxime æqualitas & inæqualitas ut hac æquale uel inæquale dicatur. Vnumquodq; enim eorū quæ rōnē subeunt quātitatis æquale ac īæquale dicit̄: ut corpus æquale ac inæquale dicit̄. & nūerus & tēpus æquale similiter dr̄ ī æqualeue: & de cæteris q̄ iā dicta sūt simili mō. Reliqua uero quæ nō sunt quāta: nō nimiū æqualia ac inæqualia uidebūt̄. Veluti dispositio æqualis & inæqualis nō nimium dicitur: sed similis potius: atq; dissimilis. & albū itidem nō æquale nimiū ac inæquale: sed simile dici atq; dissimilis solet. Quare quātitati maxime propiū erit: ut æquale ac inæquale dicatur.

De ad aliquid.

EA uero dicuntur ad aliquid: quæ id quod sunt aliorum esse: aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: uelti duplex id quod est: cuiuspiam dicitur duplex: & maius id qd' est alio dicitur maius: aliquo nāque dicitur maius: Similiter & cætera quæ istiusmodi sunt. Sunt & hec etiam ex hisce quæ ad aliquid sunt: ut habitus dispositio: sensus: scientia: atq; positio. Vniuersa enim hæc id quod sunt aliorū esse aut aliud aliquo alio modo dicuntur. Et non aliud quicquam Habitus. n. cuiuspiā habitus: & sciētia alicuius sciētia: & positio alicuius positio dicitur eē: & cætera simili mō. Ea igit̄ sunt ad aliqd quæ id quod sunt aliorū esse. Aut ad aliquid aliquo alio mō dicūtur ceu mons magnus ad aliud dicitur. Ad aliquid enim magnus mons dicitur. Simile quoq; cuipiam simile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodē modo dicuntur. sunt autem & recubatio & statio & sexio positiones quædam. Positiōes uero ad aliqd

sunt. Recubare autem: aut stare: aut sedere positiões non sunt sed a dictis positionibus denominatiue dicũtur. Est aũt & cõtrarietas in hisce quæ ad aliquid sunt. uirtus nanq; uitio contrariũ est: quorum utrunq; ad aliquid est. & ignorationi scientiæ non tamen: uniuersis contrarietas inest: duplo nãq; nihil contrarium est: & triplo & similibus. Videntur etiã ea quæ sunt ad aliquid & gradus suscipere: ut magis minusue talia sint: simile nãq; & magis & minus dr: simile & dissimile: & æquale: & inæquale. Similiter quorũ utraq; ad aliquid sunt. Quippe cum simile cuidam simile: & dissimile cuidam dissimile: & inæquale cuidam inæquale dicatur: non uniuersa tamen hanc subeunt legem: duplum enim nõ magis minusue dicit' duplum, neq; quicq̃ talium ullum. At qui uniuersa quæ sunt ad aliquid ad ea dicũtur quæ cõuertuntur: seruus enim hæri dicit' seruus: & hærus serui dicit' hærus. & duplum dimidii duplum: & dimidum dupli dimidum dicitur. & in cæteris simili modo. q̃q̃ interdũ dictio casu differt. Scientia enim scibilis sciẽtia: & scibile sciẽtia scibile. & sensus sensibilis sensus: & sensibile sensu sensibile dicitur. Verum interdum conuersio fieri non uidebitur: si ad id ad quod dicitur non accomodate fuerit assignatum: sed qui assignat errauerit: ueluti si ala auis fuerit assignata: non cõuertit' auis alæ. nõ enim primo accomodate est assignata ala auis: nam nõ hoc ala ipsius dicitur quo est auis: sed quo est ales. compluriũ enim & aliorũ sunt alæ, quæ aues non esse constat. quare si accomodate fuerit assignata fiet conuersio sane: ueluti ala alitis ala: & ales ala est ales. Atq; interdum & nomen facere necesse est: si non sit positum nomen, ad quod accomodata fuerit assignatio: ceu si claues nauigii assignabit': non accomodata sit assignatio. non enim eo clauus ipsius dicitur quo nauigium est. sunt enim nauigia quorũ claui nõ sũt. Sed forsitã accomodatior assignatio fuerit. si clauus clauati clauis: aut aliquo alio simili modo dicatur: non est enim positum nomen: atq; conuertitur: si accomodate fuerit assignatio, clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit in cæteris modus: ueluti caput accomodatius fuit assignatum, si capitati caput: q̃ si aĩalis esse dixerimus: nõ enim eo caput habet quo animal est. complura nanq; aĩalium capite uacant. Hoc aũt pacto facillime quippiã eoꝝ noĩa sumet q̃bus noĩa posita non sunt: si a primis illoꝝ noĩa ponat: ut i prædictis intueri licet: ubi ab ala ales cit assignatus: & a clauo clauatũ: uniuersa igitur ea quæ sunt ad aliqd, si accomodatis assignentur ad ea sane dicunt' quæ cõuertũt': nã si ad quoduis unũqdq;, & nõ ad id ad quod dr' assignetur nõ fit sane cõuersio. Neq; enim quicq̃ eorum quæ sine controuersia ad ea dicunt', quæ conuertuntur: nomenq; habent conuertitur: si non ad id quod dicitur: sed ad accidentium aliquid assignetur: ueluti si seruus nõ hæri: sed hominis, aut bipedis, aut cuiuspiã similium fuerit assignatus: non fuerit sane conuersio. non enim accomodata est assignatio. præterea si accomodate ad id quod dicitur fuerit assignatum: sublatis quidẽ cæteris omnibus, quæ sunt accidẽtia, relicto autem eo solo, ad quod est assignatũ accomodate ad illud sane dicet': ceu si seruus ad hærum dicatur. Sublatis quidem cæteris uniuersis quæ accidũt hæro: bipede inquã: scientiæ susceptiuo: ac homine relicto autem tantũmodo hæro: seruus ad ipsum semp dicet': seruus enim hæri dicitur seruus. Quod si non accomodate ad id ad quod tandẽ dicitur, fuerit assignatum: cæteris quidem sublatis, eo uel solo relicto, ad qd' est assignatum: non ad ipsum sane dicet'. Assignatus enim sit seruus hominis: alaq; auis. atq; ab homine hærus auferatur, non ad hominem sane seruus dicet': nã cũ nõ sit hærus neq; seruus est sane. Similiter & ab aui ales auferat': nõ ulterius ala profecto ad aliquid erit. cum enim non sit ales: neq; erit ala cuiusq̃. Quare quodq; assignetur: ad id ad quod tandem dicitur accomodate oportet. atq; si sit quidẽ

positum nomen: facilis assignatio fit. Sin uero nõ sit nomina fortasse ponantur necesse est. quod si hoc assignentur modo: ea quæ sunt ad aliquid uniuersa ad ea sane dicẽturq̃ conuertunt̃ ut patet. At uero ea quæ sunt ad aliquid simul natura esse uident̃ atq; in plurimis quidem uera est hæc sñia. Simul enim duplum est & dimidiũ & si est dimidium duplum est: & si est seruus: est ẽt hærus: similiter & in cæteris & mutuo sese hæc interimunt. Nã si duplum non est dimidium nõ erit. & si dimidium non ẽ: duplũ non erit: idem est & in cæteris modus quæ sunt similis rõnis. Non tamen in uniuersis quæ sunt ad aliquid uerum hoc esse uidet̃: simul inquã ea esse natura. Scibile nãq; sciẽtia prius esse uidebitur. Plærumq; enim rerũ quæ ãtea sunt scientias nos accipimus. In paucis. n. aut nulla ĩ re prorsus scientiam fieri quispiam cũ scibili simul uidebit. Præterea si scibile tollatur tollitur & scientia: scientia uero si tollatur: non tollitur scibile nam si non sit scibile scientia non est. Nullius enim prorsus scientia erit. Si uero scientia nõ sit nihil p̃hibet ut scibile sit: quadrationis enim circuli si scibilis est: scientia quidẽ nondum esse uidetur: est aũt scibilis ipsa. Præterea aĩali sublato scientia quidẽ non erit: cõplura uero scibilia esse possunt. Sic & in sensu res sese habere uidet̃: sensibilis. n. antecedere sensum uidet̃. si sensibile nãq; tollatur tollitur & sensus. at ipsum non tollitur si sensus auferat̃. Sensus enim circa corpus & in corpore sunt: atq; sensibili sublato: corpus e medio tollitur. est enim & ipsum corpus sensibile. si corpus uero non sit: & sensus etiam aufertur. Quare fit ut secũ sensibile sensum auferat: at sensus non secũ sensibile tollit. nam si animal tollatur: tollitur quidem sensus: sensibile uero nõ tollit̃. est enim sensibile corpus: ut calidum: frigidum: dulce: amarũ: & cætera omnia quæ sunt similis generis. Præterea sensus quidẽ cum sensitiuo simul emergit. nã una cũ animali & ipse sensus efficitur. Sẽsibile aũt ẽ & antea q̃ sensus sit ortus. Est enim ignis & aq̃ cæteraq; talia: ex q̃bus aĩal cõstat & antea q̃ sit oĩno aĩal aut sensus q̃re sensibile prius ipso sensu uidebit̃ ẽẽ. Existit ãt hoc loco dubitatio quædã: utrũ nulla substãtia dicatur ad aliq̃d queãdmodũ & uidet̃. An hoc in aliquibus substantiis secũdis cõtingat: in primis nãq; substãtiis neq; tota neque partes ad aliquid sane dicuntur. Quidam enim homo nõ dicit̃ cuiusdã quidã homo: neq; quidã equus cuiusdã q̃dã equus. Et itidẽ in partibus: quædã. n. manus nõ cuiusdam q̃dam manus: sed cuiusdam dicitur manus. Et quoddam caput non cuiusdam quoddã caput: sed cuiusdã dicit̃ caput. Eadẽ & in pluribus secũdis substãtiis dici possunt: homo nãq; nõ cuiusdã dicit̃ homo: nec equus alicuius dicit̃ equus. nec lignũ alicuius dicit̃ lignũ: sed alicuius possessio dicit̃. Talia igit̃ patet nõ ad aliquid ẽẽ. In q̃busdam aũt secundarꝶ substãtiarꝶ est dubitatio: caput. n. alicuius dr̃ caput. & manus alicuius dicit̃ manus: & unũquodq; tale eodẽ mõ dicitur. q̃re hæc uidebunt̃ ad aliq̃d esse. Si igit̃ eorꝶ quæ sunt ad aliq̃d diffinitio est assignata aut nimiũ ẽ difficile aut impossibile: nullã substantiã ad aliq̃d ẽẽ ostendere. Sin uero nõ sufficienter est assignata: sed ea sunt ad aliq̃d quorꝶ ẽẽ idẽ est. Quod hoc ad aliq̃d inquã aliquo mõ sese habere: Fortasse ad hæc aliq̃d dici põt. Prior aũt diffinitio sequit̃ quidẽ ea quæ sunt ad aliq̃d. non tamẽ idẽ est. Ipsorꝶ esse quod hoc ipsa inquã id quod sunt aliorꝶ esse dici. Ex his igit̃ patet si quispiam aliq̃d eorꝶ quæ sunt ad aliq̃d diffinite scit. Et id cum eo quod dicit̃: illud diffinite scire. Hoc aũt patet quidẽ ex his ipsis. Nã si scit quispiã hoc aliquid esse. est autem eorꝶ quæ sunt ad aliquid esse idem quod illud ad aliquid aliquo modo se habere. Et illud p̃fecto scit ad q̃d hoc aliquo modo se h̃et. Si enim nescit oĩno id ad quod hoc aliquo modo se habet: neq; si ad aliquid hoc modo se habet sciet. Patet aũt & ex singulis: nã si q̃spiam hoc scit definite duplũ esse. & id cuius duplũ est continuo definite scit. Nã si nul-

lius definite duplũ ſcit illud eſſe:neq̃ ſi eſt duplũ oĩno ſcit.ſimiliter & hoc ſi ſcit præſta bilius eſſe.Eo quo præſtabilius eſt definite. Ob hæc eadem ipſum ſcire neceſſe aſt. atq̃ non definite ſciet.Hoc præſtabilius eſſe deteriore.Tale enim opinatio eſt :non ſcientia. Non.n.exacte deteriore præſtabilius eſſe ſciet:nam ſi forte fuerit nihil eſt deterius ipſo.Quare patet neceſſariũ eſſe.quicqd eo℞ quæ ſunt aliqd quiſpiã ſciuerit idefinite:& id idetidẽ ſcire ad qd' dr̃ illud.Fit enim ut caput & manus & quæcũq̃ taliũ q̃ ſubſtãtiæ ſunt :id qđ eſt ipſum definite ſciatur. At non fit neceſſario-ut id ad quod dicit' definite ſciat'.Cuius.n.hoc caput:aut cuius ẽ manus-nõ fit ut definite ſciatur. quare hæc nõ ad aliqd erunt.Quod ſi hæc nõ ſunt ad aliqd:uere dicere licet nullã ſubſtantiã ad aliquid eſſe.Difficile aũt eſt fortaſſe pro talibus uehementer aſſerere:nõ perſæpe conſideratione de ipſis præmiſſa.Circa tamẽ unumquodque ipſorũ non eſt inutile dubitaſſe.

De qualitate.



Qualitatem autem eam dico:qua quales quidẽ dicunt'. Eſt aũt qualitas ex hiſce quæ multis modis dicunt' : atque una quidem ſpẽs qualitatis habitus diſpoſitioque uocet'.differt aũt habitus a diſpoſitione: nã magis permanet atq̃ diuturnior eſt.Tales ſunt ipſæ ſcientiæ & uirtutes. Scientia nãq̃ ex eorum numero uidetur eſſe quæ ꝑmanent:& cũ difficultate demouentur:ẽt ſi quiſpiã mediocriter ſcientiam ſumat:niſi magna mutatio a morbo aut alio quodã ſimili fiat. Similiter & uirtus ut iuſtitia tẽperantia:& quæq̃ talis-nõ facile dimoueri neq̃ mutari uidet'.Diſpoſitiões aũt eæ ſũt q̃ faciliter dimoueri mutariq̃ poſſunt.ut caliditas:frigiditas:morbus:& quæ ſunt hiſce ſimilia:Nã his ipſis homo aliquo mõ diſpõitur:& facile quoq̃ mutat' : ex calido frigidũ ſubiens:& ex ualitudine morbũ : & in cæteris ẽt ſimili modo. Niſi & har℞ ipſarũ aliqua obdiuturnitatẽ uerſa iã in naturã ſit:dimoueriq̃ nequeat : aut ſumma cũ difficultate mutari poſſit.quã quidem hac rõne quiſpiã habitũ nũcupauerit.Patet aũt ea hoĩes habitus dicere uelle quæ ſũt diuturniora:neq̃ dimoueri facile poſſunt. Eos.n. q̃ ſcientias nõ nimiũ detinent:ſed facile eas amittere poſſunt-habitũ non hr̃e dicunt: & ſi ſcientia aliquo modo deterius aut melius diſponunt'.quare dicto modo a diſpoſitione habitus differt.Illa nãq̃ facile dimoueri poteſt:habitus autem diuturnior eſt:cũ difficultateq̃ dimouetur.Sunt aũt habitus quidem & diſpoſitiones.diſpoſitiões uero non neceſſario habitus. qui nãq̃ habent habitus-ii aliquo modo etiam diſponuntur. atqui diſponuntur ii nõ omnino & habitus habẽt.Aliud aũt qualitatis eſt genus: quo ad militandum aliquos-aut ad curſum aptos:aut bonæ ualitudinis:aut malæ dicimus eẽ: & ſimpliciter ea quæ per potentiam naturalẽ impotentiamue dicuntur. Nõ enim unum quodq̃ ex eo dicitur tale:quia aliquo diſponitur mõ:ſed quia naturalem potentiam habet ut facile quippiam:aut faciat:aut nõ patiatur.Primi nãq̃ ex eo tales dicuntur: quia aliquo ſunt diſpoſiti modo:ſed qa naturalẽ habent potentiã ut non a q̃buſuis facile patiantur eiuſdẽ generis eſt & durũ ac molle. Durum enim ex eo dicitur quia potentiam habet ut non facile diuidat'.Molle autem ex eo quia eiuſdẽ impotentiam habet. Tertium qualitatis eſt genus:qualitates paſſiuæ ac paſſiones quæ quidẽ talia ſunt:ut dulcedo-amaritudo-& ea quæ ſunt generis ſimilis.caliditas præterea-frigiditaſq̃ & albedo-atq̃ nigredo:hæ igitur qualitates quidem eſſe perſpicuũ eſſe uidet'. Ea nãq̃ quæ hæc ſuſceperunt:qualia ſane dicuntur:ut mel ex eo dicit' dulce:qa dulcedinẽ ſuſcepit.& corpus et albũ qa ſuſcepit albedinẽ.Similiter & in cæteris res ſe hr̃e uidet'. Qualitates ãt paſſiuæ dicuntur non ꝑpterea q̃ ea quæ ſuſceperũt:paſſa aliqd ſunt.Neq̃.n.mel ex eo quia paſſum aliquid ẽ:dulce dicitur:neq̃ cæterorũ talium quicq̃.ſimiliter & caliditas-

& frigiditas nõ ex eo passiuæ qualitates dicũtur: quia ex quæ susceperunt aliqd passa sunt: sed quia quæq; qualitas dicta passiõis in sensibus est effectrix. Dulcedo nãq; passionem quandã in gustu facit: & caliditas in tactu: cæteræq; simili modo. Albedo autẽ & nigredo cæteriq; colores non eodẽ mõ qualitates passiuæ dicunt: sed qa a passione sunt factæ. Atq; patet mutationes per passionem fieri cõplures colorũ. Puduit.n. quempiã atq; erubuit quispiã atq; palluit. Quare quispiã ẽt natura talium passionũ aliquã ex aliquo subiit aliũ: similem colorẽ uerisimle est illũ hr̃e. Quæ nãq; nunc dũ pudet dispositio circa corpus emersit: eadẽ & in naturali cõstitutione dispositio fieri põt: ut & color natura similis fiat. Qui igitur taliũ casuũ initiũ ab aliquibus sumpserunt passionibus: quæ permanent cũ difficultateq; dimouent: passiuæ qualitates dicunt. Siue enim in naturali cõstitutione pallor aut nigredo sit orta: siue ob diuturnum morbũ aut calorem hæc eadẽ acciderint: modo nõ facile dissoluantur: aut per uitam pmaneant. qualitates sane dicunt cum hisce quales dicamur. Qui uero ab hisce fiunt quæ facile dissoluuntur: passiões dicũtur nõ qualitates. nõ enim per hasce quales dicunt: neq;.n. erubescens ob uerecundiã rubeus: neq; pallens ob timorẽ pallidus apellat: sed aliquid passus potius dicit eẽ. quare passiones hæc & nõ qualitates dicunt. Similiter & in anima q̃litates passiuæ passionesq; dicunt. Quæ enim in generatione cõtinuo a passiõnibus quibusdã quæ sine difficultate dimoueri nõ possunt sunt orta qualitates dicuntur: ut insania iracundia & quæ sunt similis generis. quales eni ob hæc ipsa dicuntur: ut iracundi: atq; insani. Similiter & quæcunq; mentis egressiones nõ naturales: sed a quibusdam aliis casibus factæ sunt quæ sine difficultate dimoueri nõ possunt. aut & oino imobiles sunt: qualitates itidẽ & tales dicunt: quippe cũ hisce quales dicantur. Quæ uero ab hisce fiunt quæ facile dissoluuntur atq; expirant: passiones dicuntur: ueluti si dolens quispiã iracũdior fuerit. Nõ iracũdus dicitur qui tali in perturbatione iracũdior ẽ: sed potius aliquid passus dicitur esse. quare passiones talia non qualitates dicũtur. Quartum qualitatis est genus figura & ea quæ circa unumquodq; est forma: & isuper rectitudo & curuitas. & quicquid est hisce simile. Horum enim uno quoq; quale quippiam dicitur. ex eo nanq; quia triangulus: aut quadratum quippiam est: quale quid dicitur: & quia rectum identidem est aut curuum: forma etiam quodq; dicitur quale. Rarũ autem & densum: & asperum atq; lene quale quidẽ significate quid uidebuntur. a qualitatis tamen diuisione remota esse uidentur. partium enim potius positionem uident quandam significare. Etenim densum quidem ex eo quippiam est: quia partes ipsius sibi ipsis propinquæ sunt. rarum autem ex eo quia a sese distant. lene etiam est ex eo qa recte partes sunt sitæ. Aspetum uero ex eo qa quædam partium eminent: quædam humiles sunt. Atq; forsitan quidem & alius quispiam q̃litatis modus uedebitur eẽ. Qui tamen maxime dici solent tot fere sunt. Ea igitur quæ diximus sunt qualitates ut patet: qualia uero sunt ea quæ denominatiue ab ipsis aut alio aliquo modo dicuntur. In plærisq; igit quin potius fere in omnibus denominatiue dicunt. Vt ab albedie albus: a musica musicus: & a iustitia dicitur iustus: & in cæteris simili modo; sed in quibusdã ex eo quia nõ sunt nomina qualitatibus posita: non fit ut ab ipsis denominatiue dicantur: ut aptus ad militandum aut ad cursum: qui quidẽ naturali potentia talis dicitur: a nulla qualitate dicitur denominatiue. Potentiis enim hisce q̃bus hi quales dicunt non sunt nomina posita: sicut artibus quibus militaris aut cursores ob dispositionem dicuntur. Militaris enim dicit ars: & cursoria: atq; ab his ii qui disponũtur denominatiue dicuntur. Interdum etiam est & positum qualitati nomen: non tamen id quod ipsa dici-

tur quale nomine illius dicitur denominatiue. A uirtute nanq; dicitur quispiam studiosus. ex eo sane quia uirtutem habet: sed non denominatiue dicitur a uirtute: non tamen in multis idipsum fit. Ea igit̃ qualia dicũtur: quæ a dictis qualitatibus denominatiue: aut aliquo alio modo dicuntur. Atqui cõtrarietas in qualitate esse uidet̃: iustitiæ nanq; contrarium est iniustitia: & albedini nigredo: & cætera eodem modo. ea etiam quæ ipsis qualia dicuntur: contraria esse uidentur: ut iniustũ iusto & nigrum albo. non tamen in omnibus hoc eẽ uidetur. flauo enim aut fusco aut talibus coloribus: quæ q̃dem sunt qualia nihil est cõtrarium. Atqui si contrariorũ alterum qualitas est: & reliquum omnino qualitas erit. hoc autem ita esse patet ex singulis. Nam si iustitia contrarium est iniustitiæ: atq; iustitia qualitas est & iniustitia. ergo qualitatis ratiõem subibit. Nullum enim prædicamentorum iniustitiæ: neq; quantum: neq; ad aliquid: neq; ubi: neq; cæterorum quiq̃ omnino: nisi qualitas tantũ accomodatur. Eadem & in cæteris quæ sunt in qualitate contrariis dici possunt. At uero qualia ipsa gradus suscipiunt: ac magis talia minusue dicũtur. Album enim aliud alio magis minusue dicitur. At iustũ alio magis minusue. & ipsa etiam intensiõẽ suscipiunt. Fit enim ut album albius se euadat: nõ tamen omnia sed plurima conditionem hãc subire uidentur. Nam dubitauerit quispiã si magis minusue iustitia dici possit: & dispositionibus etiam cæteris simili modo. sunt enim qui de talibus cõtendunt. Atq; iustitiam quidem magis iustitia minusue: sanitatemq; sanitate nõ nimium inquiunt dici. Minus tamen quippiam magis q̃ aliud sanitatem iustitiamq; & grãmaticam idẽtidem cæterasq; dispositiones habere dicunt. At tamen ea quæ hisce qualia dicuntur gradus sine controuersia suscipiũt: magisq; talia atque minus dicuntur. Iustior enim & sanior alius alio dicitur: & in cæteris simili modo. Triangulus autem & quadratum cæteræq; figuræ non uidentur talem cõditionẽ subire. nam ea quidem quæ triãguli rationem circuliq; suscipiũt: triãguli sunt similiter aut circuli uniuersa. Eorũ uero quæ non suscipiunt: nihil alio magis minusue tale dicetur. non enim quadratum magis q̃ altera ex parte longius circulus est. quippe cum neutrum circuli subeat rationem. atq; simpliciter si non subeant propositi rationem: alterum nõ magis altero tale minusq; dicetur. Non ergo omnia qualia gradus suscipiunt: ut magis talia minusue dicantur. Eorum igitur quæ dicta sunt neutrum propriũ qualitatis esse uidetur. Similia autẽ dissimiliaq; per qualitates solas dicuntur. Simile enim quippiam cuipiam nulla alia profecto ratione esse uidetur q̃ ea qua quale ẽ. Quare proprium qualitatis erit hac ipsa simile atq; dissimile dici. Non autem perturbari oportet: Si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes complura eoꝝ quæ sunt ad aliq̃d cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habitus enim & dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidem ad aliquid esse dicuntur: singulariũ uero nihil. Scientia nanq; quæ quidem est genus hocipsum quod est alicuius dicitur eẽ: cuiusdam enim scientia dicitur. Singularum uero scientiarum nulla idipsum quod est alicuius dicit̃ esse: ut grammatica non dicitur alicuius grammatica. neq; musica cuiuspiam musica: nisi generis ratione ad aliquid & ipsæ dicantur. Grãmatica enim alicuius scientia dicitur: non alicuius grãmatica. Et musica cuiusdam scientia: non cuiuspiam musica. Quare singulæ non sunt ut patet ad aliquid. At quales dicimur singulis quippe cum has ipsas & habeamus. Scientes enim ex eo dicimur. quia singulariũ aliquas scientiarum habemus. Quare singulæ erunt qualitates: quibus & quales qui eas hẽnt dicuntur: At hæ nõ sunt ad aliquid uti diximus. Præterea si hoc idem quale atq; ad aliquid sit: non absurdum in utrisq; ipsum generibus collocari atq; enumerari.

De agere:& pati & reliquis prædicamentis.

S Vscipit & ipsum agere patiue contrarietatem. Calefacere nanque & frigefacere: & calefieri & frigefieri: & uoluptate affici doloreque contraria sunt. Quare contrarietatem suscipiunt: gradus quoque suscipiunt: ut magis atq; minus dicantur. Fit enim ut magis quippiam minusue calefaciat: & itidem calefiat:& doleat:magis minusue:quare agere patiue gradus suscipiunt uti diximus: De his igitur tot a nobis sint dicta.

Dictũ est aũt & desitum esse in hisce quæ diximus de hisce quæ sunt ad aliquid: denominatiuũ ipsum a positionibus dici. De cæteris uero ut de quãdo:de ubi & de habere:quia sunt manifesta:nil aliud dicitur q̃ ea quæ in principio diximus. Habere quidẽ indutũ atq; armatum esse significare:ubi uero in licio esse: & cætera quæcunq; de ipsis sunt dicta. De generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta sufficiunt.

De oppositis.

D E oppositis autem quot modis opponi solent deinceps dicendum esse uidetur. Opposita nãq; modis quattuor opponi dicuntur. Aut ut ea quæ sunt ad aliqd:aut ut contraria:aut ut hitus & priuatio:aut ut affirmatio atq; negatio. Atq; ut in summam dicam. duplum & dimidium:ut ea quæ sunt ad aliquid bonũ & malum:uti contraria cæcita atq; uisus:ut habitus & priuatio. sedere & non sedere:ut affirmatio atq; negatio opponuntur. Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponuntur: ita id quod sunt oppositorum esse: aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: ut duplum dimidii:id quod est alicuius dicitur duplum. & scientia scibili eodem opponitur modo. atq; ipsa id quod est scibilis dicitur esse: & scibile etiam id quod est ad oppositũ ipsam inquam scientiam dicitur:scibile nanq; aliquo id est sciẽtia dicitur scibile. Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponũtur:ipsa id quod sunt alioꝝ esse aut aliquo alio modo uicissim dicũtur. Ea uero:quæ ut contraria opponuntur: nullo pacto legẽ hanc subeunt. neq; enim bonum mali dicitur bonum sed contrarium neq; album nigri dicitur album sed contrarium. quare oppositiones hæ differunt. At qui contraria quidem ea quæ talia sunt:ut ipsorum alterum necessario rebus iis insit: in quibus aptum ẽ fieri: aut de quibus prædicatur:nullum prorsus medium habent. Quorum autem alterum nõ necessario est inesse:inter hæc aliquid omnino medium cadit:ueluti sanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt:atq; alterum insit in corpore animalis: sanitas in quam aut morbus necesse est. De numero quoq; prædicatur par atq; impar:& alterum insit nũero necesse est par aut impar. atq; nullum inter hæc:aut inter par & ipar:aut inter sanitatem ac morbum medium cadit. At album & nigrum in corpore aptum est fieri:& non necesse est in corpore alterum horum inesse: non enim omne corpus: aut album est:aut nigrum. Vitiosum quoq; studiosumq; de homine quidem cæterisq; cum pluribus prædicatur:at non necesse est alterum illis inesse de quibus hæc prædicari possunt. non enim omnia aut uitiosa sunt:aut studiosa. atq; est inter hoc mediũ sane: fuscũ quidem & flauum cæteriq; tales colores inter se album & nigrum. Id autem quod neq; uitiosum est neq; studiosum:inter uitiosum ac studiosum. In quibusdam igiẽ nomina nomen habent. ut fuscum:pallidum:rubeum: cæterique tales colores qui media sunt inter album & nigrum. In quibusdam uero nomine quidem non est facile mediũ assignare:utriusq; tamen extremorum negatione ipsum medium definitur:ut id quod neq; bonum est:neq; malum:neq; iustum:neq; iniustum. Priuatio autem atq; habitus dicitur quidẽ circa quippiam idẽ: ut uisus:& cæcitas circa oculum:ut uniuersaliter au-

tem dicam in quo aptus est habitus fieri circa id utrunque ipsorum dicitur.atq; priua-
tū esse dicimus unumquodq; eorum quæ susceptiua sunt habitus. cum nō est habitus
ullo modo in eo in quo aptus est esse: & quando illud aptum est ipsum habere. Eden-
tulum enim non ex eo dicimus quia dentes non habet:& cæcum itidem non ex eo quia
uisum non habet:sed quia non habet cum est aptus habere. sunt enim quæ orta non cō
tinuo uisum dentesq; habent.at nō edentula aut cæca dicuntur. Priuatū autem esse ha
bitumq; habere non est priuatio atq; habitus. Nam uisus quidem est habitus cæcitas
uero priuatio.at habere uisum nō est uisus:neq; cæcum esse est cæcitas:etenim hæc est
priuatio quædā.cæcū autē esse est priuatū esse:& non priuatio. Præterea si cæcitas idē
esset ac cæcum esse:utraq; profecto de eodem prædicarentur. at homo dicitur quidem
cæcus:cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen priuatū inquam esse habitūq;
habere:perinde ut priuatio atq; habitus opponi uidentur. Modus enim idem est op-
positionis. Nam ut cæcitas & uisus:sic & cæcum esse ac habere habitum opponuntur
At enim neq; etiam ea quæ sub affirmatiōe sunt negationeue affirmatio est:atq; nega-
tio. affirmationem nanq; negationemue orationem esse constat. alteram affirmatiuā
alteram negatiuam. at nihil eorum quæ sub affirmationem negationemue cadūt ora-
tio est ut patet. Dicuntur tamē & hæc ipsa pinde opponi atq; affirmatio negatioq; op-
ponuntur. & in his enim idem oppositionis est modus. Nam ut affirmatio: ueluti se-
det negationi ceu nō sedet opponit̄:sic & res quæ sub utrunq; cadūt. sedere inquam &
non sedere sibi mutuo aduersantur. At uero priuationē ac habitum non esse opposita:
ut ea quæ sunt ad aliquid patet. non enim ipsum id quod est oppositi dicit̄ esse. Visus
enim non est cæcitas uisus:neq; ullo alio ad illam dicitur modo. similiter neq; cæcitas
uisus cæcitas diceret̄:sed cæcitas ipsa priuatio quidem dicit̄: cæcitas autem uisus non
dicitur. Præterea uniuersa quæ sunt ad aliquid ad ea sane dicuntur quæ conuertuntur.
quare si cæcitas ex iis esset quæ sunt ad aliquid: & illud ad quod ipsa dicitur profecto
conuerteretur:at non conuertitur:non enim uisus cæcitas dicitur uisus. At qui neq; p-
inde atque contraria priuationem ac habitum oppositionem subire:ex eo perspicuum
fore uidetur. Contrariorum enim quæ medio uocant: Alterum in his quibus apta sunt
esse aut de quibus prædicantur inesse semper necesse est. inter enim ea mediū nullum
cadere diximus:quorum alterum inesse susceptiuo necesse est:ut in sanitate: ac morbo
& in pari:ac impari intueri licet. Quorum autem est aliquid medium nunquā horum
alterum necessario cuilibet inest. Neq; enim album aut nigrum neq; calidū aut frigidū
esse susceptiuum omne necesse est. Nam ut inter hæc medium aliquod cadat nihil sane
prohibere uidet̄. Et insuper ea diximus medio uacare:quorum alterum non necesse ē
esse in susceptiuo:nisi in hisce:in quibus unū inest natura: ut igni caliditas inest & niui
albedo. In his enim alterū difinite non utrumuis insit susceptiuo inesse:sed illis tantum
quibus unum inest atq; unum non utrumuis:sed alterum definite. In priuatione autē
atq; habitu neutrum dictorum est uerum:neq; enim alterum ipsorū semper inesse ne-
cesse est. Quod enim nondum aptum est uisum habere:id neq; cæcum dicitur neq; ui-
sum habere. Quare non ex iis erunt contrariis quæ mediis uacant:& omni susceptiuo
ipsorum alterum insit necesse est. Cum enim est aptum uisum habere: tunc aut cæcū:
aut uisum habere dicetur. Atq; horum alterum nō definite sane: sed utrumuis sine dis-
crimine ullo dicetur. At in hisce cōtrariis quæ medio nō uacant:nunq̄ fit ut alterutū in
sit omni:sed quibusdam:atq; hisce alterum difinite. Quare patet neutro modo priua-
tionem & habitum perinde atque contraria oppositionē subire. Præterea in contra-

riis quidem nō sit ipsum susceptiuū fieri uicissim mutatio potest: nisi unum ipsorum natura cuipiam insit: ut caliditas igni. Potest enim sanū ægrotatiōem subire: & frigidū calidum: & albū effici nigrū: ex studioso quoq; uitiosus: & e uitioso studiosus euadere potest. Vitiosus enim si moribus præstabilioribus præceptisq; instituatur: parū saltem in probitate incrementi suscipiet. Quod si parū incrementi semel susceperit: patet aut penitus illum mutari: aut incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis fit ad cōsequendam ipsam uirtutem sumpto paruo ēt incremēto. Quare uerisimile ē ma iora quoq; illum incrementa suscipere: quod si semp efficiatur in contrarium: penitus habitum deducetur: nisi tempore fortasse ꝓhibeatur. In habitu uero priuationeue fieri non pōt ut uicissim mutatio unq̄ efficiatur: & habitu nāq; fit ad priuationem mutatio: ad habitum ex priuatione fieri nequit. Nō enim quisq̄ cæcus factus uisum unq̄ recupe rauit: neq; caluus factus comā: neq; edentulus ullus dentes emisit. Atq; patet & ea q̄ ut affirmatio negatioq; opponunť: nullo dictoꝝ modo oppositionē subire. In his.n. dū taxat alterū uerū: alterū falsum esse necesse est. neq; enim in contrariis neq; in relatiuis: neq; in habitu priuationeue necesse est: semper alterū uerū alterum falsum esse: sanitas enim ac morbus cōtraria sunt: & neutrū ipsoꝝ uerū est: aut falsum. Similiter & duplū: & dimidiū: relatiue quidem opponunť: neutrū tamen uerū est aut falsum. Cæcitas eti am atq; uisus habitus qdem & priuatio sunt ut patet: at neutrū uerū ē aut falsum. Omnino aūt nihil eorum quæ nulla cū complexione dicunť uerum est: aut falsum. At uni uersa quæ dicta sunt sine complexione dicunť. Verū idipsum in hisce contrariis maxi me accidere uidebitur quæ cū cōplexione dicunť. Valere enim socratē & ægrotare so cratem contraria sunt: at neq; in hisce necessariū est: alterum falsum esse. Nam si sit qui dem socrates uerum alterum falsum erit. Si uero non sit: ambo falsa erunt: ut patet. Si enim socrates omnino nō sit neutrū erit uerū: neq; ægrotare ipsum: neq; ualere. In pri uatione quoq; ac habitu si omnino non sit neutrū uerū erit. Sin sit non semper alterū erit uerū: alterum falsum. Visum enim habere socratem: & cæcū socratem esse ut habi tus atq; priuatio opponuntur. Et si sit non necesse est alterum uerum alterū falsum esse. cum enim non est aptus habere: utrūq; est falsum. Sin omnino socrates non sit: falsum etiam erit utrūq; & uisum ipsum habere. & cæcū esse. In affirmatione uero negatiōeue semper siue sit: siue nō sit: alterū erit falsum: alterū uerum. Horū enim ægrotare inquā socratem: & non ægrotare socratem: si sit. & si non sit socrates: alterū uerum: alterū fal sum etiā patet. Si enim non sit ægrotare illum est falsum: nō ægrotare uerū. Quare hi sce solis hoc cōpetit: alterū inquā ipsorū uerū esse: alterū falsum: quæ ut affirmatio atq; negatio opponuntur. At uero malū quidem bono necessario cōtrariū est. quod qdem esse patet inductione. Morbus enim sanitati: & iustitiæ iniustitia: & fortitudini timidi tas aduersatur: & in cæteris simili modo. At malo interdū bonum: interdū malum cō trarium est. Defectui enim qui quidem est malum: exuperatio quæ qdem & ipsa malū est contrariū est. Similiter & mediocritas quæ qdem est bonū utriq; aduersatur: ut pa tet: In paucis tamē idipsum esse uideť. sed in plurimis malo bonū semper contrariū ē. Præterea nō necessariū est si cōtrariū alterū sit & reliquū esse. Nam si oēs sint sani: sa nitas qdem erit: morbus uero nō erit. similiter si sint omnia alba: albedo quidem erit ni gredo uero nō erit. Præterea si socratē ualere cōtrariū ē huic socratē ægrotare. fieri uero nō pōt ut ambo simul eidē insint: Impossibile ē si cōtrarioꝝ alteꝝ sit: & reliquū etiā eē. patet etiā & circa idem aut speciē: aut genere cōtraria fieri esse apta. Et enim morbus q̄ dem & sanitas in animalis corpore: Albedo autem & nigredo in corpore absolute. iusti

ria quoq; & iniustitia in hominis anima fiunt. Contraria insuper omnia aut eodẽ in genere: aut contrariis in generibus esse: aut ipsa genera esse necesse est. nam album quidẽ & nigrum eodem in genere sunt. color enim ipsorum est genus. Iustitia uero ac iniustitia sub generibus contrariis collocantur. alterius enim uirtus: alterius uitium est genus: ut patet. at bonum & malum nõ sunt in genere: sed alquorum ipsa genera sunt.

De priore.

PRius quippiam alio: quatuor dicitur modis. Atq; primo quidẽ & propriissime tẽpore. Quo pacto quippiã antiquius aliquo & uetustius dici solet. quia nãq; plus est tpis ideo antiquius atq; uetustius dicitur. Secundo uero ut id a quo non conuertitur essendi consequentiæ quo pacto unum duobus est prius. nam si sint duo & unum continuo sequit̃ esse. at si sit unum nõ necessario sequitur duo esse. Quare ab uno cõsequentia nõ conuertit̃ ut reliquũ sit: prius aũt id esse uidet̃ a quo nõ cõuertitur essendi cõsequentia. Tertio modo ordine quodã dicit̃ prius: ut in sciẽtiis atq; orationibus intueri licet. In demõstratiuis enim scientiis prius est nimirum atq; posterius ordine. elemẽta nãq; priora sunt designatiõibus ordine quippe: cũ principia priora sint ordine cõclusionibus contẽplandis. & in grãmatica syllabis priora sunt elementa. in orationibus ẽt exordiũ simili modo narrationẽ ordĩe antecedit. Præterea id quod ẽ præstabilius honorabiliusue prius natura eẽ uidet̃. Plærịq; ẽt eos q sunt honorabiliores: quosq; magis amant dicere priores cõsuecuerũt. Hic tamẽ modoꝝ pene oĩum remotissimus esse uidet̃: tot igitur fere sunt modi prioris qui dici solent. Videbitur aũt & ultra iam dictos alius quidã esse prioris modus. Eorũ enim quæ essendi consequentia cõuertunt̃: alterum qđ est causa quouis modo ut alterũ sit prius natura: nõ incõgrue dici potest. Atq; esse quædam talia patet. Esse. n. hominẽ ad orationẽ de ipso uerã: essendi consequẽtia sane conuertitur: Nã si sit homo uera est ea oratio: qua homo dicit̃ esse: & econtra homo profecto est: si uera est ea oratio: qua hominẽ dicimus esse. Atq; oratio quidẽ uera ut res sit nullo pacto est causa. res tamen aliqua ex parte ut sit oratio uera causa esse uidetur. Ex eo nãq; quia res est aut nõ est oratio uera dicitur aut falsa. Quare fit ut quinq; modis ipsum prius dicatur ut patet.

De simul.

SImul aũt ea simpliciter propriissimeq; dicuntur: generatio. quorũ est tẽpore in eodem: neutrum enim ipsoꝝ prius aut posterius est. Atq; hæc tempore simul dicuntur. Natura uero ea dicunt̃ simul: quæ essendi quidem consequentia conuertuntur: neutrum tamen causa est ut sit alterum: ut in duplo dimodioq; intueri licet: hæc enim conuertuntur. nã si duplũ est dimidiũ est & si dimidium est duplum est: neutrũ tamẽ est causa ut alterũ sit. Ea præterea q sub eodẽ genere sunt cõtra sese diuisa: simul natura esse dicunt̃. Atq; ea dicunt̃ cõtra sese diuisa: quæ in eadẽ sunt diuisiõe qualia sunt uolatile gressibile atq; in aquis degens. hæc. n. sub eodem genere contra se sunt diuisa. quippe cum animal ut hæc ut patet distribuat̃ & nihil horũ posterius est: aut prius: sed natura talia simul esse uident̃. Diuidiẽt ẽt unũquodq; taliũ in species rursus potest. atq; erunt & illa simul natura: quæ sub eodẽ genere collocata in eadem sunt diuisione. genus tamẽ specie prius ẽ semp: non enim in cõsequẽtia fit ab illo conuersio: nã si uolatile est aĩal est: at si animal est nõ necesse est uolatile esse: simul igitur dicũtur natura ea: quæ in essendi quidẽ cõsequentia conuertunt̃: nullo tamẽ pacto alteꝝ causa est ut alterũ sit. Et ea quæ sub eodẽ genere collocata contra sese sunt diuisa. Absolute autem simul sunt ea: genratio quorum eodem in tempore est: ut prius est dictum.

De motu.

MOtus species sunt sex.generatio :corruptio . Accretio : decretio . Alteratio ea mutatio quæ loco accomodatur.atq; cæteri quidem motus ut patet diuersi sunt.nõ est.n.corruptio:generatio.neq; accretio:ẽ decretio:neq; ea mutatio quæ loco accomodatur:cæteriq; motus similiter . De alteratione uero dubitatio quædam existit:ne forsitam necessarium sit id quod alteratur alquo reliquorum motuum alterari : hoc autem uerum non est . Fore enim omnibus in passionibus aut plurimis nos accidit alterari:nullo motuum cæterorum communicante : neq; enim incrementa neq; decrementa suscipere necesse est : id quod passione mouetur : & in cæteris modo. Quare alteratio diuersus est a cæteris motus:nam si esset idem continuo id quod alteratur:crescere aut decrescere aut aliquo alio moueri cæterorum motuũ oporteret : aut non necessarium est profecto.Similiter & id quod augetur : aut aliquo alio motu mouetur:alterari oporteret.Aut sunt quædã quæ augentur & non alterantur. Quadratũ enim circumposita norma creuit quidem:at non alteratum ẽ. similiter & in cæteris rebus huiuscemodi fit.quare diuersi sunt hi motus omnes ut diximus. Atqui simpliciter quod motus contrarius est quieti:singulis autem singuli aduersantur . Generatio quidem corruptio.Accretio uero decretio:& mutationi accomodata loco:quies in loco : & maxime ut uidetur ea mutatio : qua ad contrarium locum itur opponitur : ut ei motui quo sursum itur is motus quo deorsum itur:& econuerso . At assignatorum motuum reliquo non est facile assignare quid nam contrariorum sit.Atq; nihil ipsi contrarium esse uidetur:nisi quispiam & in hoc quietem in qualitate dicat opponi: & mutationi quæ est ad qualitatem oppositam:& mutationem eam quæ est ad qualitatem contrariam perinde atq; in mntatiõe loco accomodata quietem in loco : & mutationẽ quo ad contrarium locum itur:contria diximus esse . Alterationem nãq; mutationem esse in qualitate constat.Quare motui in qualitate quies in qualitate oppõitur: aut ea mutatio qua ad qualitatem contrariam itur.quo pacto hæc opponuntur.Album quippiam fieri & nigrum quippiam fieri . Alterantur enim hæc atq; in qualitates contrarios terminos mutatio fit ut patet.

De habere.

HAbere pluribus dicitur modis:aut enim ut habitum dispositionemq;: uel aliquam aliam qualitatem:scientiam enim habere aliquam dicimur atq; uirtutem.Aut ad quantum uelut eam quispiam magnitudinem habet: nam cubitorum trium uel quatuor habere magnitudinem dicitur . Aut ut ea quæ circa corpus ponuntur:ut uestem tunicam & gladium & similia.Aut in parte : uelut in manu anulum.Aut ue partem:ut manum uel pedem.Aut ut in uase:ut modium habere triticũ dicimus:aut dolium uinum.hæc enim habere ut in uase dicuntur . Aut possessionem: habere enim dicimur domum fundumue:dicitur & uir uxorem & uxor uirum habere:qui quidem remotissimus omnium habendi modus esse uidetur : nihil enim aliud dicendo uirum habere uxorem significamus q̃ uirum una cum uxore habitare . Forsitan & alii quidam habendi modi esse uidebuntur : sed qui dici solent omnes fere sunt nunc a nobis enumerati.

Prædicamentorum Aristotelis liber explicit.

GIBERTI PORRE. LIBER

Hermolai Barbari ex Giberto porretano de ſex initiis.



Hæ igit' duæ sunt oppositæ:aliæ uero duæ sunt rursus cũ nõ homo tanq̃ subiectum quoddam accipitur.Non homo iustus est:nõ homo iustus non est: non homo non iustus est:non homo non iustus non est.Atq; plures his oppositiones non erunt. Hæ uero seorsum ab illis:ipsæ per seipsas erũt:cum hoc nõ homo tanq̃ nomine utantur:ut patet.quibus autem nõ accommodatur est ipsum ut cum hæc ponũtur: ualet ambulat & istiusmodi cætera:in iisdem facit hoc pacto positum:ac si ẽ ipsum adiungeretur: ut ualet omnis homo:non ualet omnis homo:ualet omnis non homo:non ualet omnis non homo.non enim dicendum est nõ omnis homo sed:negationis nota ipsum non addenda est huic termino homo.Omnis enim non significat ipsum uniuersale:sed uniuersalis prædicationis est nota: quod quidem ex hisce patet: homo ualet: homo non ualet non homo ualet:nõ homo non ualet.hæc enim ab illis ex eo differunt quia non dicunt uniuersaliter. Quare omnis uel nullus nil aliud significare uidetur q̃ affirmationem: aut negationem uniuersaliter dici:cætera igitur eadem sunt addenda.Cum autem huic affirmationi:omne animal iustum est:ea negatio sit contraria quæ significat nullũ animal esse iustum:patet has quidem nunq̃ esse simul ueras:oppositas autem his ueras simul nõnũq̃ esse:ut nõ oẽ animal est iustum.& est aliquod aial iustũ. at hæc: nullus est hõ iustus.sequit' hanc:ois hõ nõ iustus est.hæc etiã nõ ois hõ nõ iustus:est quæ quidem est illa opposita sequitur illam:est aliqs hõ iustus.necesse est enim aliquẽ eẽ: Patet etiã in singularibus qdẽ:si uerum ẽ interrogatũ negare affirmare ẽt uerũ esse:ueluti ẽ ne socrates sapiens:non socrates ergo non sapiens ẽ. In uniuersalibus autẽ nõ ẽ uera q̃ simi

liter dicitur:sed est negatio uera: ueluti:est ne ois hō sapiens:nō.ergo omnis hō non sapiens est:hoc.n.est falsum:sed illud est uerū:ergo nō ois hō sapiens est: atq; hæc qdem est ea quæ opponitur:illa uero est ea q̄ est cōtraria:uoces aūt ea quæ infinita sunt noia uerbaq;:suntq; oppositæ uocibus hisce quæ sunt nomina atq; uerba:ut nō hō:nō iustus & huiuscemodi uoces sine noie:uerboq; uidebunt̄ esse negationes at nō sunt: semp.n. necesse est negatiōem eē ueram uel falsam:at hisce qui dixit nō hō nō magis q̄ is qui ꝑtulit homo:sed minus potius uerū uel falsum aliquid dixit:nisi quippiā ipsi addiderit. Hæc aūt est omnis nō hō iustus:nihil idē quod nulla illarū significat: nec item ea quæ est ipsi opposita:non est inquā omnis non homo iustus. At hæc:omnis non homo non iustus est:idem quod illa significat:nullus nō homo iustus est. At enim nomina & uerba trāsposita idem significāt:ueluti albus homo est. homo albus est: nam si ita non sit euisdem affirmationis plures erunt negationes:ad demōstratum est unam oppositam esse uni. huius enim albus homo est:negatio est:albus homo non est. huius autem homo albus est:si non est idem quod ista:albus homo est:aut hæc erit negatio:non homo albus nō est:aut ista:homo albus non est:at altera quidem negatio huius est: nō homo albus est:altera uero negatio huius albus homo est.

Albus homo est	Albus homo non est
Homo albus est	Homo albus non est
Non homo albus est	Non homo albus non est

Quare affirmationis unius duæ erunt negationes. Patet igitur eandem affirmationem fieri negationemue si nominis positio uerbiq; mutetur.

Vnum autem de multis:aut multa de uno: aut affirmare: aut negare: nisi sit unum quippiam id quod ex pluribus illis significatur:nō ē affirmatio neq; negatio una. Atq; unū dico nō si nomē unum sit positum:nō sit aūt quid unum ex illis: uelut homo ē forsitan:& animal:& bipes:& mite: Atq; ex his etiam fit unū quiddam:ex albo uero & homine & ambulāte.nō fit unū:ut pater. Quare neq; si unum quippiam de hisce quispiam affirmauerit:una erit affirmatio:sed uox quidem una:plures aūt affirmationes. neque rursus ecōtra de uno dixerit hoc:sed similiter multæ. Quod si differēdi interrogatio respōsionis est postulatio:uel propositiōis uel cōtradictionis alterius partis. Propositio uero contradictiōis unius est pars:nō erit ad hoc una profecto respōsio: neq; enim est ipsa interrogatio una & si est etiam uera. Sed de his est dictum in topicis: patet etiā insuper neq; quid est interrogatiōem esse differendi:nam ut detur ex iterrogatiōe oportet ut eligat utram uelit ipse contradictionis partem enunciare:sed oportet interrogantem:distinguendo interrogationem proferre hoc pacto. Vtrum hoc sit homo: an non hoc. Cum autem eorum quæ seorsum prædicantur: alia composita prædicentur ut unum omnia prædicatum. Alia non prædicentur:quæ nam sit differentia: de homine nāq; uere dicitur animal seorsum: & bipes seorsum: & hæc eadem simul & unum: & homo rursus & album seorsum:& hæc eadem simul & unum: sed nō si quispiā ē sutor:& bonus:sutor dicēdus est bonus:nam si quia uerum ē seorsum utrūq;: iō & utrūque simul uerum eē oporteat:multa sequent̄ absurda. De homine nāq; quopiam uerū est dicere & ꝙ est homo:& ꝙ est ēt albus. quare & totum: rursus si album uerū est dicere:& totum uere dicetur. quare erit homo albus albus atq; hoc in infinitū abibit. Et rursus musicus albus ambulās:& hæc sæpius coniuncta dicentur: quorū in infinitum

erit abitio. Praeterea si socrates socrates dicit atq; homo: socrates socrates homo dicetur. Et si ipse homo seorsum & bipes dicitur: & simul homo bipes dicetur. Patet igitur si quispiam simpliciter complexiones ipsas fieri dixerit multa absurda inde emergere. ueru dicendum est nunc: quoniam sint pacto ponendae. Quae igitur per accidés praedicatur aut de eodé, aut alterū de altero ea nō erunt unum: uelut homo & albus quidé & musicus est: sed nō unum est albū ipsum & musicū. accidunt enim ambo eidem: neq; si uere dicetur album musicum esse: album musicum unū quid erit. album enim per accidens musicum est: quare album musicum erit quid unum. Quocirca neq; simon sutor bonus dicetur simpliciter: sed animal bipes: quippe cum non per accidens haec de illo dicantur: praeterea nec simul ea dicentur: quorum alterum alteri idest. Quapropter nec album saepius dicetur: neq; homo, homo animal est aut bipes. Insunt enim haec homini animal atq; bipes. At fit ut eadem uere coniunctim dicant: atq; seiunctim: nam aliquem hominem hominem: aut aliquem album hoiem, hominem atq; album dicere licet: non tamē semper: sed cum ineo quod est adiūctum oppositorū quippiam inest. ad quod sequitur contradictio: cum non uere: sed falso dicetur: ut si mortuum hominē, hominem dixeris esse. cum uero non inest uere: an cum inest quidem, semper nō uere. cū uero non inest, nō semper uere dicetur. ut homerus est aliquid, uelut poeta est. Ne igit Nomerus, an dicendum non est: per accidens enim ipsum praedicatur est de homero: nā quia est poeta: sed nō per se de homero ipsum est praedicatur. Quare in quibus praedicationibus, neq; contrarietas inest quod quidem facile discernetur: si pro nominibus rationes dicatur: in hisce cōiunctim & seorsum uera praedicatio fiet. Id autem quod nō est: non ex eo uere dicetur ens quippiā esse quia est opinabile. non ē enim ipsius opinio ipsum esse: sed ipsum non esse.

Particula quarta.

His autem determinatis, considerandum est deinceps: quomodo sese habent affirmationes & negationes huiusce generis: possibile est esse: non possibile est esse: contingens est esse: & non contingens est esse: & de impossibili simili modo, ac necessario. sunt enim de ipsis dubitationes nonnullae: Nam si complexionum, eae inter sese contradictoriae opponuntur: quae per esse disponuntur atq; non esse. Huius enim hominem esse negatio est, hoc: hominem non esse: sed non illud, non hominem esse. Et item huius hominem esse album, hoc est negatio: hominem album non esse: sed non illud, hominem non album esse. Alioquin uere quispiam dixerit lignū hominem non album esse. cum de quolibet affirmatio sit aut negatio uera. Et non solum in his ita fit: sed in illis etiā in quibus eē non additur, idem facit id qd ꝑ ipso summitur esse: nā huius homo ambulat, non est haec negatio, non homo ambulat: sed haec, homo non ambulat: nihil enim refert hominē ambulare dicere: uel hominem ambulantē eē. Si haec inquam ita sunt: atq; ubiq; dictus modus seruat. huius etiā nimiru affirmationis possibile est esse: haec erit negatio, possibile non eē: sed non illa, nō possibile est eē. At idem uidetur & esse, & non esse posse. omne nāq; quod possibile est secari uel ambulare, possibile est & non ambulare & non secari. Atq; causa huius haec est omne enim quod hoc pacto possibile est: nō semper est actu. Quapropter ipsi cōpetet: & ipsa negatio. Potest enim & non ambulare, quod ambulare potest: & non uideri, quod potest uideri. At fieri nequit ut enunciationes oppositae de eodem sint uerae. non enim affirmationis huius possibile est esse: haec est negatio, possibile est non esse. Fit enim ex his, ut aut idem de eodem affirmetur simul atq; negetur: aut nō per eē atq;

nō eſſe ea quæ addũtur affirmationes fieri negationeſue. Quod ſi illud fieri neqt:hoc erit utiq; expetendum. Huius igitur poſſibile eſt eſſe:hoc eſt negatio;non poſſibile eſt eſſe,ſed non illud poſſibile non eſt eſſe. Huius etiam: contingens eſt eſſe: hoc eſt negatio:nō contingens eſt eſſe:eadē & de cæteris ratio de impoſſibili inquam & neceſſario: nāq; ut in illis eſſe atq; non eſſe ſunt additiones: cæteræ uero res ſunt ſubiectæ: alia album: alia homo: ſic & in iſtis eſſe quidem: atq; non eſſe ſiunt ut ſubiecta. Poſſe uero & cæteræ additiones diſtinguentes uerum & falſum in iis ipſis:perinde atq; in ipſis ipſum eſſe atq; non eſſe: facere ſolent. Huius autem poſſibile eſt non eſſe negatio eſt non illud non poſſibile eſt eſſe:ſed hoc non poſſibile eſt non eſſe. Et huius poſſibile eſt eſſe:non hoc poſſibile eſt non eſſe:ſed illud nō poſſibile eſt eſſe. Qua propter hæ poſſibile eſt eſſe:& poſſibile eſt nō eſſe.ſeſe mutuo ſequi uidentᷓ. Idem enim poſſibile eſt eſſe atq; non eſſe:nō enim hæ poſſibile eſt eſſe & poſſibile eſt nō eſſe contradictorie opponuntur: ſed iſte poſſibile eſt eſſe & non poſſibile eſt eſſe:nũq de eodem ſunt ſimul ueræ:oppoſitæ nāq; ſunt. Hæ quoq; poſſibile eſt non eſſe:& non poſſibile eſt non eſſe: nũq̄ de eodem ſunt ueræ. Similiter & huius affirmationis:neceſſe eſt eſſe:non hæc:neceſſe eſt non eſſe negatio eſt:ſed hæc non neceſſe eſt eſſe. Huius autem neceſſe eſt non eē: negatio eſt:non neceſſe eſt non eſſe:huius etiam impoſſibile eſt eſſe: non hæc. impoſſibile eſt non eſſe: ſed illa non impoſſibile eſt eſſe negatio eſt:at illius impoſſibile ē non eſſe hæc ſane:non impoſſibile eſt non eſſe negatio eſt. Omnino autē quemadmodum dictum eſt:eſſe quidem ac non eſſe ponere oportet uti ſubiecta. Hæc autem ad ipſum adiungere atq; non eſſe affirmationem faciendo negationemue. Atq; has oportet exiſtimare oppoſſitas eſſe poſſibile non poſſibile:contingens:non contingens: impoſſibile non impoſſibile: neceſſarium non neceſſarium:uerum non uerum. Conſequentiæ quoq; cum ratione ſiunt:ſi hoc pacto ponantur:nam illam quidem poſſibile eſt eē: ſequitur hæc contingens:eſt eſſe:atq; cum illa conuertitur. Et item hæ:non impoſſibile eſt eſſe & non neceſſe eſt eſſe. At has poſſibile eſt non eſſe contingens eſt non eſſe: hæ ſane ſequuntur: non impoſſibile eſt non eſſe. & non neceſſe eſt non eſſe. Illas etiam non poſſibile eſt eſſe & non contingens eſt eſſe: hæ porro ſequuntur impoſſibile eſt eſſe & neceſſe eſt non eſſe. & illas inſuper non poſſibile eſt non eſſe & non contingens eſt non eſſe:hæ nimirum ſequuntur impoſſibile eſt non eſſe & neceſſe eſt eſſe. Atq; id quod dicitur ex hiſce quæ hic ordine ponuntur perſpiciatur.

Poſſibile eſt eſſe.	Contingens eſt eſſe.
Non impoſſibile eſt eſſe	Non neceſſe eſt eſſe.
Poſſibile eſt non eſſe	Contingens eſt non eſſe
Non impoſſibile eſt non eſſe	Non neceſſe eſt non eſſe
Non poſſibile eſt eſſe.	Non contingens eſt eſſe
Impoſſibile eſt eſſe	Neceſſe eſt non eſſe
Non poſſibile eſt non eſſe	Non coutingens eſt non eſſe
Impoſſibile eſt non eſſe	Neceſſe eſt eſſe

Hæ igitur impoſſibile eſt eſſe:& non impoſſibile eſt eſſe:has contingens eſt eē: & poſſibile eſt eſſe:& non contingens eſt eſſe:& non poſſibile eſt eſſe: centradictorie quidem ſed uerſo modo ſequuntur. Affirmatiōem enim poſſibilis:impoſſibile inquam eſt eſſe

negatio

negatio sequitur impossibilis.negationem autem affirmatio. Hanc enim non possibile est esse sequitur.hæc impossibile est esse:nam impossibile est esse affirmatio est:non impossibile autem esse negatio.At uidendum est quo modo sese habent necessarii enunciationes.Atq; patet non eodem modo sese habere:sed contrarie quidem sequunt. Contradictiones autem seorsum sunt collocatæ. Huius enim necesse ē non esse:non ē hæc negatio:non necesse ē esse:Fieri enim non potest ut de eodem ambæ sint ueræ quod enim necesse ē non esse:id non necesse ē esse. Causa autem dissimilitudinis huius hæc esse uidetur.Impossibile enim idem potest quod:necessarium:cum contrario assignatur modo:quod enim impossibile est esse.Id non sane necesse ē esse:sed necesse ē non esse. & qđ impossibile ē non esse:id necesse ē esse:Quamobrem si illæ perinde sese habent atque possibilis & non possibilis:enunciationes ex non eodem modo: sed contrario modo sese habebunt. Quippe cum necessarium ac impossibile non idem significent: nisi uerso modo fuerint assignata quemadmodum diximus.At fieri non pōt ut hoc pacto collocentur necessarii contradictiones.quod enim necesse ē esse.Id possibile ē esse. nam si ita non sit:sequetur sane negatio. quippe cum necesse sit affirmare aut negare. Quare si non possibile ē esse: impossibile ē esse.impossibile ē igitur id igitur id esse:quod necesse ē:qđ quidem absurdissimum esse constat.Atq; hanc possibile ē esse:sequitur hæc:non impossibile ē esse:at hanc sequitur illa:non necesse est esse.quo fit ut quod necesse ē esse: Id nō necesse sit eē:qđ absurdissimum ē.At uero neq; hæc necesse ē esse:neq; ista necesse est nō esse: sequitur illam possibile ē esse: ei nanque quod possibile ē ambo accidere possunt. utrauis autem istarum sit uera: illa non erunt profecto uera.simul enim possibile ē: & esse & non esse.Si uero necesse ē esse:aut non eē:non erit possibile eē:atque non eē.restat igitur ut hæc non necesse est non eē:hanc possibile ē eē sequatur.Hæc enim est uera profecto si de hac quoque dicatur:necesse ē eē. Hæc & contradictorie ei opponitur:quæ sequitur illam:non possibile est eē.Illam nanque sequuntur: hæc impossibile ē eē & necesse ē non eē.cuius negatio est hæc non necesse est non eē.Sequuntur igitur & hæc contradictiones perinde atque cæteræ. Atqui nullum prorsus absurdum uidetur emergere si hoc pacto ponatur.

Possibile est esse	Non possibile est eē.
Contingens est eē	Non contingens est eē
Non impossibile est esse	Impossibile est esse
Non necesse est non esse	Necesse est non esse
Possibile est non esse	Non possibile est non eē
Contingens est non eē	Non contingeus est non eē
Non impossibile est non eē	Impossibile est non eē
Non necesse est eē	Necesse est eē

Ambiget autem quispiam si hanc necesse est eē illa possibile est eē sequatur: nam si non sequatur:ea sane sequetur quæ contradictorie illi opponitur: quæ quidem est non possibile ē eē:qđ si qspiā nō hāc dixerit cōtradictorie oppositā illi eē:necesse est illū hāc esse dicere:possibile est non esse:quarum utraque falsa est:si de hac dicatur ut patet necesse est eē:quare illa possibile est esse:sequit hanc necesse est eē.At uero idē rursus uide ur esse possibile secari ac non secari:& esse atque non eē.Ex qno fit ut id quod necesse est

esse:sit contingens non eē:quod quidem est falsum. Patet igitur non omne quod possibile est:uel eē:uel ambulare: illa etiam opposita posse. Sed eē nonnulla in quibus illud non eē uerum uidetur: ut in hisce quæ sine ratione possunt. quo pacto ignis calefacere potest & potentiam habet rationis expertem:potentiæ igitur eæ quæ sunt participes rationis eædem plurium sunt contrariorum.at eæ quæ sunt rationis expertes non omnes: sed ignis ut dictum est nō potest non calefacere:neque cætera omnia quæ semper sunt actu. Aliqua tamen eorum quæ potentias habent rationes expertes simul opposita suscipere possunt. Verum hoc quidem huiusce gratia dictum est:ut ostendamus non omnem potentiam oppositorum eē:nec omnis eas quæ sub eadem specie collocantur:non nullæ autem potentiæ æquiuoce sunt. Possibile enim non simpliciter dicitur: sed aliud quidem ob hoc dicitur quia uerum est:propterea ꝙ actu est:ueluti possibile est quempiam ambulare quia ambulat: & omnino possibile ē eē:quia iam idest actu quod dicitur posse. Aliud autem ex eo quia fuerit actu:ut possibile ē quempiam ambulare:propterea ꝙ ambulauerit. Et hæc quidem potentia in his est solum quæ mobilia sunt. Illa uero & in iis est quæ immobilia sunt. Atque horum utrunque: & id inquam quod iam ambulat ac agit uel est:& id quod ambulandi uel essendi quidem potentiam habet:sed nondum ambulat aut ē uere dicere licet: possibile eē ambulare aut etiam eē. Quæ cum ita sint: idque quod hoc modo possibile ē non uere dicere simpliciter de necessario possumus. Alterum autem uere dicere licet. Quare cum ad particulare sequatur uniuersale: ad id quod necessario est:sequitur hoc profecto possibile est eē:non omne tamen ut patet atque forsitan hæ necesse ē & non necesse ē: aut eē:aut non eē omnium principium sunt. Et cæteras ad has sequentes considerare oportet.

Necesse est esse	Non necesse est esse
Non possibile est non esse	Possibile est non esse
Non contingens est non esse	Contingens est non esse
Impossibile est non esse	Non impossibile est non esse
Necesse est non esse	Non necesse est non esse
Non possibile est esse	Possibile est esse
Non contingens est esse	Contingens est esse
Impossibile est esse	Non impossibile est esse

Patet autem ex his quæ diximus:id quod eē necessario est etiam actu. Quare si perpetua sunt priora:actus etiam est potentia prior atque eorum quæ sunt. alia quidem actus sunt sine potentia:quales sunt ipsæ substantiæ primæ.alia uero cum potētia actus: qui natura quidem priora sunt:tempore uero posteriora sunt:insuper & quæ nunquam sunt actus sed potentiæ tantum.

Particula quinta.



Vm autem affirmationi negatio: ac affirmatio aduersentur: nam huic omnis homo iustus est:hæc nullus homo iustus est: & omnis homo iniustus est aduersantur:& item huic callias iustus est: hæc callias iustus non est: & callias in iustus est: consideremus oportet utra istarum sit illi contraria. Atque cum ea quæ sunt in uoce sequantur ea quæ sunt in mente. Si illic opinio contrarii sit contraria:ut opinio quæ dicit omnis homo est iustus: huic opinioni: omnis homo iniustus

est:necesse est rem similiter sese habere: & in affirmationibus hisce quæ in uoce cõsistũt. Sin uero contrarii opinio non sit tibi contraria:nec affirmatio affirmationi:sed dicta negatio contraria est quare considerandum est qualis nam opinio falsa opinioni uere contraria sit:utrum affirmationis opinio an ea quæ contrarium opinatur. Dico autem hoc pacto.est una opinio uera de bono:bonum esse:alia uero falsa de eodem bonum nõ eẽ. Et insuper alia: malum esse. harum igitur duarum utra sit contraria ueræ: & si sit una utra sit ipsa contraria. Existimare itaque contrarias opiniones ex eo definitas esse: quia sunt contrariorum falsum profecto est:nam opinio qua quispiam opinatur bonum esse bonum. Et opinio qua malum opinatur esse malum. Eadem est fortasse ac uera:siue plures sint:siue una. Contrariæ uero sunt hæ. At non ex eo quia contrariorum sunt:sed ex eo potius quia contrario modo se habent.

Bonum bonum est
Bonum bonum non est

Bonum malum est	Bonum expetendum non est
Bonum fugiendum est	Bonum persequendum non est

Quod si sit opinio de bono ipsum bonum esse.alia uero ipsum bonum nõ esse. Et itẽ alia quæ bono tribuit id quod ipsi non competit: neque competere potest. cæterarum quidem nulla est ponenda contraria.nec earum quibus competere quod non inest. nec earum quibus non inesse:quod competit creditur:nam ifinitæ sunt ambæ:& quibus cõpetere quod non inest:& quibus non competere quod inest existimatur:sed illæ sunt ponendæ in quibus inest ipsa deceptio. Hæ autem sunt illæ ex quibus generationes proficiscuntur:quapropter & deceptiones ex ipsis proficiscuntur.

Vera per se	Falsa per se
Bonum bonum est	Bonum bonum non est
Bonum malum est	Bonum malum non est
Falsa per accidens	Vera per accidens.

Quod si bonum & bonum est & non malum:& alterũ quidem per se:Alterum uero per accidens cõpetit. Accidit.n.ipsi nõ malũ esse:atq; ea uniuscuiusq; opinio uera est magis:quæ est p se:& itẽ falsa magis quæ est per se. Quippe cũ & ea uera sit magis quæ cõditionẽ hanc subit & horũ utraq; falsa est:& ea inquam quæ bonũ:bonũ nõ esse: & ea q̃ bonum malũ asserit eẽ. Illa quidẽ respectu ueræ p se.hæc uero respectu ueræ p accidẽs. Magis erit ea opinio falsa profecto:quæ est negatio boni:q̃ ea quæ est contrarii affirmatio. Atque is circa unumquodque maxime opinatur falso.qui contrariam habet opinionem. Contraria nanque circa idem genus plurimum differunt. Si igitur harum opinionum contraria quidem est:& ea quæ est contrarii.magis autem est ea contraria quæ est negationis:patet hanc porro sine controuersia contrariam esse.

Bonum bonum est

Bonum non bonum est | Bonum malum est

Simplex opinio | Conuexa

Praeterea quae bonum malum asserit esse conuexa est. Etenim necesse est forsitan eandem bonum non esse bonum putare. Praeterea si i caeteris etiam rem similiter sese habere oporteat & hoc pacto uidebitur de hisce dictũ bene fuisse. Aut enim assit ubiq; contra dictionis oppositio: aut nusquã oportet. Quibus autem non sunt contraria ea: de his est falsa quae opponitur uerae. Nam qui hominem hominem non esse putat. Is falso nimirum opinatur. Si igitur hae contrariae sunt & in caeteris: simili modo contrariae erunt eae quae sunt opiniones contradictoriae.

Bonum bonum est	Bonum bonum non est
Non bonum bonum est	Non bonum bonum non est
Non bonum malum est	Non bonum malum non est

Praeterea opiniones hae quarum altera quidem bonum bonum esse: altera uero non bonum asserit bonum non esse. Similiter sese habent. Et insuper hae q̃rum altera bonum bonum non esse: altera non bonum bonum asserit esse. Ei igitur quae dicit non bonum bonum non esse: quae quidem est ut patet uera opinio quae nam erit contraria. non enim ea quae non bonum malum asserit esse: haec erit nonnunq̃ simul cum illa uera nunquã autem fit ut uera uerae contraria sit: Etenim est quippiam non bonum malum. Quare fit ut istae sint simul uerae: nec item ea quae non bonum dicit non esse malum. Est enim & ipsa uera: nam erit nonnunquã & ista simul. Restat igitur ei quae dicit non bonum non esse bonum: contrariam eam esse quae non bonum bonum asserit esse. Haec enim est falsa. quo fit ut ea etiam quae bonum bonum non esse dicit sit ei contraria: quae bonum bonum asserit esse. At qui perspicuum est nihil interesse: & si affirmationem ipsam ponamus uniuersalem: nam uniuersalis negatio contraria erit sane. Opinioni enim quae omnino quod est bonum bonum esse dicit ea est contraria q̃ nihil bonorum bonum asserit esse. Ea nanque opinio qua bonum bonum existimatur si uniuersaliter bonum sumatur eadem est atque concurrit. Cum ea quae quicquid est bonum bonum asserit esse. Nam autem nihil ab ea differt: qua omne quod est bonum bonum esse existimatur similis est & de non bono ratio. Quae cum ita sint si in opinione res ite sese habet quemadmodum diximus: affirmationes autem neque negationes signa sunt eorum quae sunt in anima: patet & affirmationi contrariam quidem negationem eam esse quae est uniuersaliter de eodem ut huic: omne bonum est bonum. Aut omnis homo est bonus: hanc nullum bonum est bonum aut nullus homo est bonus: contradictoriae uero oppositam hanc non omne bonum est bonum: aut non omnis homo est bonus. Patet etiam fieri non posse: quo uere sit contraria uera aut opinio aut oratio ulla. Nam contrariae sunt circa opposita: ut idem ueto opinetur atque enunciet. Fieri eni non potest ut eidem contraria simul insunt.

Perihermenias Liber explicit foeliciter.

Aristotelis

Aristotelis liber Priorum incipit.



Rima dicere oportet circa quid & cuiusnam sit hæc præsens cõsideratio. Atq; est circa demonstrationẽ: & est scientiæ demõstrãdi. deinde definire qd sit ꝓpositio: qd terminus: quid ratiocinatio: & quæ nã sit perfecta: & quæ imperfecta. postea uero quid sit in toto: aut esse: aut non esse. & quid intelligimus cum de omni: uel nullo quippiam dicimus prædicari.

Est itaq; ꝓpositio oratio affirmatiua uel negatiua de quopiã alicuius. Hæc autem oratio aut uniuersalis est: aut particularis aut indefinita. Atque uniuersalem dico cum quippiam omni uel nulli cuipiam competere dicitur. Particularem autem cum alicui inesse uel cuipiam non competere: aut non omni inesse asseritur. Indefinitam cũ competere aut non competere sine uniuersali aut particulari dicitur signo: quale est cõtratiorum unam scientiam esse: aut uoluptatem non esse bonum. A differendi autem ꝓpositione demõstratiua propositio differt: nam hæc quidem partis alterius est acceptio contradictionis: qui nanq; demonstrat non interrogat: sed sumit. Differendi uero propositio interrogatio est contradictionis. Atq; nihil utq; refert ad utriusq; ratiocinationem conficiendam. Nam & hisce qui demonstrat: & is ẽt qui interrogat sumpto quippiam ĩesse: aut non esse cuipiam ratiocinatur. Quare ratiocinandi quidẽ ꝓpositio simpliciter est affirmatio de quopiam alicuius: aut negatio: queádmodũ diximus. Demonstrandi autem si uera & ꝑ primas sumpta sit suppositiones. At differendi ꝓpositio: interroganti quidẽ contradictionis est interrogatio. Ratiocinãti uero eius est acceptio qđ uerisimile probabileq; esse uidet̃: ut est in topicis dictum. Quid igitur sit ꝓpositio & quo nã differat ratiocinandi: & demonstrandi: differendiq; ꝓpositio diligentius quidẽ exactiusq; posterius explicabitur: nunc uero pro usu præsenti satis est a nobis determinatum.


Terminum autem eum appello in quẽ resoluitur propositio: ut prædicatum & id de quo prædicatur: ipso esse aut non esse addito uel diuiso.

Ratiocinatio est oratio: in qua quibusdam positis: aliud quippiam ab his quæ posita sunt cum hæc ipsa sint necessario euenit. Atq; per illud cum hæc ipsa sint: ob hæc euẽire dico: per hoc autem intelligo nullo foris insuper esse termino ut necessarium fiat. Perfectam igitur eam ratiocinationem appello: quæ nullius indiget rei: præter ea quæ sumpta sunt: ut ipsum necessario uideatur. Imperfectam autem eam: quæ unius uel pluriũ indiget: quæ necessaria quidem sunt per terminos ipsos subiectos. non tamen sunt sumpta per propositiones.


In toto autem quopiam esse quippiam: & de omni quopiam quippiam prædicari: idem significat. atq; tum de omni dicimus quippiam prædicari: cum nihil potest subiecti sumi: de quo alterum non dicetur: idem ĩtelligẽdum est & cum de nullo dicimus qppiam prædicari.

Cum autem omnis propositio sit essendi: aut necessario essendi: aut contingenter essendi. Et in unaquaq; appellatione: aliæ sint affirmatiuæ: aliæ negatiuæ. Atq; horum rursus aliæ sint uniuersales: aliæ particulares: aliæ indefinitæ. Vniuersalem quidem negatiuam propositionem essendi necesse est uniuersaliter terminis ipsis conuerti. Veluti si nulla uoluptas est bonum nullum etiam bonum erit uoluptas. Affirmatiuam autem cõuerti quidem necesse est: non tamen uniuersaliter sed in parte ut si omnis uoluptas est bonum: & bonum aliquod erit uoluptas. At particularium affirmatiuam quidem in par


te conuerti necesse est: nam si aliqua uoluptas est bonum & aliquod bonum erit uoluptas: negatiuam autem non necesse est eodẽ modo conuerti: non enim si homo non omni competit animal: & animal non omni homini competit. Sit itaque uniuersalis negatiua propositio A B. Si igitur A nulli competit eorum quæ sunt .b. & .b. profecto nulli competet eorum quæ sunt A: nam si alicui competet: atque sit illud C. nõ erit illud profecto uerum: A nulli competere: nam C aliquid est eorum quæ sunt B: ut luce clarius extat.




Si autem A competit omni B: & B nimirũ alicui competet A: Nam si nulli competet: & A profecto nulli competet B: At omni supponebatur competere.




Similis conuersio fiet & si particularis affirmatiua sit propositio: nam si A competit alicui B: & .B necesse est cuipiam competat A. Nam si nulli competat: & A profecto nulli competet. b. at alicui supponebatur competere.




Si autem A alicui non competit B: non necesse est & B alicui non competere. A. ut sit B quidem animal: A uero sit homo. Homo nãq; non omni competit animali ut animal homini competit omni.



Ita res sese habebit & in propositioni bus necessariis. Nam uniuersalis qdem negatiua uniuersaliter: affirmationum autem utraq; particulariter sane conuertitur. Eteni si necesse est A nulli competere B: necesse est & B nulli competere A. nam si cōtingit ut alicui competat: cōtinget etiam ut A competat alicui B.



Sin uero A necessario uel omni uel alicui competat B: & B necesse ē cuipiam competere A. Nam si non necessario cōpetat cuipiam: nec A pfecto cuipiam B necessario competet.



Necesse


Particularis autem negatiua non cōuertitur ob eam causam quam antea diximus.


At in contingentibus cum multipliciter dicatur contingere: necessarium enim: & non necessarium: & possibile cōtigere dicimus: affirmatiuæ quidem in uniuersis similiter conuertentur. Nā si A uel omni contingit: uel alicui competere B: & B profecto alicui contingit competere A. Quod si nulli: & A contingit nulli cōpetere b. Hoc enim antea demonstrauimus.



Contingit

Negatiuæ uero non eodem modo sese habebunt: sed in hisce quæ contigere dicimus ex eo quia necessario non competunt: aut non necessario competunt: proinde sese habebunt ac prius: ueluti si quispiam dixerit contingere hominem equum non esse: aut album tunicæ nulli inesse. Horum enim alterum necessario non competit: alterum non necessario inest. Atq; propositio similiter sane conuertitur: nam si contingit equum nulli competere homini: & hominem contingit nulli competere equo. Et si album contingit nulli competere tunicæ: & tunica cōtingit nulli competere albo. Quod si alicui necessario competit: & albū alicui tūicæ necessario competet. Hoc.n. antea demonstrauimus.





Neceſſario non competit — Non neceſſario competit

Similiter ſeſe hãbet & negatiua particularis. in his autem quæ ex eo dicuntur continge-re quia plerunq; fiunt: ac aptitudinem habent: quo quidem pacto contingens conſueui mus diffinire: non ſimiliter in conuerſione ſeſe habebunt: ſed uniuerſalis quidem non conuertitur: particularis autem conuertetur. Atque hoc in ſequentibus patebit: cum de ipſo contingente dicemus. nunc hoc tantum inſuper pateat nobis has propoſitiones: cõtingit nulli aut cuidam non competere. affirmatiuam habere figuram. Contingit enim perinde diſponitur atque ipſum eſt: Eſt autem ipſum in quibus inſuper prædicatur affirmationem ſemper omninoque facit: ut eſt non bonum: eſt nõ album: aut ſimpliciter eſt non hoc: oſtendetur autem & hoc ipſum: per ea quæ deinceps dicentur: in conuerſionibus autem perinde ſeſe habebunt ut cæteræ.

Hiſce determinatis dicendum iam eſſe uidetur per quæ. & quãdo. aut quo nam modo omnis ratiocinatio fiat: poſtea uero de demonſtratione dicemus: nam prius de ratiocinatione: q̃ de demõſtratione dicendum eſſe uidetur: quippe cum uniuerſale magis ſit ratiocinatio: demonſtratio nanque ratiocinatio quædam eſt: at non omnis ratiocinatio demonſtratio eſt.


De prima ratiocinationis figura.




Vm igitur tres termini ſic inter ſeſe habent: ut ultimus quidem in toto ſit medio: medius autem in toto primo ſit. aut non ſit: neceſſe eſt tum extremorum ratiocinationem eſſe perfectam. Atque medium quidem id dico quod in alio eſt & in quo aliud eſt. Hoc & ipſa ſane poſitione medium fit. Extrema autem ea quorum alterum eſt in alio: alterum in quo aliud eſt.

Nã ſi A. de omni b. & b. de omni C. dicitur. neceſſe eſt A. de omni C. prædicari. Dictum eſt enim prius quo modo prædicari de omni dicitur.


Pari quoque ratione ſi A. quidem de nullo b. dicitur. b uero de omni C. prædicatur. A. profecto nulli competet C.



Verum si primum quidem ipsi medio competat omni:medium autem nulli extremo insit:ratiocinatio extremorum profecto non erit:nullum enim cum hæc sint efficitur necessarium.Etenim fit ut primum omni competat extremo ac nulli.quare neq; particulare neq; uniuersale necessarium fit. cum uero nullum eueniat necessarium:nulla p. hæc erit ratiocinatio sane.Atque termini quidem essendi sint hi:animal: homo: equus: non essendi sumantur:animal:homo:lapis.




At neq; tum erit utiq; ratiocinatio cum neq; primum ipsi medio:neq; medium competit ulli. Termini essendi:Scientia:Linea:Medicina. Non essendi: scientia : linea unitas sumatur.




Patet igitur si uniuersales sumantur hac in figura termini quando erit ratiocinatio: & quando non erit. Et item si ratiocinatio est: necessario terminos ita sese habere quemadmodum diximus. Et si termini ita sese habent uti diximus : continuo ratiocinationem constare.

At si terminorum alter sit uniuersalis: alter particularis ad alterum: quando uniuersale quidem uersus maius extremum collocatur: aut negatiuum: aut affirmatiuum: particulare autem uersus extremum ponitur minus : necesse est tunc ratiocinationem esse perfectam: quando uero uniuersale uersus extremum ponitur minus: aut aliter termini q̃ diximus disponuntur: fieri non potest ut ratiocinatio constet. Atque maius extremum id uocito in quo medium ipsum est. Minus autem id quod sub medio collocatur. nam A quidem omni b competit B autem insit alicui C. si igitur id est de quolibet prædicari quod in principio diximus: necesse est A cuipiam competere C.


Rursus si A quidem nulli b competit. b uero cuipiam insit C. necesse est A cuipiam C non inesse: nam definitum est etiam quo modo de nullo dicimus quippiam prædicari. Quare ratiocinatio erit perfecta.




Item eueniet semper & si indefinitum b C sumatur:sit modo affirmatiuum : nam ea dem erit ratiocinatio semper:siue indefinitum:siue particulare sumatur:silicet si uersus extremum minus uniuersale positum fuerit affirmatiuum uel negatiuū:ratiocinatio pfecto non erit:siue affirmatiuum siue negatiuum ipsum particulare aut indefinitum sumatur:ueluti si A quidem cuipiam insit aut non insit b ipsum autem B competat omni C.termini essendi:Bonum :Habitus:atque Prudentia.Non essendi:Bonum:Habitus in scientiaq; sumantur.




Rursus si b quidem nulli C competat.A uero cuipiam insit aut non insit:aut nō omni competat b:nulla prorsus hoc etiam pacto ratiocinatio erit.Termini essendi Album: equus:ac olor:non essendi Album:equus:coruusque sumantur .Idem sint termini : & si idem A b indefinitum sumatur.




At qui neq; cum id quidem interuallum quod est uersus maius extremum uniuersale est aut negatiuum : aut affirmatiuum:Id autem quod est uersus minus extremum negatiuum est:particulare:aut indefinitum ratiocinatio sane constabit. Ceu si A quidem omni competat b. ipsum autem b cuipiam non insit aut non competat C:cui nanq; medium cuipiam non inest:ei nimirum & omni & nulli competet primum . Subiiciantur enim hii termini:animal:homo:album.Deinde sumantur alba de quibus homo nō prædicatur:Nix inquam:& olor.Animal igitur de altero quidem dicitur omni:de altero uero nullo prædicatur ut patet.quare ratiocinatio sane non erit.




Rursus A.quidem nulli b.competat.b.uero cuipiam nõinsit c.atq; termini sint ianimatũ:homo:ac album.deinde sumant alba de qbus hõ non prædicat nix atq; olor. Inanimatũ igit de altero quidem dicitur omni:de altero uero nullo prædicatur:ut patet.





Præterea cũ hoc ifinitũ sit:B.iquam cuipiã C.nõ iesse:uerũq; sit & si nulli competat: & si nõ oi ilit:ex eo qa alicui cõpetit: sumptis eiusmodi terminis: ut b.nulli competat c. rõcinatio sane nõ fit. Hoc.n.antea dictũ ẽ.Patet igit si ita sese hẽant termini nõ fieri rõci nationẽ:nã si eẽ & i iis eẽt pfecto.Similiter demõstrabit & si uniuersale negatiuũ põat.




At uero nullo pacto etiam ratiocinatio fuerit: si utraque interualla particularia aut affirmatiua aut negatiua aut alterum affirmatiuum aut alterum negatiuum aut alterum indefinitum alterum definitum: aut utraque indefinita fuerint sumpta: termini autem communes omnium: essendi quidem animal: Album: equus. Non essendi autem: animal: album: lapisque sumantur.









Patet igitur ex hisce quæ diximus: si in hac figura particularis sit ratiocinatio: ita necessario dispositos esse terminos uti diximus. Et si ita sese habeant termini: necessario fieri ratiocinationem: nam si aliter sese habeant nullo pacto fit ratiocinatio: patet etiã uniuersas ratiocinationes huiusce figuræ perfectas esse. Omnes enim per ea quæ in initio sunt sumpta perficiuntur. perspicuum insuper est omnia quæ proponuntur: per hanc ostendi figuram: quippe cum & omni & nulli & alicui atque non omni quippiam cõpetere per hanc ut patuit ostendatur. appello autem talem figuram primam.


De secunda ratiocinationis figura.



Vm autem idem alteri quidem omni: alteri uero nulli: uel utrique omni uel nulli competit: talem quidem figuram appello secundam. Atque mediũ qdẽ id in ipsa dico quod te utrisque dicitur: extrema autem ea de quibus hoc prædicatur: maius item extremum id nuncupo quod prope medium collocat̃ minus aũt id qđ remotius a medio ponit̃: atq; ipsum mediũ extra qdẽ extrẽa ponit̃. Est tamẽ primũ


positione.Atq; pfecta quidē ratiocinatio nō erit hac in figura.erit tamē potentia terminis tā uniuersalibus q̄ nō uniuersalibus sumptis. Si igitur uniuersales sint termini:atque medium ipsum alteri quidem omni:alteri aūt nulli competat:erit ratiocinatio sane: siue uersus maius siue minus extremum positum fuerit negatiuum:alio autē modo fore non potest.Nam L de nullo quidem M:de omni uero n prædicet̄.Cum igitur negatiuum simpliciter conuertatur.M ipsum profecto nulli competet l:at l omni n inesse supponebatur.Q uare m nulli profecto competet n hoc enim prius est demonstratum.


Rursus si l omni quidem competat M:nulli aūt insit n.ipsum ēt M nulli pfecto cōpetet n nam si L nulli competit n:& n ēt nulli cōpetet l:at l omni M inesse supponebatur: Q uare n nulli cōpetet m.rursus enim pria figura est facta.Sed cū negatiuū simpliciter conuertatur:m etiam nulli competet n.quare erit eadem ratiocinatio sane.




Licet ēt hos modos ostēdere deducendo ad id quod fieri minime potest.


Patet igitur cum ita sese habent termini fieri quidem ratiocinationē:sed nō perfectā. nō enim solum ex hisce quæ initio sumpta sunt:sed ex aliis etiam ipsum efficitur necessarium:ut luce clarius extat.At si ipsum L de quolibet m: neque n prædicetur:ratiocinatio sane non erit termini essendi:substantia:animal:homo non essendi:substātia: animal lapisque:sumatur:atque substātia in medio collocetur.







Neq; enim ratiocinatio porro constabit: si L. de nullo M: & de nullo N. prædicatur: termini essendi: linea: animal: homo: non essendi: linea: animal lapisque. sumantur: atq; linea medium occupet locum.







Patet igitur. si in hac figura sit ex uniuersalibus terminis rõcinatio: necessarium eẽ sic sese habere terminos. ut in principio diximus: nã si alio disponant̃ pacto non efficit̃. ut patuit necessarium. Sin uero mediũ ipsum ad alterum extremoꝝ sumat̃ uninersaliter: cũ uersus qdẽ maius extremum ipsum collocat̃. uniuersale. aut negatiuũ. aut affirmatiuũ: uersus ãt minus pticulare. atq; opposito mõ sumit̃ necesse ẽ tũ rõcinationẽ negatiuũ particularẽq; stare. Dico aũt opposito modo. hoc pacto: ut si uniuersale sit negatiuũ: particulare sumatur affirmatiuũ: & si affirmatiuũ sit illud: particulare negatiuũm sumatur. nam si L. nulli qdem M. alicui uero competat n: necesse ẽ ipsum M nõ omni cõpetere n. nã cũ negatiuũ ut diximus conuertat̃: M. sane nulli cõpetet: L: at ipsum l cuipiã n. inesse supponebat̃: quare m. non omni competet n. fit enim ratiocinatio per figurã primam ut patet. Rursus si l. omni quidem M. insit: alicui quidem nõ competat n. necesse ẽ M cuipiam n. nõ inesse: nam si omni competat: & l. prædicabitur de omni M: necesse ẽ l. ipsum omni competere n: At alicui non inesse supponebatur.





Atsi L. omni qdẽ N. cõpetat: nõ omni aũt insit M. nõ erit rõcinatio sane. atq; termini quidem essendi aial. substãtia coruus: non essendi uero: aial. albũ. coruusq; sumantur.





Nec item si L. de nullo quidem n. de aliquo uero M. prædicetur. termini essendi animal substantia. unitas: non essendi. animal. substantia. scientiaque sumantur.






Cũ igit̃


Cum igitur uniuersale ac particulare opposito sumuntur modo: dictum est quando erit ratiocinatio & quando non erit ratiocinatio.

Cum autem propositiones qualitatis eiusdē aut negatiuæ ambæ aut affirmatiuæ sumūtur: nullo pacto ratiocinatio fieri potest. Sin enim prio negatiuæ ambæ: atq; uniuersale uersus extremū maius ponatur: ceu L nulli quidē M competat: alicui uero non insit n. Fit igitur ut M oi atq; nulli cōpetat n. termini non essendi nigrū nix animal sumātur. Termini aūt essendi sumi non possunt si L cuipiam quidem insit: cuipiam uero nō cōpetat N: nam si M quidem omni cōpetat N: ipsum aūt L nulli competat M: ipsum L profecto nulli competet n: At alicui inesse supponebatur.




Hoc igitur pacto fieri neq; ut termini essendi sumantur: sed ex isinito est ostendendū: nā cū ueꝝ sit L cuipiā nō cōpetere n: si nulli ēt insit atq; cum nulli cōpetit rōcinātio fieri negat: ut antea patuit: perspicuū est neq; nūc rōcinationem constare posse.

Rursus sint ambæ positiones affirmatiuæ & uniuersale similiter collocentur: ueluti L omni quidē M: alicui uero competat n: sit igitur ut M: & omni & nulli competat N. atq; termini non essendi albū olor lapisq; sint.




Essendi uero sumi non possunt ob eandem causam quam paulo ante diximus





Sed ex infinito est ostendendum.


At si uniuersale uersus extremũ minus ponatur:atq; L nulli quidem N: nõ oi autem insit M.fit ut ipsum M:& omni nulli competat N,termini essendi album animal, coruus:non essendi album lapis coruusq; sumantur.




Sin uero ambæ propositiones affirmatiuæ sumantur:sit sane similiter : ut ipsum M & omni & nulli competat N, termini non essendi: Album animal nix:essendi albũ animal olorq; sumatur.











Patet igit̃ nullo pacto fieri rõcinationẽ: si ꝓpositiones sint uniformes: atq; altera universalis altera ꝑticularis sumat̃: at neq; si cuipiã utriq; mediũ cõpetat aut alteri insit: alteri nõ insit: aut utriq; nõ oi: aut idefinite uel isit uel nõ insit: ratiocinatio unq̃ constabit. termini cões oium eẽndi qdẽ albũ aial hõ: nõ eẽndi ãt albũ aial ianimatũq; sumãtur.












Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt ratiocinationem necessario fieri: si termini sic se habeant: quemadmodum diximus: & si ratiocinatio sit: ita terminos inter sese dispositos esse quemadmodum eos nos collocauimus. Perspicuum etiam est omnes ratiocinationes quæ hac in figura conficiuntur imperfectas esse: uniuersæ nanque sumptis qbusdam perficiuntur: quæ quidem aut in terminis ipsis necessario insunt aut ut suppositiones ponuntur: ueluti cum demonstramus deducendo ad id quod fieri nequit: patet insuper nullam prorsus hac in figura fieri ratiocinationem affirmatiuam: sed omnes tam uniuersales quam particulares extrui negatiuas.


De tertia ratiocinationis figura.




At si eidem: alterum omni: alterum nulli: aut utrunque uel nulli uel omni competat figuram quidem talem tertiam nuncupo. Medium autem in ipsa id dico: de quo utraque prædicantur. Extrema uero ea quæ prædicantur: atque maius extremum id uocito: quod a medio longius distat: minus autem id quod est eidem magis propinquum. Ipsum uero medium extra quidē extrema ponitur ꝑpositione tamen est ultimum: atqui perfecta quidem neque ac in figura fit ratiocinatio: erit tamen potentia terminis tam uniuersalibus q̄ non uniuersalibus ad medium sumptis: terminis igitur uniuersaliter sumptis cum R. atque S. omni T. competunt: necessario tum ipsum R. alicui competet S: nam cum conuertatur affirmatiuum: T. cuipiam competet S: eam cum R. quidem omni T. insit: ipsum autem T. cuipiam competat S: necesse est ipsum R. alicui competere S: fit enim ut patet ratiocinatio per primam figuram.

Licet etiam demonstrationem eiusdem facere deducendo ad id quod fieri nequit.








Insuper de signatiõe hoc pacto nã cũ utrunque omni competat T: si quippiã sumatur ipsorum T. ceu p: huic profe-cto & R. & S. competent: quare ipsum R. cuipiam competet S.


Socrates

p


Rursus si R. quidem nulli T. competat: S. autem omni eidem insit: erit necessario ratiocinatio. atque R. non omni S. competere concludetur: idem nanque demonstratio nis erit utique modus: si S T. propositio conuertatur


Deducendo etiam ad id quod fieri non potest: hic demonstrabitur modus: peride ut & præcedens est demonstratus.







At si S quidem nulli T competit: R aūt oī eidem insit non erit ratiocinatio sane: termini essendi: animal equus homo: non essendi animal inanimatū homoq; sumantur.





Neq; cum utrunq; de nullo T prædicaẗ: rōcinatio fiet: termini essendi aial equus inanimatū: nō essendi hō equus inanimatū sumanẗ atq; inanimatū i medio collocetur.







Patet igitur hac ēt in figura si uniuersales sumantur termini: quando erit rōcinatio & quando nō erit: nā cū utriq; termini affirmatiui ponunẗ erit rōcinatio sane: atq; extremū extremo cuipiā cōpetere cōcludeẗ: sed cū uter terminorū sumiẗ negatiuus nō erit: cū alter tamē est negatiuus alter affirmatiuus: si maior quidem sit negatiuus: minor uero affirmatiuus: erit utiq; ratiocinatio: atq; extremum extremo non omni competere cōcludetur. Sin uero econtra ponantur: non erit ut demonstrauimus.

At uero si alter sit uniuersalis ad medium: alter particularis: si uterq; quidem affirmatiuus sumatur: necesse est ratiocinationem fieri siue maior sit siue minor uniuersalis: nā si S quidem omni T competat: R autem cuipiam insit: eidem necesse est ipsum R cōpetere cuipiam S. cum enim affirmatiuum ut diximus conuertatur ipsum T sane cuipiam competet R. quare cum S quidem omni T competat: ipsum autem T cuipiam insit R: ipsum S profecto cuipiam competet R. quare & ipsum R cuipiam competet S.

Lice etiam demonstrare ratiocinationem eandem deducendo ad impossibile: ute & præcedentes ratiocinationes demonstrabantur.


Insuper designatione perinde atq; antea fecimus






Rursus si S. quidem cuipiam insit T: ipsum autem R. omni eidem competat: necesse est R. cuipiam competere S: erit enim idem demonstrationis profecto modus.


Licet etiam demonstratione huiusce facere modi: deducendo ad id quod fieri nequit: perinde atque præcedentes ratiocinationes demonstrabantur.







Et item designatione perinde atque antea fecimus.


At si alter negatiuus, alter affirmatiuus sumatur:& sit affirmatiuus ipse uniuersalis: cum minor quidem affirmatiuus est:erit ratiocinatio sane:nam si S, quidem omni com petat T: ipsum autem R, cuipiam non sit eidem: necesse est ipsum R, non omni com/petere S:nam si omni competet:& S, omni competit T:ipsum etiam R, profecto om/ni competet T. At cuip am non inesse supponebatur.






Ostenditur autem & præter deductionem : si quippiam ipsorum T, sumatur cui non competit ipsum R. Sed cum maior terminus est affirmatiuus non erit ratiocinatio sane ueluti si R, quidem omni competat T: ipsum autem S, cuipiam non sit eidem:ter/mini essendi sint, animatum, homo, ac animal.







Non essendi uero sumi non possunt: Si S cuipiam insit T: nam si R quidem nulli competat S: ipsum autem S cuipiam insit T: ipsum profecto r cuipiam non competet T: at omni inesse supponebatur.




Præterea si r quidem omni T competit: ipsum autem S cuipiam inest eidem: ipsum r profecto cuipiam competet S: at nulli inesse supponebatur.
Sed agendum est ut antea fecimus. nam cum sit infinitum cuipiam non inesse: & id qđ nulli competit uere dicere liceat cuipiam non inesse. Si uero nulli insit: ratiocinatio non constet: ut antea patuit: perspicuum est hoc pacto ratiocinationem profecto non fore.






At si terminorum uniuersalis quidem sit negatiuus: particularis uero affirmatiuus: cum maior quidem est negatiuus: minor uero affirmatiuus: erit ratiocinatio sane: nam si r quidem nulli T competat: S autem cuipiam insit eidem: ipsum r profecto cuipiam non competet S: erit enim rursus prima figura S T propositione conuersa.


Licet etiam deductione ad id quod fieri nequit hunc demonstrare modum:ut & antecedentes rationes demonstrabantur.






Sed cum minor est negatiuus, nõ est ratiocinatio sane. Termini essendi, animal, coruus:album. Non essendi, animal, scientia ac album, sumatur: atque album medium sit utrorumque.







Nec ẽt cũ uterq; ponitur negatiuus:atque alter est uniuersalis, alter particularis: Termini cum minor est uniuersalis ad medium;non essendi quidem, animal, scientia, Album:Essendi uero, animal:Coruus; Albumque sumatur.




Sed cum maior est uniuersalis, minor uero particularis: nō essendi quidem, coruus, Nix, albumque sumatur.

Essendi uero sumi non possunt: Si S, cuipiam insit T, cuipiam non insit. Nam si R quidem omni competat S: Ipsum autem S, cuipiam insit T: ipsum R, profecto cuipiā competet T: at nulli inesse supponebatur.








Sed ex infinito est demonstrandum.





At uero neq; si uterq; cuipiam insit ipsi medio:aut non insit:aut alter cuipiam:alter nō oī competat:aut indefinite ratiocinatio ullo pacto efficiet. Termini cōmunes oium animal homo album: Non essendi autem animal inanimatum albumq; sumatur.






















Patet igitur & hac ĩ figura:quãdo erit ratiocinatio:& quãdo nõ erit:& si ita sese habeant termini quẽadmodũ diximus rõcinationẽ fieri necessario:& si rõcinatio sit:terminos necessario ita esse dispositos. Patet etiã & huiuscæ figuræ rõcinatiões oẽs imperfectas eẽ nã uniuersæ assumptis quibusdam perficiuntur:& insuper fieri non posse quo per hanc figuram:uniuersalis unquã aut affirmatiua aut negatiua conclusio inferatur.

Ex his ẽt quæ dicta sunt patet oĩbus in figuris cum nõ fit rõcinatio:affirmatiuis aut negatiuis utrisq; terminis aut ẽt particularibus sumptis nullũ pẽitus fieri necessarium. Sũpto uero affirmatiuo ac negatiuo si negatius sumat̃ uniuersalis extremi minoris ad maiorẽ rõcinationẽ fieri semp:ueluti si A qdẽ oi B: aut cuipiã insit:b uero nulli competat C. Nam si conuertantur propositiones: necesse est ipsum C cuipiam A non inesse




Similiter & i cæteris figuris efficit. Nam per conuersionem fit sane rõcinatio semper.



Contrarius

Contrarius


partim esse non potest: nam opinari uere diametrum cõmensurabilem esse absurdum ẽ
sane: sed sic ẽ eiusdem: quia diameter circa quem sunt ipsæ opiniones est idem. Vtriusq;
tamen ratio non eadem est. Pari modo scientia eiusdem esse atq; opinio potest. Illa nãq;
sic erit animalis existimatio, ut fieri non possit: ueluti si illa quidem existimatio sit homi
ni substantiæ ratione competere. Hæc aũt homini quidẽ: sed non illo cõpetere mõ: idem
est enim id circa quod utraq; fit. Est enim homo: sed modus non est idem: ut patet ex his
autem emergit fieri nõ posse, ut simul idem opinetur quisq̃ ac sciat. nam simul existima
tionem haberet: & aliter & non aliter idem sese habere. Quod quidem fieri neqt. Eteni
fieri quidem põt ut in alio atq; alio sit eiusdẽ utrũq;: sicuti diximus: sed in eodem si hoc
pacto fieri nequit. Haberet enim simul existimationẽ hominem per se animal esse. Et nõ
per se animal esse. Quorũ primum ẽ non posse: secundum sit posse hominem non ani
mal esse. De reliquis autem quonam pacto distribuenda sint de mente inquam: de intel
lectu: de scientia: de arte: de prudentia: de sapientia, aliis in locis pertractabitur: Quæ
dam enim ipsorũ ad naturalem: quædam ad moꝝ magis pertinet contemplationem. So
lertia uero bona quædam ẽ coniectatio medii in tempore admodum breui: ueluti si quis
piam hoc uiso lunam eam partem quæ est uersus solem lucidã semper habere: cito per
ceperit: propterea idipsum effici quod lumen ex sole suscipiat luna: aut si uiso paupere
diuitem adeunte, hoc illum propterea facere q̃ mutuo argentũ accipit, intellexerit: aut
si cognouerit cur hi sunt amici, quia sunt eiusdem hominis inimici omnes enim medias
causas qui uidit, extrema cognouit: lucidam partem uersus solem habere sit a: Solis lu
cere lumine sit b: luna sit c: Igitur ipsum b: idest solis lucere lumine competit c: ipsi inquã
lunæ. At ipsum a. lucidam inquam semper uersus solem habere partem. ipsi b, inest: q̃re
fit ut a, per b, medium ipsi competat. c.



Liber Posteriorum resolutiuorum Secundus incipit.

Tractatus primus. Capitulum primum.



Ea quæ quærunt̃ tot sane profecto quot sunt ea quæ scimus:q̃rimus autem quatuor:esse: propter quid est:si est:atq; quid ẽ: nam cum quærimus utrum hoc an hoc sit plura complectẽtes hoc pacto:utrum sol deficiat:an non deficiat esse tum quærimus. Cuius id indicium est. Hoc enim inuento solẽ inquam ipsum deficere statim cessamus. Atq; si a principio solem deficere scimus:non quærimus utrũ deficiat sol. Cum autem scimus eẽ tum propter quid est dicere consueuimus. Deficere nãq; solem terramque moueri scientes cur deficit: quærimus aut mouet̃. Atq; hæc hoc pacto:q̃dam alio q̃rimus modo. Quærimus.n. si sit an nõ sit centaurus aut deus. Si sit aũt nec ne simpliciter dico:sed nõ si albus sit:aut nõ albus hoc pcepto. Deum inquã esse uel hominem quid est postea quærimus:ut qd est deus quid homo. Hæc igitur & tot sunt quæ quærere conuenimus:& quæ iã scimus inuenta. Cum aũt quærimus esse:aut si est simpliciter:tum si sit nec ne ipsius medium quærimus. Atq; cognito uel esse q quidem modus aliqua ex parte rei complectitur q̃stionem:uel si est quod quidem simplex est rei questio:rursus ppter quid est:aut qd est quærimus:quid nã sit tũc ipsum medium quærimus:atq; modũ:tum aliqua ex pte rei quæstionem cõplecti dico:cũ hoc dicitur pacto:deficit ne luna:aut accrescit: tum enim: ut patet si quippiam cõpetat insitq; cuipiam quærit̃:simplicem hãc q̃onẽ appello. Est ne luna uel nox uel dies. Fit igit̃ ut omnibus in questionibus quæratur aut si sit medium aut quidnam medium ipsum sit. Causa enim est ipsum medium atq; uniuersis hæc quæritur: deficit ne luna:est ne huius aliqua causa: Postea cognito hoc cãm inquam aliquam esse:quid nam sit illa cã quærimus. Causa enim tam essendi simpliciter q̃ essendi quippiã cog:quæ uel per se uel per accidens cõpetunt ipsum medium est: Atq; simpliciter esse dico subiectum ipsum ut lunam:aut solem:aut terram:aut triangulũ qppiam esse:ut defectionem si in medio uniuersi cõsistat:an nõ in eo cõsistat æqualitatem inæqualitatẽ & huiuscemodi. In his enim oibus patet idem esse qd est:atq; pp quid est. Quid est lunæ defectio priuatio lunæ lucis ob iterpositionem terræ:pp qd est defectio:aut cur deficit luna:quia lux eius deficit:obiiciente se terra. quid est contentus:ratio numerorũ inter acutum & graue. Cur inter se graue atq; acutũ consona sunt:quid numerorũ iter sese suscipiũt rõnem:acutum ipsum & graue est ne inter acutum & graue concentus:cõsistit ne rõ ipsorum numerus quod simul atq; percepimus quænã sit illa rõ quærimus. Indicat etiã ea quoq; medium sensu percipi potest. Nos ipsum medium quærere: nam non sentientes lunæ defectionem:& ne an non est defectio quærimus lunæ quod si essemus in ipsa luna neque si sit neque cur sit defectio utiq; quæreremus:sed simul utrunque se nobis ultro offerret atq; pateferet:etenim ex sensus perceptione & ipsum uniuersale notũ nobis suisset:sensu nãq; terram nunc sese obiicere lunæ cognosceremus: Pateret enim uisu nunc deficere lunam:atq; ex hoc ipsum emersisset uniuersale:ut igitur dicebamus idem est scire:quid est & propter quid est. Et hoc aut simpliciter & non aliqd eorum quæ insunt aut aliquid eorum quæ competunt:ueluti duo recti aut maius uel minus & huiuscemodi. Patet igitur omnia quæ quæruntur medii questionem esse.


Capitulum secundum.

Is ita determinatis dicendum esse uidetur: quonam pacto ostenditur ipsum quid est: quis reductionis est modus: quid est denique: & quorum est diffinitio: Atque antea dubitãdum esse uidetur: idque initium faciendum: quod maxime dicendis erit accomodatum. Dubitauerit itaque quispiam utrum fieri possit: ut idem ratione que eiusdem diffinitione demonstrationeque sciatur. An idipsum fieri nequeat. Etenim diffinitio ipsius quid est esse uidetur. Omne autem quid est uniuersale est atq; affirmatiuũ. At ratiocinationem alias negatiuas: alias non uniuersales eẽ patet: uniuersæ nãq; ratiocinationes secũdæ figuræ sunt negatiuæ: tertiæ aũt uniuersales non sunt: deinde nec eoꝝ oium est diffinitio quæ per primam affirmatiue demõstrant̃: figurã, quale est hoc ois triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales aliaq; similia. Huius autem ratio est: quia id scire quod demonstrari potest: nil aliud est q̃ demonstrationem eius habere: quare si est talium demonstratio patet eorundem & diffinitionem non esse: nam si esset per diffinitionem etiam quispiam sciret demonstrationem non habens. Nihil enim uetat ut non simul demonstratio atq; diffinitio habeatur. Inductione etiam idem satis ostendi crediq; potest. Nihil enim unq̃ eoꝝ quæ uel per se uel per accidens insunt diffinientes cognouimus. Præterea si diffinitio substantiam explicat atq; declarat: patet talia non substantias esse. perspicuũ igitur est non omnis eius diffinitionem esse cuius est demõstratio: at est ne eius omnis demonstratio cuius est diffinitio. At uidetur non esse: una nanq; & eadem de hoc ẽt erit ratio. Constat enim unius ea ratione qua unum est sciam unam esse: quare si id scire qđ demonstrari põt: nil aliud est q̃ demõstrationem eius hr̃e: eueniet aliquid qđ fieri nequit. Sciet enim is quid diffinitionem habet sine demonstratione ꝑfecto. Præterea demõstrationũ principia sunt diffinitiões. Quorum nõ esse demõstrationes antea demonstrauimus. Alioquin in infinitum eẽt ꝓcessio. Etenim aut principia demonstrant̃. Et principioꝝ sunt semper principia modusq; nullus unq̃ occurrit: aut in primis stetur necesse est: quæ quidem & diffinitiones sunt: & demonstrari non possunt. At si nõ ois eiusdem: cuiusdã ne saltẽ eiusdem diffinitio ac demõstratio est: An neq; hoc esse põt. Non enim eius est demonstratio cuius est diffinitio. Etenim diffinitio est ipsius quid est: substantiamq; declarat. Demonstrationes autẽ id ipsum subiicere sumereq; uidentur. Mathematicæ nanq; quid est unitas quid par qd impar accipiunt. Cæteræq; demonstrationes similiter: præterea ois demonstratio aliquid demonstrat de aliquo: ut esse: aut nõ esse. At in diffinitione nihil de alio prædicat̃: ueluti neq; animal de bipede: neq; hoc de animali: nec item figurã de plano. Non est enim planũ figura: neq; figura planũ: præterea differt quid est & esse ostẽdere. At diffinitio qđẽ quid est patefacit. Demonstratio uero quippiam inesse cuipiã uel non inesse demõstrat. Diuersorum autem diuersa est demonstratio: nisi quid totius sit pars. Quod quidem ꝑ pterea dictum est: quod si demonstratum est: triangulum omnem duobus rectis angulos tres æquales habere: demonstratum est etiam triangulum duorum æqualium lateꝝ tres angulos æquales duobus rectis habere. Iste nanq; partis: ille totius ratiõem hr̃e uidetur. At quid est: & esse: non ita sese habere uidentur. Quippe cum neutrum ad alterum partis habet rationem. Patet igitur nec eius omnis demonstrationem esse cuius est diffinitio: nec eius ois diffinitionem esse cuius ẽ demonstratio. Quibus efficitur ut oino cuiusq; eiusdem utrũq; haberi non possit: quare perspicuum est neque idem esse diffinitionem demonstrationemq;: neque alterum in altero esse. Nam ea quæ subiiciuntur similiter profecto sese haberent: sed de his hactenus: satis enim de hisce diximus dubitando.


Capitulum tertium.



Nunc inuestigemus oportet utrum ipsius quid est ratiocinatio sit demonstratioque:an non sit:ut nunc sermo noster supponit. Patet enim ratiocinationem quidem aliquid per medium de aliquo semper ostendere: Ipsum autem quid est proprium esse: & hoc ipso quid est prædicari. Hæc autem conuerti necesse est: nam si a sit proprium ipsius c: patet b quoque ipsius c: & a rursus ipsius b proprium esse. Quo fit ut omnia conuertantur mutuamque prædicationem suscipiant.




At uero si tam a competit ipsi b:ut quid est ipsius q̃ b competat idẽtidem ipsi c:necesse est tum a de c prædicetur: ut quid est ipsius. quod si non hoc pacto bis illud quispiam sumpserit nulla sane necessitas omnino cõpellet:ut a de c:ut quid est ipsius dicatur: ut si a quidem ut quid ẽ ipsius b competere dixeris: b uero non eodem modo de quolibet c prædicaueris: quare non solum a de b dicatur oportet:ut quid est ipsius: sed b quoque de c modo eodem prædicetur necesse est.




Hæc cum ita sint si in utroque ratiocinationis interuallo ipsum quid est quiditasque sumatur: quiditas nimirum antea q̃ concludatur in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur: atque omnino si fieri potest ut ostendatur quid nam sit homo: sic c quidẽ homo: a uero quid est ipsius: siue sit animal bipes siue aliquid aliud. Si igitur huiusce ratiocinatio fiet: necesse est A de quolibet b prædicetur. Hoc autem erit alia media iter

a & c


a & c ratio: quæ quidem etiam quid est ipsius hominis erit. Sumitur igitur id profecto quod demonstrare oportet: b nanq; diffinitio ipsius hominis est. Id autem ipsum in duabus propositionibus & primis medioque uacantibus terminis cõsideretur oportet. Maxime autem id quod dictum est elucescit.



Qui igitur per ea conuertuntur: quid sit anima: quid homo: uel quoduis aliud conatur ostendere: ii petunt id sine dubio quod initio quærunt demonstrareque nituntur: ut si quis censuerit id animam esse: q; est sibi uiuendi causa: atque hoc numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulet adeo animam numerum esse seipsum mouentem: ut idem sit anima numerusque seipsum mouens.



Non enim si a quidem ipsum b: b uero c ipsum sequatur: a diffinitio erit ipsius C: sed de ipso tantum uere dicetur ut patet.



i

Neq3 si rursus a ratione substantiæ cõpetit & de omni b prædicatur:a continuo diffinitio erit ipsius c.Quanq̃ enim aialis esse de hominis esse dicitur:oẽ enim animal rõnis particeps substantia ueræ est animal particeps:quæ est principium sentiendi quemadmodum & omnis homo est animal:non tamen hoc dicitur pacto ut unum sit.



Si igitur quispiam non hoc pacto terminos sumpserit:nunq̃ A sane quiditatẽ ipsius C substantiamq3 esse concluserit.Sinautem hoc acceperit modo:tum antea profecto b ipsius C diffinitionem sumpserit esse:quare non demonstrabit.Sumit enim id quod initio quærebat.Atqui neq3 p diuisionis uiã fit rõcinatio ut in priorũ resolutiuorũ dixius libro nũq̃ enim in diuisione fit ut cũ hæc sint necessario illa sequant:sed fit perinde atq3 cũ quispiam inducit. Non enim demonstrat:nã non interrogare cõclusionem oportet:nec quia data est.Ideo ipsam eẽ oportet:sed necesse est ipsam esse cum illa sint:& si hisce qui respondet non dicit nec assentitur.Etenim si quispiam hoc interrogat pacto: homo animal ne an inanimatum est: deinde accipit animal:nullam prorsus ratiocinationem facit ut patet:Rursus si omne animal gressibile esse aut aquaticum dixerit.Deinde gressibile ceperit:nullam ratiocinationem fecit profecto:nec hominẽ hoc eẽ totũ animal inq̃ gressibile necessario ex dictis emergit:sed hoc quoq3 perinde ut illa sumit.Atq3 nihil omnino refert siue in multis siue i paucis hoc pacto fiat:est.n.idem:Fit igitur ut hisce q hoc procedunt modo inutilis sit hic usus.Et ad ea quorum fieri ratiocinatio potest: quid uero prohibet ut illud totum uere quidẽ dicat de homine:nõ tamẽ quid est:neq3 quiditatẽ declaret.Quid insuper obstat ut aut addatur substantiæ quippiam aut auferat:aut prætermittatur.Atq3 hæc quidẽ eueniũt:sed summã quispiã dixerit uniuersa ea q hoc ipso quid est prædicantur. Et adhibita diligentia post primi diuisiõem alterius ue postulationem:ipsius rursus postulare distributionẽ deinceps faciã.Atq3 adeo ut nihil prætermittatur quod quidẽ est necessarium.Si omne cadit in diuisionem:& nihil deest.Id uero est necessarium.Indiuiduum enim iam esse oportet.At q̃q̃ id fieri potest nulla tamen hoc pacto unq̃ efficit rõcinatio:sed si noscere diuisio facit:alio quodam id facit mõ.Atq3 hoc quidẽ non est absurdum.Neq3 enim is q utitur inductione fortasse demõstrat. Notũ tamẽ aliquid facit:ratiocinationem autẽ non dicit:qui diffinitionẽ ex diuisione dicit: nam ut in conclusionibus quæ sine mediis inferuntur si quispiam dixerit hoc necesse est esse:cum ista sint:fit ut interrogetur ppterquid: sic & in diffinitionibus cum per diuisionem inuestigantur fieri potest:nam cum hæc conficitur diffinitio hominis:animal mortale pedes habens: bipes ac alis uacãs.Cur hoc in unaquaq3 partium additione nimirũ interrogatio fieri põt. Dicet enim atq3 ostẽdet p diuisionẽ ut putat:omne aial aut imortale eẽ aut mortale.Talis aũt oratio tota nõ p rõcinationẽ esse ostenditur.Quare ẽt si de

finitio per diuisionem demonstraretur:nunq̃ tamẽ p ratiocinationem conficiẽ. Sed ne fieri potest ut ipsum quid est accomodatum substantiæ demonstraretur. Ex suppositio ne tamẽ hoc pacto· ut accipiatur id quidem proprium quod ex hisce cõstat· quæ hocip so qd est prædicantur:diffinitionẽ eẽ:hæc aũt sola dicto prædicari modo. Totũq; quod ex hisce cõstat ꝓpriũ eẽ. Id ẽ enim illius nimirum ratio. An & hic rursus sumiẽ diffinitio necesse est enim per mediũ ipsum ostendere. Præterea quemadmodũ nec ĩ rõcinatione sumiẽ quid est ratiocinari. Semper enim tota uel pars est ꝓpositio ex quibus ratiocinatio constat:sic neq; diffinitionem oportet in ratiocinatione inesse:sed seorsum a ꝓpositio nibus eẽ: Atq; ut si quis ambigat:si rõcinatio sit confecta nec ne obuiandum est asserendo rõcinationẽ eẽ extructã:id eni rõcinatio:sic & ad eũ qui dicit nõ diffinitionẽ esse conclusam asserendum est diffinitionẽ esse cõclusam:id eni nobis supponebaẽ esse ratio diffinitione. Quare necesse est & sine rõcinationis & sine diffinitionis rõne:aliqd p rõcinationẽ conclusum eẽ. At.n.neq; sic bene sese habebit ipsius quid ẽ ꝓbatio:si ex suppositiõe ẽt qspiam ipsum ostẽdat hoc pacto:si ratio mali est diuisibile esse:quibus aũt est cõtrariũ:eorũ & rõ contraria est rõni contrarii:atq; bonũ est malo cõtrariũ:& indiuisibile diuisibili:rõ boni nimirum est indiuisibile esse. Et hic eni accipiens diffinitionem ostendit. Sumit autẽ diffinitionem ad ostendendam diffinitionẽ. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici sumitur. Nõ tamẽ ipsum neq; id cuius est eadẽ ratio atq; conuertitur. At utrosq; autem quorum alter diuisione alter tali rõcinatione ostendit. Eadem est dubitatio:cur homo simul animal bipes gressibile:sed nõ animal seorsum:& bipes erit seorsum: nulla nanq; necessitas cogit ut ex iis quæ sumuntur unum efficiaẽ quod prædicetur:sed erit forsitan perinde atq; idẽ homo & musicus est & grammaticus. Hæc cum ita sint quonam pacto is qui diffinit substantiã:& ipsum quid ẽ ostẽdet rei differendæ:neq; enim ut is quid demonstrat ex hisce quæ cõceduntur notum faciet ipsum ut cum illa sint necessario aliquid aliud sit:hæc enim est demonstratio: neq; etiam ut is qui per singula nota inducit uniuersa. Ex eo sic se habere.quia nihil singulorum sese aliter habet. Non enim quid est:sed esse aut non esse ostendit. Quis igitur alius modus restat:non enim sensu uel digito demõstrabitur. Præterea quonam pacto ipsum quid est ostendet:necesse est enim eum qui scit quid est homo aut aliud quod uis & esse etiam scire. Id enim quod nõ est in ratione:nemo scit unq̃ quid est:sed quid nam oratio uel nomẽ significat:cum dico hippocentaurus bene percipimus. Fieri uero neq; ut sciamus quid hippocentaurus est. At uero si quid est ostenderit:& esse quoque ostendet. Et quonam modo ratione eadem ostendet: nam unum quiddam diffinitio ipsa declarat. Et demõstratio ẽt unũ. Quid aũt est hõ:& hoiem esse:diuersa sane:nõ eadẽ sunt. Deinde etiam dicimus omne quoduis nisi sit substãtia necessario per demonstrationem esse ostendi. Esse uero rei nullius est ut patet substantia. Id enim est:non est genus. Demonstratio igitur idest quo quippiam ostenditur esse:quod quidem etiam nunc ipsæ scientiæ faciunt:geometra nanq; quid significat quidem triangulus sumpsit:Esse autem ipsum demonstrant:quo modo igitur ostendet ipse diffiniens quid est triangulus: sciens ergo quispiam diffinitione quippiam quid est. si sit illud nesciet. At nunquã fieri potest. Patet autem per ipsos etiam diffinitionum quæ nunc assignãtur modos eos qui diffiniunt non ostendere esse. Nam & si est medio quid æquale:tamen cur est ipsum diffinitũ: Et propter quod hoc circulus est quæretur. Poterit enim illud dicere quispiam diffinitionem orichalci etiam esse. Neque enim id esse posse quod dicitur ipse diffinitiones insuper faciunt manifestum. Neque illud & non aliud esse cuius inquiunt diffinitio


nem esse:sed propter quid semper dicere licet.Si igitur is qui diffinit aut quid est osten dit:aut quid ipsum nomen significat.Si diffitio nullo pacto est ipsius quid est:erit ipsa profecto oratio idem quod nomen significans.At hoc absurdum est sane primo nanque & non substantiarum:& eorum quæ non sunt in ratione rerum erit utique diffinitio.Nam & ea quæ non sunt significare nomine licet. Deinde omnes orationes diffinitiones erunt sine discrimine ullo. Fieri nanque poiest ut cuius orationi nomen ponatur. Quare diffinitionibus disseremus omnes atq; loquemur. Et illias ipsa diffinitio erit. Præterea nulla scientia demonstrabit.Hoc nomen hoc indicare ac significare:ergo nec diffinitiones idipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse diffinitionem ratiocinationemque uidetur.Et insuper neque diffinitionem demonstrare quidnam sit quicquã: sieriquenon posse:ut ipsum quid est demonstratione diffinitioneue unquã percipiatur aut cognoscatur.

Capitulum quartum.


Erum considerandum est rursus:quid istorum bene & quid non bene recteque dicitur. Et quid est diffinitio.Et utrum aliquo modo sit ipsius quid est demonstratio diffinitioue:an nullo sit modo. Cum itaque scire quid est. Et scire causam ipsius si est idem sit uti diximus:fieri potest ut quid est ostendatur cuius quidẽ hæc ratio est.Est enim quædem causa: & hæc aut est eadem:aut alia & si sit alia: aut est demonstrabilis:aut indemonstrabilis. Si igitur alia sit demonstrarique potest cum causa sit medium & prima figura ratiocinationis ostendatur necesse est:mid quod ostenditur uniuersale est: & affirmatiuum ut patet:unus igitur is est modus: quem nunc inqui siuimus per aliud inquam ipsum quid est ostendere:nam medium ipsorum quid est necesse est esse quid est. Et proprium identidem proprium:quare diffinitionum eiusdem rei alia ostendet alia non ostendet.Atque hisce modus non est demonstratio ipsius quid est ut antea diximus:sed ratiocinatio ad disserendi modum accomodata.

Tractatus secundus. Capitulum primum.



Vo autem modo fieri potest ut quid est eliciatur ex demonstratione deinceps dicamus oportet.Hinc rursus initio sumpto:nam ut quærimus propter quid ẽ prius habentes esse.Interdum uero & simul nota nobis hæc fiũt:sed nunquã fieri potest ut antea cognoscamus cur est q̃ percipiamus esse sic pari ratione neq; quid est quærere atque cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit ut quid est unquã sciamus:si ignoremus si est:habemus autem si est nonnunquã per accidens: nonnunquã aliquid habentes ipsius rei:ueluti tonitruum esse scimus: habentes sonum quendam nubium esse. Et defectionem lucis esse quandam priuationem.Hominem item quoddam animal esse. Et animam etiam id esse quod ipsum se motu ciet. Quæ igitur per accidens esse scimus:necesse est ad eorum percipiendum quid est nullo modo nos quicquã habere. Neque enim illa esse scimus atque quærere quid est:non habentes esse perinde atque est:si nihil prorsus quæratur:quorum autem habemus aliquid eorum:quid est facilius percipere possumus.Quapropter ut habemus ipsum esse sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi: quarum igitur rerum aliquid habemus ipsius quid est:earum hoc sint exempla. Sit defectus eo in loco:quo ipsum est A:luna in eo quo ipsum est.C:interpositio uel obiectio terræ in quo ẽ ipsum positum B.



Quærere igitur utrum luna deficiat:an non deficiat nil aliud est:q̃ ipsum B. quærere si sit:nec ne. Ad idipsum nil ab hac questione differre uidetur:& ne ratio eius quid si sit:& illud dicimus esse. uel quæratur utrius partium contradictionis sit ratio. Vtrum habendi duobus rectis æquales: an non habendi. Quod cum inuenerimus:& esse. simul & propter quid scimus. si modo sit medium:quod si non sit esse quidem scimus: ꝓpter quid autem nescimus. Atque idipsum hoc exemplo patefieri potest. Sit nanque C. luna: A. defectio: B. non posse:cum est tota refecta lumine umbram efficere intercedente manifesto corpore nullo.



Si igitur B. quidem ipsi C. insit: A. uero competat ipsi B: lunam quidem deficere notum sit nobis. Cur autem deficit nondum est notum. Atque defectionem quidem esse scimus: sed quid est defectio nescimus. Atque cum A. quidem ipsi inesse. C. patet: quæritur autem propter quid iest: nil aliud tum quærit̃ q̃ quid nam sit ipsum B: utrum obiectio terræ an conuersio lunæ: an lucis eius extinctio. Hoc aūt alterius extremi ratio est: ut hoc in exemplo: ipsius A. Est enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum est: extincto ignis in nube: propter quid tonitat: quia ignis in nube extinguitur. Nubes sit C: Tonitruum A: ignis extinctio B.



Igitur ipsi. C nubi inquam B ipsum inest:extiguitur.n.ignis in nube. At huic A ipsum inest tonitruum seu sonus. Atque B ratio ipsius est A:primi inquam extremi. Q d si rursus huius aliud medium sit:id ex hisce rationibus erit quæ restant. Q uo igitur pacto sumitur ipsum quid est: & sit notum:satis iam diximus. Q uare ratiocinatio quidē ipsius quid est demonstratioque non fit:per ratiocinationem tamen innotescit:& demōstrationem. Q uocirca neque sine demonstratione fieri potest ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa: neque rursus ipsius est demonstratio: ut in dubitationibus etiam diximus:Est autem quorundam quidem alia quædam causa:quorundam autem non est. Q uare patet ut ipsorum quid est quædam uacare medio principiaque esse. Q uæ quidem & esse:& quid sunt supponere:uel alio modo facere manifesta oportet. Q uod arithmeticus facit: nam & quid sit unitas & unitatem esse supponit. Eorum autem quæ medium habent: & quorum est aliqua causa:alia a substantia fit:ut per demōstrationem ipsum quid est ut diximus declaretur:non demonstretur.


Capitulum secundum.


CVm autem diffinitio dicatur esse oratio ipsius quod est: patet quandam diffinitionem orationem esse quæ id explicat quod nomen significat: Vel quæ nominis interpraetationem complectitur:ueluti quid significat triangulus nomine:quem habentes esse quærimus:deinde propter quid est:difficile autem est hoc pacto sumere:ea quæ nescimus esse:causamque difficultatis antea diximus:nam neque si sint an non sint scimus nisi per accidens. At enim oratio est una dupliciter: Alia nanque coniunctione est una ut ilias. Alia quia unum de uno declarat non per accidens.una igitur hæc est diffinitio diffinitionis quam diximus.alia autem est diffinitio oratio.quæ declarat propter quid est. Q uare prior significat quidem:sed non ostendit:posteriorem autem patet quasi demonstrationem esse ipsius quid est positione differentem a demonstratione.Interest enim cum propter quid tonitat:atque quid est tonitruum dicitur.q̄ppe cum ad primum hæc accomodetur redditio: quia in nubibus ignis extinguitur. Ad secundum hæc:competat:sonus cum extinguitur in nubibus ignis. Q uare eadem ratio diuerso dicitur modo. Et illo quidem modo continua est demonstratio: hoc autem est diffinitio. Præterea est tonitrui diffinitio sonus in nubibus:atque hoc est demonstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est conclusio:eorum autem diffinitio quæ mediis uacant indemonstrabilis est ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est indemonstrabilis. Alia uero ratiocinatio ipsius quid est a demonstratione differens casu:& tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio: Patet igitur ex hisce quæ diximus quo pacto est quo pacto non est ipsius quid est demōstratio. Et quorum est & quorum non est:quotque modis:præterea dicitur diffinitio:quoque pacto ipsum quid est ostendit. Et quo pacto etiam non ostendit. Atq; quorum est & quorum non est. Insuper quomodo sese habet ad demōstrationē:quo neq; mō fieri pōt:& q̄ō fieri neq̄t ut eiusdē sit diffinitio demōstratioue.


Capitulum tertium.

CVm autem tum arbitremur scire cum cognoscimus causam.quatuor uero causæ sint. Vna quidem quidditas:alia autem quæ cum sint hoc esse necesse est. Et tertia quæ primum mouit:& quarta gratio cuius cætera fiunt. Omnes hæ per demonstrationis medium ostenduntur:nam id quod cum sit necesse est hoc esse:non est una propositione sumpta:sed saltem duabus. Hoc autem est cum unum medium habēt hoc igitur uno sumpto necesse est conclusionem esse: patet autem & hoc pacto:cur re-


ctus is angulus eſt qui i ſemicirculo deſignatur:quid cum ſit rectus eſt ille.Sit itaque rectus A : Dimidium duorum rectorum B : angulus denique qui eſt in ſemicirculo deſignatus C.







Vt igitur A ideſt rectus competat ipſi C id eſt angulo qui eſt in ſemicirculo deſignatus. cauſa eſt ipſum B:nam duorum quidem rectorũ dimidiũ æquale eſt ipſi A.Ipſum autẽ C æquale eſt:ipſi B:Angulus.n. in ſemicirculo deſignatus duorum rectorũ dimidium ẽ. cum igitur B duorum rectorum dimidium ſit.A competit ipſi C:quod quidem eſt rectũ eum angulum eſſe qui eſt in ſemicirculo deſignatus:quiditas aũt eſt idem quod hoc. Ex eo ſane quia hoc ſignificat ipſa ratio.At uero quiditatem:etiam cãm eſſe mediam antea demonſtrauimus.Idem fit cũ quæritur propter quid aduerſus athenienſes perſicum bellum exarſit.quæ cã fuit ut athenienſes bello uexenẽ:quia contra ſardes ipſi cũ eretrienſibus irruerunt.Hoc .n. primũ mouit:ſit itaqꝫ bellum A:priores irruiſſe B:athenienſes C.




B Igitur priores inquam irruiſſe ipſi C. id eſt athenienſibus ineſt.A quoqꝫ b ipſi cõpetit.Medi nanqꝫ laceſſiti bellum aduerſus eos agunt qui priores iniuriã intulerũt.A igitur ideſt bellũ:uexariqꝫ bello B ipſi ieſt ideſt hiſce qui priores bellum geſſere.B uero ipſi C ideſt atheniẽſibus ineſt. Hi nãqꝫ tractare bellum cœpere medoſqꝫ laceſſiuere.medium igitur & hoc in loco cauſa eſt.

Atqꝫ ea quæ primũ mouit.Ea uero quorũ cauſa ẽ id quod alicuius ẽ gratia. eũdẽ ſubeunt modũ ceu ꝑpter qd deãbulat:ut ualeat.Cur domus ẽ ut conſeruetẽ ſuppellex:nẽpe ualitudinis deãbulatio. Suppellectilis cõſeruandæ domus eſt gratia.Atqꝫ iter hæc ꝑpter qd poſt cenã ambulare oportet: & cuius oportet gratia nihil itereſſe uideẽ:ſit itaqꝫ deãbulatio poſt cœnã C.non natare cibũ cum occupet locum in quo eſt B:ualere ſit.A.

Competit igitur deambulationi post cænam id efficere:cibum inquã sumptum more uentris nõ supernatare .Atq; idipsum sanitatem conseruet.Sic enĩ uidetur.B. Igitur cibum inquam:haud natare C ipsi inest id est deambulationi post cœnã.At A ualitudinẽ inquã cõseruare:b ipsi cõpetit. Quæ igitur est causa:ut A gratia cuius cætera fiunt: ipsi competat C:nempe.B.ipsum est non supernatare inquam cibum. Atq; hoc est tanq̃ ipsius ratio:nam A hoc assignabit pacto.Cur autem B competit ipsi C. Quia sanum esse id nimirum est sic inquam sese habere. Verum mutentur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto singula elucescent:ordo autem generatiõis ac ortus uerso modo sese habet in his & in mouentibus causis.In illis enim primo medium fiat oportet.In his autem C ipsum extremum primo:deinde id ultimum gratia cuius cætera fiunt.

Capitulum quartum.

Fieri autem potest ut idem gratia sit alicuius:& ex necessitate ueluti propter qd per laternam penetrat lumen. Etenim id quod minores habet partes subtiliores sue necessario permeatus maiores penetrat ampliores sue. Si quidem lumen fit quia transit. Et cuiusnam gratia: ut non deuiemus pedesque etiam offendamus. At ut est in hisce quæ sunt:sic ne etiam est in hisce quæ fiunt:ut si cum ignis extinguitur tonitat:necesse est strepitus sonusque fiat:Et ut pythagorici dicuntur terroris gratia quo pertimeant ii qui in tartaro degunt.Atque plurima talia sunt :presertim in hisce quæ natura talia fiunt & constant. Altera nanque natura alicuius gratia facit:altera necessitate. Necessitas autem ẽ duplex:alia enim est secundum naturam & appetitionem. Alia uiolenta:quæ quidem est præter appetitionem.Hæ necessitates extant cum lapis nunc sursum:nunc deorum mouetur:nam tametsi necessitate lapis utroque motu cietur:non eadem tamen necessitate.In his autem quæ proficisci solent a mẽte:quædam nunquã sunt a casu ut domus uel statua:neq; necessitate sed alicuius gratia. Quædam sunt etiam a fortuna ut sanitas atque salus.Maxime uero in quibus fit:ut sic & aliter sese habeant:cũ generatio non est a fortuna. Quare si finis sit bonus ea quæ ad illum consequendum efficiuntur alicuius gratia fiunt. Et aut a natura:aut ab arte: a fortuna uero nihil cuiusq̃ fieri gratia solet. Eadem autem causa est in his quæ sunt: & in iis quæ fiunt: & in iis quæ fuere:& in iis item quæ fient futuraque sunt:Medium enim ipsum causam esse constat: uerum differentia quædam esse uidetur.Eorum enim quæ sunt est:eorum quæ fiunt fit: eorum quæ fuere fuit:eorum denique quæ fient erit:nam ut hæ pateant exemplo : cũ iterrogamur cur fuit uel fit uel erit uel ẽ defectio lunæ:qa fuit:uel fit:uel erit:uel ẽ terra iter solẽ & lunã.Accomodatissime respõdemus.Quid est glacies.Et accipiatur aquã congelatam ipsam esse.Atque sit aqua quidem C:congelata autem A:causa deinde collocetur in medio quod ipsum occupat B:absentia pœnitus ipsius caloris.





B. igitur ipſi C. ineſt: A. quoque B. ipſi competit. Atque ſit glacies cum ipſum B. ſit: & fuit cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur quæ hoc pacto eſt cauſa ſit. & eſt. & fuit. & erit una cum eo cuius eſſe cauſa dicitur.

Capitulum quintum.

SEd in hiſce quæ non ſunt ſimul. ſit ne ut in cõtinuo tempore quemadmodum nobis uidetur. Alia aliorum ſint cauſæ: ceu factum facti: fiens fientis: futurũq; futuri. At conſtat in his ab eo ratiocinationem extruendam eſſe quod poſtea fuit: principia autem & eorum ea ſunt. quæ prius fuerunt. Quapropter idem & in hiſce q̃ fiunt ſeruandus eſt modus. Sed ab eo quod ante fuit non extruitur ratiocinatio: ut quoniam hoc fuit. Hoc quod eſt poſterius ortum eſt: ſimiliter & in futuro. Siue nãq; determinatũ. ſiue indeterminatum fuerit tempus. Non erit unq̃: ut cũ hoc fuiſſe uere dicatur. poſterius inquam ipſum. In medio enim tempore falſum erit profecto hoc ortum fuiſſe dicere altero iam orto. Eadem eſt & in futuro pænitus ratio. Neq; quoniam hoc fuit hoc erit. Mediũ enim ſimul habeat ortũ oportet. ut ſit factũ factoꝝ futurorũq; futurũ: & cæterorum ſimiliter. At id quod fuit & id quod erit fieri: nequit: ut ortum habeant ſimul. Præterea fieri non poteſt. ut aut indeterminatum. aut determinatum ſit ipſum medium tempus. Falſum enim erit: in medio illud dicere tempore. Conſiderandum eſt autem quid nam ſit quod continet: ut in rebus poſt factum eſſe ſit fieri. An patet facto fiens non hærere: nec enim facto factum etiam hæret. Sunt enim fines ac indiuidua: nã ut punctum puncto non hæret ſic neque facto factum. Ambo nanque ſunt indiuiſibilia: nec igitur ob idipſum facto fiens hærere poteſt. Fiens enim diuiſibile: factum indiuiſibile conſtat eſſe: ut igitur linea ſeſe habet ad punctum: ſic fiens ad factum: nam in eo quod ſit infinita ſunt facta. Magis autem de hiſce clarius eſt dicendum in uniuerſalibus libris de motu. De eo igitur ipſo quomodo ſeſe habet medium cum deinceps ſit generatio: hæc eo uſque ſumantur: nam & in his ipſis medium. & primum neceſſe eſt medio uacare: uelut A. fuit cum ſit factum C: Verum C. poſterius: antea fuit A: atque C. principium eſt ex eo quia propinquius eſt eo puncto. quod eſt principium temporis. Item C. fuit quoniam D. fuit: Orto igitur D: neceſſe eſt C. fuiſſe: C. uero orto. neceſſe eſt A. prius ortum fuiſſe. Atque ſi medium hoc acceperis modo: ad id tandem acceſſeris quod medio uacat.

Lapides parati fuere | Fundamenta ſunt iacta | Domus eſt facta






An semper ob infinitionem medium cadet. Nõ enim factum facto hæret ut diximus attamen a medio incipiendum est: & ab eo quod nunc est primum: idem & ĩ futuris seruãdũ est: nam si uerum est D. fore, uerum sit prius oportet A. fore: huius autẽ causa est ipsum C. etenim si erit D. prius C. ipsum erit. Et si C. rursus erit: A. prius erit.

Similiter autem & in his ipsis infinitio diuisionis existit: futurum nanque futuro nõ hæret. Atq; principium & in iis ẽ sumendum: quod medio uacet. Nec autem in ipsis operibus ita sese habent, ut diximus. Nam si domus extructa ẽ: Lapides icisos fuisse necesse est. At id quam ob rem quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si uero fundamenta iacta fuere, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit, pari ratione lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonstratur eodem. Iacentur enim antea fundamenta. Sed quoniam in hisce quæ fiunt: generationem quandam modo circuli conuerti uidemus fieri potest, ut idipsum sit: si medium, & termini mutuo se sequantur. In iis enim consistit ipsa conuersio: atque idipsum in sermonibus primis ostendimus: conuerti inquam ipsas conclusiones: hoc est enim circuli modo ratiocinationem conuerti. In rebus autem ipsis hoc uidetur fieri modo. Humida facta pluuia terra, uapor necesse est oriatur, quo quidem orto nubem constare necesse est, qua facta fieri aquam: qua orta, terra pluuia necesse est humectetur: hoc autem id erat quod initio sumpsimus. Quare modo circuli conuersio fuit. Quicquid enim ex hisce sumpseris: aliud sequitur quidem cum sit aliud item est. Quod rursus cum sit primum ipsum emergit.

Sunt autem rerum nonnullæ quæ fiunt uniuersaliter: semper enim & omnes: aut eodem modo sese habent aut eodem fiunt pacto. Nonnullæ sunt rursus, quæ semper qd est non fiunt eodem modo: fiunt tamen plærunque: nam nõ omnis quidem mas homo, barbam emittit. Fit autem plærunque, ut homo mas, barbam emitat. Talium igitur & medium esse plærunque necesse est. Nam si tam A. de B. q̃ B. de C. uniuersaliter prædicetur: & A. de C: necesse est, & semp, & de quolibet prædicari. Id enim est uniuersaliter prædicari: de omni semperque dici. At supponebatur A. plærunque de C. prædicari. Necesse est ergo medium etiam ipsum B. conditionem eandem subire: ac esse plærunq;



Erũt igiť & eoꝝ q̃ sunt plærũq; ea pricipia uacãtia mediis: q̃ plærũq; sic sunt uel fiũt.

Tractatus tertius. Capitulum primum.

AT enim quo nam pacto ipsum quid est ad ratiocinationis terminos accomodatur. Et quo modo uel est ipsius uel non est demonstratio:diffinitioue: satis antea pertractauimus: nunc dicendum esse uidetur quo nam pacto uenari nos ea oportet quæ hocipso quid est prædicantur. Eorum itaq; quæ semper cuiq; competũt: quædam extẽdunt sese quidẽ ad plura:non tamẽ genus ægrediunt. Atq; ea sese ad plura extendere dico:quæ q̃q̃ uniuersalitet cuiq; cõpetunt:nõ tamẽ soli: sed et insunt. Est.n. quoddam quod omni cõpetit trinitati.& etiam non trinitati. Id.n.quod est trinitati:& etiam nõ numero competit. At impar inest & ipsum cuius trinitati: & aliis etiam pluribus: quinario nãq; competit:non tamẽ genus ægreditur. Quinarius.n.numerus est. Et nihil est extra numerum impar:talia igitur eousq; sumẽda sunt:quousq; tot fuerint sũpta primo:ut unumquodq; quidem illorũ pluribus cõpetat:cuncta autem simul non ad plura sese extendant:hanc enim necesse est substantiam esse rei diffiniendæ:uelut omni trinitati competit numerus impar:primum utroq; modo. Et quia non mensuratur numero:& quia non ex numeris constat. Id igitur iam ipsa trinitas est numerus inquam impar primus. Atq; hoc pacto primus. Horum.n.prima cæteris etiam uniuersis imparibus isunt: ultimum dualitati etiam cõpetit. At uniuersa simul nulli præter trinitatem numero competunt. Cum autem necessaria quidem sint ea quæ hocipso quid est prædicantur:ut antea patefecimus uniuersalia nãq; necessaria sunt trinitati uero uel cuius alii sic competũt ea quæ sumuntur. Hoc modo necessario quidem trinitas ea quæ diximus erit. Substantiam aũt hæc eius esse rationemue ex hisce patere potest. Nam si id quod assignauimus non sit ipsius ratio trinitatis:necesse est ipsum quasi genus quodã ipsius esse:aut nomine uocitatum:aut nõie carens. Igitur non trinitati modo:sed præter ipsam aliis etiam competet. Genus.n.huiscemodi ponatur esse naturæ:ut insit potentia pluribus atq; ad plura sese extendat. Quod si istud præter indiuiduas alii nulli competit rei. Id erit profecto ipsa ratio trinitatis: nam & hoc etiam supponatur. Id cuiusque substantiã esse: quod ultimum de indiuiduis tali dicitur modo. Quare similiter & i q̃busuis aliis id erit cuiusq; ratio:quod hoc ostendit modo. Oportet aũt cum totũ aliquod quispiam tractat genus in ea diuidere quæ sunt prima. Atq; indiuidua specie:ueluti numerum in dualitatem trinitatemue:deinde illorum eniti diffinitiones accipere:aut rectæ lineæ & circuli atq; anguli recti:post hoc sumpto quid nam sit genus:utrum quantitas an qualitas: proprios affectus per communes primos contemplari:nam ea quæ iis accidunt quæ componuntur. Ex indiuiduis ex diffinitionibus innotescent:propterea q; diffinitio simplexque principium est omnium. Et ea quæ simplicibus accidunt:per se quidem ipsis solis per ipsa uero cæteris competunt.

Capitulum secundum.


AT qui diuisiones quæ per differentias proficiscunt:utiles sunt ad diffinitiones hoc pacto inuestigandas. Ipsas tamẽ non ostendere dictũ est antea:utiles autẽ erũt hoc pacto solum ad ratiocinãdũ ipsum quid ẽ. Atq; uidebit ipsa diuisio nihil facere prorsus:sed uniuersa statim accipere:perinde atque si eadem ab initio sine diuisione quispiam sumeret. Refert autem ea quæ prædicantur primum & posterius prædicari: ueluti si animal mite bipes animal mite dicatur. Etenim si ex duobus omnis definitio constet. Et unum quid sit ipsum animal mansuetum. Atque rursus ex hoc & differentia fiat unum:homo inquam:uel quicquid tandem id sit quod unũ efficit:necesse ẽ diuidẽtẽ petere semp. Præterea hoc pacto dũtaxat fieri potest: ut nihil eorũ pmutat

quæ sunt indiffinitiõe ponẽda. Sumpto nāq; genere primo si accipiatur aliqua diuisio-nũ inferiorũ: non omne cadet in illam, ceu nõ omne aĩal: aut cõtinuarũ: aut diuisiaꝝ ala rũ est: sed uolatile aĩal omne: huius est.n.hæc drĩa. Prima aũt animalis ea est drĩa in quã omne aĩal cadit: & cuiusq; cæteroꝝ similiter generũ: & eorũ quæ sunt extra aĩal. Et eorũ quæ sub ipso sunt collocata: ceu uoluchris ea est drĩa prima in quã oĩs uoluchris cadit: & piscis itidẽ ea in quã oĩs piscis. Hoc igitur si proficiscat̃ quispiã pacto sciat nihil prorsus prætermisisse: quod si nõ hoc modo procedat: & prætermittere eũ necesse est: & id ipsum quoq; nescire. Nõ autem oportet eũ qui diffinit ac diuidit oĩa scire q̃ sunt: q̃q̃ nõ nulli cẽsent fieri nõ posse ut quisq̃ unq̃ drĩa ad unũquodq; cuiusq; sciat: nisi scierit unũ quodq; sine uero differentiis nũq̃ fieri posse ut quicquã sciatur. A quo nāq; non differt quispiã idẽ q̃d illud inquiũt eẽ. A quo uero differt ab eo diuersum eẽ. Primo igitur hoc est falsum: non.n.quauis drĩa res sunt diuersæ. Complures.n. insunt rebus eisdem specie drĩæ: sed nõ per substantiam neq; per se: deinde cũ quispiã acceperit ea q̃ opponũtur: & differentiã: & omne: aut in hanc partem: aut in illam cadere. Sumpseritq; in altera parte rem eam quã quærit eẽ & idipsum cognouerit: nihil refert si sciat nec ne: de quibus aliæ drĩæ prædicãtur. Patet.n.eũ habituꝝ esse rõnem substantiæ: si sic proficiscens ad ea tandem peruenerit: quorũ non est ulterius differentia. Omne aũt in ipsam diuisionẽ cadere: si sint ea opposita. Quorũ nõ est medium quicq̃: nõ est postulatio. Necesse est.n.omne i altero ipsorũ esse si illius est drĩa. Ad extruendam aũt probãdamue per diuisiões diffinitionẽ hæc tria sunt obseruanda. Primũ ut ea sumantur quæ hoc ipso quid ẽ prædicantur. Secundũ ut hæc adeo disponantur: ut primũ in primo: secũdum in secundo loco ponatur. Tertiũ ut hæc oĩa sint. Atq; primum istoꝝ erit si possumus quemadmodum ad accidẽs ratiocinari ipsum inquã cõpetere: & per genus ꝓbare: secũdũ fiet si ipsum primũ sumpserimus. Hoc aũt erit si id accipiatur quod tale ẽ ut ipsum quidẽ oĩa sequatur. Omnia aũt ipsum nõ econtra sequãtur. Necesse est.n.aliquid eẽ tale: quo sumpto idem iam erit: & in inferioribus modus. Id.n.erit secundũ quod cæterorũ est primũ. Et id etiã tertiũ quod est hærentiũ primum: supero nāq; sublato: id quod hæret cæterorũ erit primum ut patet. Et in cæteris eodẽ mõ. Patebit aũt hæc oĩa esse q̃d erat tertiũ: si sumpserimus primũ ipsum per diuisionẽ: omne aut hoc: aut hoc aĩal esse: eẽ aũt hoc. Et rursus totius drĩam: huius extremi uero nõ ulterius drĩam esse: uel etiam statim cum ultima drĩa ab ipso toto: nõ differre id specie. Patet eni neq; plus oportet quicq̃ additũ esse. Oĩa nāq; sumpto hoc ipso quid est prædicant̃ neq; q̄cq̃ deesse. Nã aut genus aut drĩa eẽt. At genus ẽ ipsum primũ & hoc cũ differẽtiis simul ẽ sumptũ: drĩæ ẽt uniuersæ sunt sumptæ: Nulla.n. prorsus posterior est. Spẽ nāq; differret ipsum extremũ. At hoc dictũ ẽ nõ differre. Quærere aũt oportet inspiciendo primũ ad ea q̃ sunt similia: & nullã inter se differentiã habẽt: q̃d nã idẽ habeãt uniuersa. Deinde ad alia q̃ sub eodẽ cũ illis genere collocant̃. Et sunt quidẽ eiusdẽ inter se spẽi ab illis aũt spẽ sunt diuersa. Atq; si in iis accipiat̃ aliquid pænitus idẽ & in aliis simili mõ. Rursus considerandũ est si in iis q̃ sunt sumpta sit aliq̃d idẽ: quousq; ad unã rõnẽ fiat accessio. Hæc.n.erit ipsius diffinitio rei. Q̃d si non ad unã rõnẽ: sed ad duas uel plures itur patet id q̃d q̃rit̃ nõ unũ q̃d eẽ sed plura: ueluti si q̃rat̃ q̃d nõ sit magnitudo animi: cõsiderãdũ ẽ i aliq̃bus quos q̃dem scimũ eẽ magnanimos quid nã habeãt unũ oẽs pacto quo tales eẽ dicuntur. Ceu si Alcibiades fuit magnanimus: & Achilles: ac ẽt Aiax. Quid unum oẽs habebant. Atq; idest eos affectos contumeliis non perferre: nam primus intulit bellum: secundus iratus se a sociis defendẽdis seiunxit: tertius sibi mortem consciuit. Rursus in aliis cõsiderandum ẽ: ut Lysandro ac So-

crate: qđ nam & istis inerat unum. Atq; idest æquabiliter sese habere in secundis atq; ad uersis rebus fortunæ. His sumptis cōsidero qđ nam idē habeāt hæc. Aequabilitas inquā in rebus fortunæ: & nō patientia cū cōtumeliæ afferunť. Q uod si nihil habeant idem: duæ profecto magnanimitatis spēs erunt. Omnis āt diffinitio uniuersalis ē semper. Medicus. n. nō diffinit salubre cuidā oculo: sed aut oi: aut spē determinato. Atque facilius ē singulare diffinire q̄ uniuersale. Q uapropter a singularibus ad uniuersalia oportet ascēdere. Aequiuocatiōes. n. in uniuersalibus magis latent q̄ in iis quæ non differunt: ut aūt in demonstrationibus ratiocinandi forma: sic in diffinitionibus dilucidítas insit oportet: quæ qdē fuerit si seorsum id diffiniat quispiā qđ in pluribus generibus ē: p ea quæ i uno quoq; dicūtur: ueluti simile nō omne: sed id quod in coloribus ē & figuris: & acutū similiter quod ē in uoce: & sic ad ipsum cōe proficiscať cauēs ne æquiuocationem offendat. Q uod si neq; differere translationibus oportet. Patet neq; diffinire oportere. Aut trāslationibus aut hisce q̄ per traslationē dicūtur. Erit. n. necessitas ut translationibus differať.

Capitulum tertium.

VT autem facultatē habeamus mediorū ad ea demonstranda: quæ proponunť: peruestigare oportet & ea quæ aiantibus aptis inspiciuntur. Et ipsas quoque diuisiones. Atq; sic peruestigare oportet supposítio genere communi omniū: ceu si animalia sint ea uuæ considerantur quæ nam omni competunt animali. Q uibus sumptis rursus idētidem peruestigare oportet: quæ nam cæterorum primo cuilibet insunt: ueluti si id sit auis: quæ nam omnem auem sequuntur. Et sic semper quæ nam propinquissimo competunt. Patet enim nos posse iam dicere propter quid insunt ea quæ cōpetunt hisce quæ sub ipso communi sunt collata: ut propter quid homini competūt aut equo sit autem animal quidem B: in A uero ponātur ea quæ animal omne sequunť: iis autem in locis in quibus C E D litteræ designantur: animalia singula collocentur.




Patet itaq; pp quid A cōpetit ipsi C pp B nanq; cōpetit. Et similiter cæteris. Eadem aūt est semper & i aliis rō: atq; nunc sic dicimus p tradita nobis noia cōia rebus. Oportet autē non solum in his ipsis dicto mō considerare: sed ēt si aliquid aliud uideatur cōe cōpetens: & idipsum accipere: deide sumere & ea q̄ ipsum sequitur: & ea q̄ hoc sequūtur ueluti cornigeris cōpetit critiū habere superioribusq; uacare dētibus. Sumanť igiť hæc & rursus accipiēda sunt ea qbus cōpetit: sequiturq; gerere cornua: patet. n. pp quid illius cōpetunt: ea q̄ diximus. Nā ob idipsum illis inerunt qa cornua gerūt: & insup alius modus peruestigandi per similitudinē rōnis: nō. n. pōt unū qppiā idē sumi: qđ qdē sæpiū & spina & os appellare oportet: inerūt āt & his atq; seqnť aliq: q̄si talis sit una qdā natura.

Eadē aūt sunt nōnulla eorum quæ proponuntur multipliciter.quædā.n.ex eo sunt ea quia mediū idē habēt:ueluti qa sunt oia antiperistasis.atq; hoꝝ nōnulla sunt eadē genere quæcunq; differentias habēt ex eo quia sunt diuersorū:uel alio mō:ut pp qd resonat: aut propter quid ap par et:& propter quid iris existit: uniuersa enim hæc idē sunt ꝑposi tū genere:oia nāq; sunt plane reflexo:sed specie sunt diuersa. Q uædā autem differunt: ex eo quia medium est sub alio medio:ueluti ꝑpter quid nilus descrescente mēse magis affluat aquis:quia mensis decrescens similis magis hyemis est propter qd mensis decrescens similis magis hyemis est quia luna decrescit.Hæc.n.sic inter sese habēt:ut patet.


Tractatus quartus. Capitulum primum.




Mbiget aūt qspiā de cā & de eo cuius est cā: & ne tū cā:cū est id cuius est cā ueluti cum frōdes dedicunt:est ne tum ipsa cā defluendi frōdes latitudo inquam foliorū:si idipsum illius sit cā:uel cum deficit luna:est ne tum interpositio terræ nam si non est aliqua alia:erit ipsorū causa sin simul sunt cā:& id cuius est causa: ceu si intercedit terra deficit luna:aut si latitudo est filiorum defluunt frondes:tum mutuo profecte demōstrabūtur.Sit enim a frondes deponit:B planta cuius sunt folia lata:c uitis.



Si igitur A cuilibet competit B: Omnis enim planta cuius folia sunt lata frondes deponit.B uero C ipsi competit.Latas enim frondes quælibet uitis habet. A etiam ipsi C competit.Omnisque uitis frondes suas deponit.Atque causa B medium est ut patet. At licet etiam per filiorum defluxum lata uitem habere folia demonstrare Sit enim D lata habere folia:abiicere frondes.E uitis autem F.



E igitur cuilibet inest F. Omnis enim uitis abiicit suas frondes. D uero cuilibet competit e. omnis nanq; planta quæ frondes deponit habet folia lata: omnis ergo uitis habet folia lata: atque cã est foliorum defluxus. Quod si fieri nequit ut sint sibi mutuo causæ: causa nanq; prior est eo cuius est cã: & deficiendi quidẽ causa est in medio terram eẽ. Huius autem non est causa deficere lunam. Atq; demonstratio quæ fit per causam ẽ ppter quid. Demõstratio uero quæ nõ per causam fit: est ea qua quippiam tãtũ eẽ ostendit: q per defectũ terrã in medio esse percepit: is scit quidẽ idipsum esse: propter quid aũt ẽ no cognoscit: atq; deficere lunam non esse causam ut sit in medio terra: sed hoc econtra cãm esse ut deficiat luna: inde perspici potest. In rõne nãq; deficiendi inest in medio terram esse. Quare patet per hoc illud: sed nõ per illud hoc inotescere. An fieri potest ut unius plures sint causæ. Etenim si fit ut idẽ primo de plurimus prædicætur. Sit A quod quidem tam B q̃ C cõpetat primo: quorum alterum insit D. Alterũ ipsi cõpetat E. ierit igit ipsum A: illis utrisq; E. inquam & D. Atque ut insit quidem ipsi D: causa est ipsum B: ut competat autem ipsi E: cã est ipsum C. Quare si causa est necesse est & rem esse. Si uero res est. non est necesse id esse quod est causa: sed causam quidem esse non tamẽ omnem.





An si semper id qđ ponit uniuersale est: cã quoq; tot a q̃dã ẽ: & id cuius ẽ cã uniuersale ẽt ẽ: ueluti foliis spoliari toti cuidã inest determinato: & si spẽs sunt illius: & his uniuersaliter aut plãtis: aut huiuscemõi plãtis cõpetit: q̃re & mediũ i his: & id cuius ẽ cã æq̃ sint oportet: & cõuertãt ueluti pp qđ arbores foliis spoliant. Quid si idipsum ob cõgelationẽ eẽ oportet: & si cõgelatio nõ cuius iest: sed arbori: foliis arborẽ spoliari oportet.

Capitulum secundum.


At q̃ret quispiã rursus si fieri possit ut non eadẽ eiusdem sit uniuersis cã: sed di uersa nec ne: an si p se quidem est demonstratũ: & nõ p signũ aut p accidẽs id fieri nequit: quippe cũ ipsum mediũ extremi sit rõ. Sin uero nõ hoc pacto est: demonstratum fieri potest: sit autem id cuius & id cui est cã per accidens considerent. Nõ tamẽ ex numero eorum eẽ uident quæ ponunt. Quod si ita non est similiter habebũt & mediũ. Si enim æquiuoca sint medium habebunt æquiuocum si sint ut in genere: medium habebũt similiter: ueluti pp quid ẽt mutuo ordine similitudinẽ subeũt rõnũ. Est ẽni alia cã i lineis & i numeris. Atq; eadẽ alia quidẽ est ut linea rationem subit. Eadem autem ut tale habet incrementum & eodem in omnibus modo. Vt color autem

colori figuraq; figuræ sit similis. Alia erit alii causa: simile nanq; in his est æquiuocum. In figuris enim in similitudine forsitan rõnum consistit: quæ inter latera sunt: & angulorũ æqualitate. In coloribus aũt in unitatẽ ipsius sensus: aut aliquo tali: ea uero q̃ similitudine rationum eadem sunt: medium idẽtidem similitudine rationum idem habebunt.






Cã aũt & id cuius ẽ cã atq; id cui ẽ cã: ita sese habent ad mutuo se seq̃ndũ. Nã si hoc sumas p singula: id cuius ẽ cã ad plura sese extẽdit: uelut: externos angulos q̃tuor rectis æq̃les hr̃e extẽdit triãgulũ atq; q̃dratũ: qd̃ si oia sumas æquat. Sũt.n. qcũq; q̃tuor rectis æq̃les externos angulos habẽt. Similiter sese hẽt & mediũ. Est aũt ipsum mediũ extremi rõ primi: quocirca sciẽtiæ oẽs p diffinitionẽ fiũt: ueluti spoliari frõdibus simul sequitur uitẽ atq; excedit. Et ficũ itẽ atq; excedit: sed nõ ois supat: sed æquat. Si igit primũ mediũ sumpseris rõ illud erit abiiciẽdi folia: erit.n. primũ qdẽ mediũ uersus extremũ alterũ: tales inq̃ uniuersis eẽ deide mediũ huius sucũ cõgelari: uel aliqd aliud tale. At si q̃spiã iterrogauerit qd ẽ defluere folia: cõgelari rñdebimus eius succũ. q̃ i seminis cõiũctiõe cõsistit.




In figuris

In figuris āt hoc pacto quispiā assignabit: quærentibus quonā pacto se sequunt cā: & id cuius est cā. ponat a. cuilibet inesse b: ipsum aūt b. cuiq; cōpetat eorū quæ sunt d. a. igit uniuersale hisce fuerit quæ sunt d. Etenim id uniuersale dico qd' non cōuertit. id āt uniuersale uocito primū: cū quo unūqdq; qdē non cōuertit: uniuersa aūt cōuertunt atque æquant b. igit cā ē ut a. cunctis hisce cōpetat q̄ sunt d. oportet ergo ipsum a. ad plura sese extēdere q̄ ipsum b: qd' si ita nō est cur magis hoc erit illius cā: qd' si b. non omnibus competit eterunt uniuersa illa unū quid aliud ab ipso b. alioquin quo nam pacto dicere licebit: A quidem ipsum oī cōpetere e. Ipsum aūt e. nō omni cōpetere a: cū uero non erit aliqua cā. nā ipsum a. cūctis cōpetit d. at ipsis ēt e. & ipsa igit unū quid erunt: atque id considerare oportet. Et sit c. fieri igitur pōt ut eiusdem: sed non eisdem spē plures sint causæ: ueluti ut longe sint uitæ: quadrupedes quidem causa ē ipsas bili uacare: uolucres autem ipsas esse siccas aut aliquid aliud.



Qđ si nō statim accedūt ad idiuiduum & si non solum unum: sed plura sunt media: plures etiā & causæ sunt. Vtrum aūt mediorū sit singulis cā: utrū id quod est uersus uniuersale primum. an id quod uersus singula collocatur: Patet igitur ea esse quæ p̄pinqssima sunt unicuiq; cui est causa: nam ut primum sit sub uniuersali. Hoc est causa: ueluti ut a. competat ipsi d. cā est ipsum c. ut igitur a. cōpetat ipsi d. cā ipsum c. ut autem a. competat ipsi C. causa est ipsum b. at ut huic insit idipsum.



At enim de ratiocinatione quidẽ demonstrationeue qd nam utrũq; sit. Et quo sit modo satis iam patuit: & simul etiam demonstratiua scientia. Est enim idem.

Capitulum quartum.

De principiis aũt quonã pacto nota nobis euadunt: & quis habitus ea cognoscit hinc patefiet: si antea dubitabimus fieri itaq; non posse ut demonstrationem quisq; scientiam consequat: si non cognoscat prima pricipia uacantia mediis: prius est dictũ ac explicatũ. Dubitauerit aũt q̃spiam: utrũ cognitio eorũ q̃ mediis uacãt sit eadem: an ante non eadem: & utrũ scientia sit utriusq; an ante sit: sed alterius qdẽ scia: alterius aũt aliqd aliud genus: & utrũ habitus eorũ non insint: sed fiant ac acqrant. An insint quidem sed lateant. Si igit ipsos habemus absũdũ est sane. Fit enim ut lateat nos habentes certiores demonstratione cognitiones has habere. Sin uero non habentes prius: acqrimus quonam pacto cognoscamus atq; discamus ex non antecedenti cognitiõe. Id enim fieri nequit ut de demonstratione ẽt dicebamus. Constat igit fieri non posse ut aut habeamus ipsos: non enim sane ignoraremus aut ignari nullũq; habentes habitũ cõsequamur. Necesse est itaq; uim quidem nos aliquam potentiamq; habere: non tamẽ talẽ ut his ipsis exactior sit ac certitudine præstabilior. Videt aũt idipsum aialibus cũctis inesse: nã habẽt uim quandam insitam discernẽdi. Quã qdẽ uniuersi sensum appellãt: insito aũt aialibus sensu natura in qbusdam fit formæ sensibilis mansio: in qbusdam non fit. In quibus igit non fit: hisce præter ipsum sentire non est cognitio: aut omnino aut eorum circa quæ non fit formæ mansio. In quibus aũt fit ut cã sentiunt unum quid in anima habeant: in iis cum multa talia fiunt differentia quædam emergit: ut quibusdam ex talium mansione ratio fiat: quibusdam non fiat: ex sensu igitur fit memoria quemadmodũ dicimus: ex memoria uero sæpius iusdem facta experientia nascitur. Plures eni memoriæ numero una experientia est. Experientia uero aut ex omni uniuersali qetem iam in anima consecuto: qd est unũ præter multa quodq; in omnibus illis unũ inest: idemq; principium artis atq; scientiæ pullulat: artis si sit circa generationẽ: sciẽtiæ si sit circa id qd est: neq; igit determinati habitus insunt: neq; ab aliis ad cognoscẽdũ magis aptis habitibus: sed a sensu fiunt ut diximus: ueluti in prælio facta fuga: si stetit unus: stetit & alius: deinde alius: donec ad principium est peruentum. Aia aũt & talis ut possit id pati: qd aũt dictũ est antea: sed non dilucide dictum est id rursus dicemus: nam cum steterit unũ quæ non differunt: primum uniuersale tum in anima nascit: etenim sentit illud quidẽ singulare. Sensus aũt est ipsius uniuersalis ut hominis: sed non calliæ hois. Rursus in his ipsis stat quousq; ad ea stet: quæ ptibus uacãt atq; ad ipsa uniuersalia: ueluti tale aial donec stet aial: & in hoc mõ eodem: necesse est igit nobis ut ex hisce patet ipsa prima inductione cognoscere: Sic.n. & sensus efficit in nobis ipsum uniuersale. Cũ aũt mentis habituũ qbus uerũ perspicimus quidam ueri perpetuo sint ut intellectus atq; scia qdem: iterdũ falsum suscipiãt: ut opinio: subducẽdaq; rõnis pricipiũ: nullũq; aliud genus exactius sit scia q̃ itellectus: atq; principia notiora sint demonstrationibus: scientiaq; cũ rõe sit omnis: hæc inquam cũ ita sint: scientia quidem principiorũ non erit: sed cum fieri nequeat ut aliud quicq̃ uerius scientia sit q̃ intellectus ipso. Intellectus profecto principiorũ habitus erit. Quod ex eo quoq; perspicuũ fuerit quia demonstrationis principium non est demonstratio. Quare neq; scientia. Si igitur præter scientiam nullum aliud genus uerum habemus q̃ intellectum: intellectus sanæ scientiæ principium erit: atque pricipium quidem est ipsius principii: scientia autem ad rem omnem sese habet similiter.

Aristotelis posteriorum liber secundus explicit.

Præfatio Ioannis argilopyli Bizantii in Libros physicorum Aristotelis ad petrũ medicem florentinum.

SVperioribus Annis prope studiorum nostrorum exordia: quæ patrem tuum diuinum hominem illum & te auctorem habuerunt ac fautorẽ sapientissime petre libri naturalis auscultationis. Aristotelis raptim traducti cum legerentur: patri oblati sunt: recte quidem sententias referentes auctoris: latius autem eas explicantes pluribusque uerbis: ut auditores optarunt ac postularunt: & illi nanque faciliorem cognitu reddi doctrinam hoc pacto putarunt: & ipse uoluntati illorum consentaneæ rationi non obsequi non humanum esse existimaui. Nunc uero alio longe præstabiliori legibusque muneris huiusce magis accomodato libros eosdem traductos nonnullorum hominum postulatione quorum auctoritati deesse cõtra officium esset: tibi offero: meo iudicio iure & ut meæ tuæque rationes postulare uidentur. Nam & ipse meum omnem laborem studium officium operam diligentiam semper ad amplitudinem tuam tuorũque conferre iam olim institui & nemo sanæ mentis hoc actum esse sine iniuria dicet: si libri illi qui patri dati sunt dicto exarati modo raptimque traducti: post illius obitum exactius meliusque longe confecti non tibi sed alii essent oblati. Si hominibus præterea studiosis res istiusmodi magis sunt offerendæ sit hac etiam ratione ut tibi summis prædito uirtutibus studiosissimeque homini iure libri hi tribuantur. Accedit eodem & meus erga te uehementissimus amor: qui quidem id & hac in re facit: quod in cæteris efficere solet. Accipe igitur & hosce libros tibi oblatos post nonnullos alios a me nomine tuo traductos sapientissime Petre. & cum animum interdum a gubernatione patriæ reique publicæ ad studia reuocas requies enim hæc tibi relaxatioque laborum ac turbæ illius esse putantur dedita opera diligentius lege. Cuncta nunc ea dilucida certo scio: claraque sese tibi offerent quæ perobscura omnibus antea uidebantur. Ego uero si rem hoc pacto tibi gratam subministrare uideor: gaudeo remque mihi gratissimam efficio sane. Nihil enim mihi mediussidius gratius accidere potest: q̃ si a me tibi mihi omnium clarissimo res grata subministretur. Vale perpetuo fœlix: atque beatus & me ut soles ama. Finis.

Aristotelis De naturali auscultatione Liber primus. Ioanne Argiropylo interprete ad Petrum Medicem.

Prohœmium




CVm circa omnes doctrinas. Quarum sunt principia: uel causæ: uel elementa ex horum preceptione cognitio fiat atque scientia. Tunc enim unamquamq; rem scire putamus: cum causas primas principiaque prima: & usque ad elementa cognoscimus: patet & ea quæ ad pricipia naturalis scientiæ pertinẽt enitendum esse prius determinare. Hæc autem insita natura nobis est uia: ut enotioribus nobis magisque manifestis ad notiora naturæ magisque manifesta proficiscamur: non enim sunt eadẽ nobis atque simpliciter nota. Quapropter hoc modo ex hisce quæ naturæ quidẽ minus sunt manifesta: nobis aũt notiora: ad ea quæ dilucidiora sunt magisque nota naturæ proficiscamur necesse est. At confusa primo nota nobis sunt magis ac manifesta: Elementa uero principiaque po


sterius ex hisce nota per ipsorum diuisionem fieri solent. Iccirco ex uniuersalibus ad singularia proficiscamur oportet:ipsum nanq̧ totum sensu notius est: Vniuersale uero totum est quoddam:quippe cum multa cōplectať:ut ptes. Sic ēt & noīa quodammō sese habent ad diffinitionem. Totū enim quoddā īdistinctūq̧ significāt:ceu circulus at ipsius diffinitio ī ptes singulas diuidit.Pueri quoq̧ primū qdē uiros hoīes pres:mulieres quasuis matres appellant.Posterius aūt horū utrūq̧ discernere distinguereq̧ uidentur.


Caput primum.

Ecesse est itaq̧ aut unū esse principiū:aut plura.Et si sit unū:aut immobile ut Parmenides Melissusq̧ dicit:aut mobile eē oportet:ut naturales censere uidētur:quidā aerē:quidā aquā primum principiū esse dicentes. Si plura sint:aut finita eē necesse est.Et si finita sint plura q̧ uno:duo uel tria:uel q̄tuor:uel in alio quodā numero esse oportet.Si infinita:aut genere quidem unum:figura uero uel forma diuersa:perinde atque Democritus asserebat:aut contraria etiam necesse est esse. Pari modo quærere uidentur:& ii qui quærūt quotnā sint ea quæ sunt.Nā ea primū quærūt ex quibus cōstant ea quæ sunt:utrū unū an plura sint:& si sint plura:utrū sint finita an infinita. Quare principiū quærūt ac elementū:utrū sit unū an plura. Considerare igiť si id qđ est:unū sit:atq̧ immobile non ad naturalem physicū ptinet.Nam ut geometræ non est ad eū ratio q geometriæ pricipia tollit:sed aut ad aliā sciam attinet:aut ad cōem omniū facultatē:sic & illi nulla est ad eū rō q principia tollit.Nō ē enim pricipiū:si unū est tantū:atq̧ unū hoc mō. Principiū.n.alicuius:aut aliquoꝝ principiū esse constat. Simile ē itaq̧ si hoc mō sit unū cōsiderare:& de alia quauis positiōe differere:quæ sermonis cā dr̄ q̄lis ē heracliti: uel qspiā id qđ ē unū hoiem eē dixerit. Aut contētiosam soluere rōnē qđ qdē ambæ rōnes habēt & Parmenidis & Melissi.Nā forsa sumūt:& forma sunt uitiosæ.Inepta aūt magis ē rō ipsius Melissi nec dubitationē hēt sed uno absurdo dato: cætera accidūt. Hoc uero nullā hēt difficultatē. At nobis ea q natura cōstāt: aut oia aut aliq̄ moueri subiiciať:qđ qdē patet iductione.Et isup nec oia sunt soluenda. Sed ea tātū q qspiam ex pricipiis ostēdit falsa. Quæ uero hāc cōditionē egrediunť:nō sunt soluenda. Veluti quadrationē eā quidē quæ p ptes extruiť:ad geometrā dissoluere pertinet:Antiphōtis autem non ad geometram redarguere spectat.

Hippocratis chii tetragonismus. Tetragonismus antiphontis.







Verū cū nō de natura qdē:naturales aūt dubitationes ipsos accidat dr̄:bene res sese habebit fortasse:si paꝝ de ipsis disseruerimus.Hæc.n.cōsideratio philosophiā nimirum hēt. Atq̧ ut a pricipio omniū accomodatissime nostra hæc proficiscať oratio:cum id quod est pluribus modis dicatur.Quonā modo dicunt unū oia esse. Vtrum ut substā

tiam cuncta:an ut quantitatem:an qualitatem.Et rursus utrũ substãtiam quidẽ: unam autem esse cũcta:uelut hominem nnũ:aut equũ unũ:aut aiam nnam.An qualitatem:& hanc idẽtidem unam:ut albedinem:aut caliditatẽ:aut aliquid tale.Hæc enim omnia ĩter se nimium differunt:ut dici non possunt. Nam si est substantia:& qualitas:atque quantitas:siue separata seinnctaq; sint ea quæ sunt:nõ unũ:sed plura profecto sunt. Sin uero qualitas sint uniuersa uel quantitas siue sit substantia:siue non sit:absurdũ est sane: id quod esse non potest absurdũ oporteát appellare.Nihil enim cæterorum præter substantiam separatam per se potest. Vniuersa.n.hæc de subiecto dicuntur:de substantia quidem ipsa. At qui Melissus id quod est:infinitum asserit esse.Id ergo quod est:quãtitas est quædã.Infinitam.n. in quantitate nimirũ est. Substantia aũt infinita:aut qualitas:aut affectus infiuitus esse nõ põt:nisi per accidẽs:si simul & quanta sit quædam.Infiniti nãq; ratio quantitate utitur:non substantia:non qualitate. Si igitur & substantia sit & quantitas:id quod est non unũ:sed duo esse uidentur.Sin uero sit solum substãtia:infinitum sane non est:neq; magnitudinem ullam habebit:erit enim quantitas quædam.

Præterea cum multipliciter & ipsum unum:sicut & id quod dici soleat:cõsiderãdum est quonã modo ipsum uniuersum unũ asserunt esse.Atq; unũ dicitur:partim continuum ipsum:partim indiuisibile:partim ea quorum eadẽ atq; una est ratio:ut temetum ac uinum. Si igitur est continuũ ipsum unũ multa profecto est.Continuũ enim in ĩfinitum est diuisibile.Existit aũt dubitatio de parte ac toto:non ad sermonem fortassis accommodata:sed per ipsam cõsideranda. Vtrũ unũ an plura sint pars atq; totũ:& quo pacto sint unũ uel plura:& si sint plura:quonã modo sint plura. Et de partibus non continuis eadẽ sunt quærenda.Et si utraq; pars & ipsum totũ sint unum perinde atq; indiuisibile. Et ipse profecto partes unũ identidem erunt. At qui si unum est ut indiuisibile:nulla sane quantitas:nulla qualitas erit. Neq; igitur infinitũ est id qnod est ut dicit.Melissus: neq; finitũ:ut Parmenides asserit.Ipse nanq; finis est ut patet indiuisibile non ipsum finitum. At nero si oĩa quæ sunt rõne sunt unũ-ut uestimentum:ac tunica:sit ut heracliti sententiam dicant.Eadem.n.erit boni maliq; ratio:& nõ boni ac boni. Quare idem erit bonũ atq; nõ bonũ:& hõ ac equus idẽ:& hõ atq; non hõ.At sermo ipsorũ:nõ unũ ea quæ sunt:sed nihil asseret esse:& eadẽ insuper rõ qualitatis ac quantitatis erit. At.n.posteri quoq; pinde atq; ueteres turbabantur: ne ipsis eueniat:ut res eædem simul sint unnm & plura.Quapropter:alii est ipsum auferebant:uti lycophron:alii dictionem trãsformabant. hoiem nõ albũ esse dicẽtes: sed albere:neq; ambulãtẽ esse:sed ambulare:ne ipsum est adinngentes:id qđ est unnm:aut id qđ est unice diceret. Multa uero sunt ea qnæ sunt.Aut rõne:nam aliud est albnm:aliud musicũ rõne:idẽ antem est ntrunq;:ipsum igitur unũ plura nimirũ est.Aut diuisione, ut totũ ac partes. Sed hoc loco iam hesitabant: atq; ipsum nnũ multa esse iã fatebantur: proinde quasi nõ posset unum ac plura esse:nõ tamẽ ea quæ opponunt.Est.n.ipsum unũ & potentia & etiã actu. Hoc igitur mõ nobis aduersus hanc sñiam proferentibus: ea quæ sunt nõ posse unnm esse uidenť: Atqui neq; difficile est ea soluere: qnibus illi hoies hanc suam sñiam ostẽdebant. Vterq; enim contendendo rõcinatur:& Parmenides:& Melissus:nam falsa sumunt:& rões forma uiciosas efficiunt. Melissi tamen rõ magis est:ĩcepta:neq; nllã dnbitationẽ hẽt pfecto.sed uno absurdo dato.cætera accidunt:quod quidam nullam habet difficultatem. Patet itaq; uiciose Melissum argumentari. putat enim sumpsisse.Si oẽ qnod factũ est pricipium habet:id quod factũ nõ est principium non hrẽ.Deinde hoc ẽt est absurdum cuiuslibet esse principiũ rei & nõ tpis:& generationis nõ simplicis:sed ẽt alt æ rõnis:quasi non

fieret ulla mutatio simul. Praeterea cur si est unũ imobile est. Cur.n.& uniuersum non peride atq; pars quae quidẽ est unũ: haec inquam aqua in eodẽ loco moueť. Deinde cur alteratio non erit. At uero neq; spẽ unũ esse põt: nisi ex eo quo fit ortus: hoc autem pacto nõnulli ẽt naturales unũ esse oia dicũt. Sed illo mõ esse nõ põt: homo nãq; speciẽ differt ab equo: & contraria inter sese simili modo. Idem & ad Parmenidẽ modus est rõnum & si qui alii proprii sunt. Atq; solutio est partim ex eo qa falsa sumit: ptim ex eo qa nõ cõcludit. Nã falsa quidẽ sumit: quia id qđ est pluribus modis dr: ipse uero simpliciter illud accipit dici. Nõ cõcludit aũt: qa si sola alba sumantur: ipso albo unũ significãte: non minus alba plura erũt & nõ unum. Nã albũ ipsum: nec continuatiõe erit unũ: nec ratiõe. Alia nãq; erit albi: alia eius qđ albũ suscepit. Atq; nõ erit praeter albũ ipsum separabile quicq̃. Nõ.n. hoc rõnem ꝓpriam habet: quo separabile est. sed albi rõ & eius in quo est: nõ est eadẽ sed diuersa. At Parmenides nondũ id ipsum uidebat. Necesse est igiť eos sumere: qui id qđ est unũ inquiunt ẽẽ: nõ solũ unũ significare id qđ est de quo praedicabiť: sed ẽt qđ ꝓprie est ens: & qđ ꝓprie unũ est. Accidens.n. de subiecto aliquo dicitur: Quare illud cui id qđ est accidit nõ erit: est.n. aliud ab eo qđ est. Erit ergo quippiã qđ nõ est. Non ergo id qđ ꝓprie est ens: alii inerit. Nõ enim rõnẽ entis subibit: nisi id quod est plura significet. hoc pacto: ut quodq; quippiã sit: at id quod ẽ unum significare supponitur. Si igitur id qđ proprie est ens: nõ accedit cuiquam: sed aliquid illi aliud accidit: cur id qđ est ens ꝓprie ens significat potius q̃ nõ ens: nã si id qđ proprie est: ens: erit ẽt albũ. Albũ aũt nõ est ꝓprie ens: neq; enim id qđ est ipsi accidere põt nihil est.n. ens. qđ nõ est ꝓprie ens: Albũ ergo nõ est ens: atq; nõ hoc quidẽ pacto: ut quippiam non sit: sed ut oino nõ sit. Si igiť uti diximus id quod est proprie ens: erit ẽt albũ: fit ut id non sit ens: qđ est ꝓprie ens. Vere enim dicamus: si illud albũ esse dixerimus. At hoc non ens: uti supponebať: significabat: Quare si album etiam proprie ens significat nõ unum id quod est: sed plura sane significat. Neq; igitur magnitudinem habebit id quod est: si id sit quod est proprie ens. Ratio nanq; partis utriusq; diuersa nimirum est. Diuidi autẽ id quod est proprie ens. in aliquid aliud proprie ens: ex ratione etiam patet. Veluti si homo ens proprie quippiã est: & animal necesse est proprie quid esse: & itidẽ bipes. Nã si ita nõ sit: accidẽtia erunt profecto: aut igiť homini: aut alii subiecto cuipiã accidunt. At neutũ esse põt. Accidens.n. aut id dr quod inesse põt: ac nõ inesse: aut id cuius in rõne id cui accidit sumiť. Ceu sessio quidẽ est. ut illud qđ separať. Simitas autẽ id: cuius in rõne sumiť nasus: cui simitatẽ dicimus accidisse. Praeterea in eoꝝ rõne q̃ i diffinitiua rõne cuiuspiã insunt: aut eoꝝ ex qbus qppiã constat: nũq̃ ipsius totius rõ inest: ceu in bipede rõ hois aut in albo rõ hois albi. Si haec igiť ita sunt atq; hoi bipes accidit: sepabile ipsum ẽẽ necesse est. Quare fieri põtut hõ bipes nõ sit. Vel in rõne bipedis ierit ipsius hominis rõ: Ac fieri nequit. Illud enim in rõne hois inest. Qđ si bipes ac aial alii cuipiẽ accidũt: & neutrũ est qđ ꝓprie ens: hõ quoq; ex his erit ꝓfecto: quae alii accidũt. At qđ proprie ẽ: nulli sit accidẽs: & de quo ambo dicuntur atq; utrũq;: dicať & id qđ ex illis. Ipsum igiť uniuersum ex idiuisibilibus cõstat. Quidã aũt utrisq; rõnibus concesserũt. Ei quidẽ quae oia unũ esse concludit: si id qđ est: unũ significat: id qđ haud est esse dicẽtes. Ei uero quae ex partitione ꝓcedit: indiuiduas magnitudines facientes. Patet autẽ & uerum non esse: si id quod est unum significat: & fieri non potest ut simul sit cõtradictio: nõ fore quicq̃ non ens. Nihil eni obstat: ut id quod non est non sit absolute non ens sed non ens quippiam sit. Dicere quoque si nõ quippiam aliud erit praeter idipsum qđ est: unum omnia fore: per absurdum est sane. Quis enim ipsum quod ẽ aliud quicquã

esse intelligit q̄ id quod est proprie ens. Quod & si ita est:nihil tamē prohibet multa esse ea quæ sunt ut diximus. Patet igitur īpossibile esse:ut id quod est hoc mō sit unum.

Capitulum secundum.



T naturales autē dicunt:duo sunt modi. Quidam enim id quod est unū subiectum corpus fecerunt: aut trium unū: aut aliud:quod igne quidem spissius:aere uero subtilius est. Cætera autem generari dicunt densitate raritate que: multa facientes. Hæc autem sunt contraria:& uniuersaliter excessus atq; defectus:quēadmodum plato magnum dicit & paruum. Verum hic quidem hæc materiam facit: ipsum aūt unum formā. Illi uero unū quidem ipsum inquam subiectū materiam contraria uero differentias atq; formas. Quidam aūt ex ipso uno contrarietates: quæ qdē in ipso sunt:sequestrari dicūt ut Anaximander. Et qui unū & plura principia inquiunt esse:ut Empedocles ac Anaxagoras. Ex ipsa nanq; congerie cætera segregant. Differunt tamen alter enim conuersionem horū:alter semel segregationis principiū facit. Et alter infinita ea quæ sunt similiū partiū atq; contraria:alter ea quæ uocant̄ elementa tantūmodo sumit. Videt̄ aūt anaxagoras sic infinita esse putasse: quia communem illam opinionē naturaliū uerā eē existimabat. Nihil īquā ex eo qd̄ nō ē fieri atq; oriri. Quapropter hoc dicunt mō. Erant oīa simul & generationē alterationē inquiūt esse. Quidā uero congregationem ac segregationem. Insuper ex eo quia contraria ex sese mutuo fiunt inerant ergo. Nam si omne quidem qd̄ fit:aut ex entibus:aut nō entibus fieri necesse ē atq; oriri:ex non entibus aūt nihil fieri pōt. De hac enim opinione naturales omnes consentiūt:reliquū iam accidere necessario putauerūt:ex entibus quidē:atq; ex hisce quæ insunt fieri qdq; atq; oriri:ex insensibilibus uero nobis ob paruitatem molis:ut dicūt. Quapropter īquiūt qdq; in quolibet esse mixtū:quia quodlibet ex quouis oriri uidebāt. Videri uero atq; dici diuersa ex eo plane qd̄ ī mixtione infinitorū maxīe ob multitudinē suā excedit. Nam totū albū:aut nigrū: aut dulce: aut os:aut carnē sincere nō eē quicq;: sed cuius plurimū hēt qdq;:id ipsius rei uideri naturā esse dicebāt. Si infinitū igit̄ quo īfinitū ē:eo est ignotū. Infinitū qdem multitudine aut magnitudīe quātū qddā ignotū erit. Infinitū aūt forma: quale qddā ignotū. Cū igit̄ principia rer̄ tā multitudīe q̄ specie sint infinita:fieri ꝑfecto nequit:ut ea quæ ex hisce cōstāt sciant̄. Nōdū enim cōpositum scire putamus:cū ex quibus & quot ipsum constat haud cognoscimus. Præterea si necesse est ipsum mole quātūuis esse posse: cuius ps magnitudine paruitateque quātauis esse pōt dico aūt aliquā taliū partiū quæ insunt:& in quas totū ipsum diuidit̄. Esse uero non pōt plāta uel aial dicto modo quantumuis mole: patet neq; partium ullā idētidem mole quantauis esse posse. Erit enim & totum quantumuis simili modo. At os & caro & istiusmodi cætera partes sunt animaliū:& fructus plātarum. Patet igitur neque os neq; carnem neq; aliud quicq; eo modo quem diximus mole quantumuis esse. Præterea si talia omnia in cunctis insunt:neq; generatur quicquam:sed inest ac segregatur: atq; appellatur ab eo quod in ipso magis abundat:ex quouis deniq; fit quodlibet segregatione:uelut aqua ex carne:& caro ex aqua. Cum omne corpus finitum ablatione finiti corporis consumatur atq; tollatur: constat non posse in uno quoq; quodque inesse. Ablata enim ex aqua carne: rursusq; ex aqua reliqua segregata: & si semper minor ea quæ secernitur erit:non tamen omni magnitudine minor euadet. Quare si segregatio stabit:nō in quolibet quoduis erit. In reliq̄ enim aqua nihil inerit carnis. Sin uero nullus segregationis exitus erit: sed semper sequestratio fiet: finita in magnitudine sane æqualia finita erunt: multitudine infinita. Quod quidem est impossibile. Præ

terea si corpus omne parte aliqua ab eo sublata. fieri se minus necesse est: carnis autem quãtitas definita:est ad molem utranq;. Patet minima ex carne nullum omnino corpus secerni posse:alioquin minima minor erit. Insuper in infinitis corporibus caro iam infi nita sanguis cerebrumque inesset. Vnumquodque tamen esset ab aliis separatum: & ni hilominus infinitum. Hoc autem metas egreditur rationis. Id uero quod asseritur: nunquã segregata omnia fore:non scien ter quidem dicitur:recte tamen: Affectus enim inseparabiles sunt. Cum igitur colores atqre habitus mixti sint:si fuerint segregati: erit quippiam album aut sanum profecto:quod non aliud quicq̃ erit nec in subiecto. Quare ipsa mens absurda est sane: ea quærens:quæ fieri nequeunt: si separata quidam reddere uult:hoc autem efficere nequit: tam quantitatis: q̃ qualitatis etiam ratione. Quantitatis quidem:quia non est minima magnitudo. Qualitatis autem: quia affectus inseparabiles sunt. Neque etiam recte generationem eorum quæ partium sunt conformium capit. Lutum nanque tum in luta:tum non in luta diuiditur. Nec ut lateres ex domo & domus ex lateribus fit: sic aqua & aer ex sese mutuo sunt & fiunt. Melius autẽ est pautiora principia finitaque sumere quod quidem Empedocles facit.

Tractatus secundi. Capitulum primum.



Omnes igitur contraria principia faciunt:& qui uniuersum unum esse atque im mobile dicunt. Parmenides eim calidum frigidumque principia facit: atque hæc ignem terramque appellat: & qui rarum & densum principia inquiunt esse. Democritus quoque plenum ipsa atque uacuum asserit esse: quorum alterum ut ens:alterum ut non ens esse dicit: Insuper & hascæ differentias affert positionem inquã figuram ac ordinem:hæc autem contrariorum genera sunt. Positionis enim supra & in fra:ante & retro:figuræ uero angulis constans atque non constans: rectum & circunflexum species sunt. Patet igitur omnes contraria quodammodo principia facere rerũ. Idque non sine ratione. Principia nanque neque ex sese mutuo:neque ex aliis:& ex ipsis omnia esse oportet:cõtrariis autem primis hæc insunt. Quia nanque sunt prima: ideo non ex aliis sunt: quia uero contraria sunt:ideo non ex sese mutuo fiunt. Verum idipsum quo pacto sit & ratione consideremus oportet. Sumendum est igitur primum:non quiduis eorum quæ sunt in quoduis agere:neque quoduis pati a quouis aptum esse:neque ex quibuscunque quiduis fieri: nisi quis per accidens sumpserit. Quo nanque pacto fiet album uel nigrum ex musico:nisi albo uel nigro sit accidens musicum. Sed album quidem fit e non albo atque ex hoc non quouis: sed e nigro uel aliquo mediorum. Musicum autem e non musico: atque ex hoc non quouis: sed ex immusico uel e medio: si aliquid inter ipsa medium est. Neque rursus in quoduis primum unumquodque corrumpitur. Velut album:non in musicum:nisi idipsum nonnunq̃ accidat. sed in non album corrumpitur:atque in hoc non quoduis: sed in nigrum: aut in medium. Eodem modo musicum etiam in non musicum: atq; in hoc non quoduis: sed in immusicũ uel in medium: si quid inter ipsa medium sit corrumpitur. Similiter fit & in cæteris. Nã & ea quæ non simplicia sed composita sunt: eandem subeunt rationem. Sed latet idipsum ex eo quia dispositiones oppositæ nominibus carent. Etenim omne constructum ex inconstructo:atq; inconstructum e cõstructo fiat necesse est. Constructum etiam in inconstructum: & in ipsum non quoduis: sed in oppositum necesse est corrumpatur. Nihil autẽ interesse: siue i cõstructione siue in ordine siue i cõpositiõe hæc ipsa dicã

tur. Patet enim eandem rationem in cunctis esse: atque domum statuam: & quoduis aliud similiter fieri. Domus enim ex non compositis sed hoc modo diuisis: & statua figuratorumque quoduis e non sic figurato confici fierique uidetur. Atq; hæc partim ordine: partim compositione constant. Si igitur hæc uera sunt: omne quod fit e contrario ꝑfecto aut e medio fit: & omne quod corrumpitur in contrarium corrumpitur uel in mediū. Media uero sunt ex contrariis: ceu colores ex albo & nigro. Quare omnia quæ natura fiunt aut contraria aut ex contrariis sunt. Plurimi igitur & cæterorum hucusq; profecti pene consentiunt: quemadmodum diximus antea. Nam omnes elementa & ea quæ ab ipsis principiam nuncupantur: quãq̃ sine ratione tamen contraria ponunt: quasi ab ipsa ueritate compulsi. Differunt tamen quia quidam propria: quidam posteriora: & alii ratione: alii sensu notiora accipiunt. Quidam enim calidum frigidumque. Quidam humidum atq; siccum. Alii par & impar. Nonnulli concordiamue causas generationis esse dixerunt. Hæc autem inter sese dicto differunt modo. Quare eadem quodammodo diuersa quoq; dicunt. Diuersa quidem: sicut & plurimis uidetur. Eadem aūt: similitudine rationis: ex eadem nãq; serie sumunt. Contrariorum enim alia continēt: alia continentur: hoc igitur pacto eodem modo diuersoque: & deterius: ac malius dicunt. Et quidam ratione: quidam sensu notiora sumunt: ut antea diximus. Etenim uniuersale q̃dem notius est ratione. Singulare autem sensu. Ratio nanque ipsius est uniuersalis: sensus uero particularis. Veluti magnum quidem & paruum ratione. Rarum autem & dēsum sensu sunt notiora. Patet igitur oportere contraria principia rerum esse.

Capitulum secundum.

Deinceps uero considerandum est: utrum duo an tria: an plura principia sint. Vnum enim principium esse non potest: quia non sunt ipsa contraria unum. Nec etiam infinita: quia id quod est sub scientiam sane non cadet. Vna quoq; contrarietas est in omni genere uno. Substantia uero genus est quoddam unum. Et quia generatio ex finitis fieri potest: atq; præstabilius est ex finitis: ut opinatur Empedocles: q̃ ex infinitis fieri generationem existimare. Cuncta enim quæ ad generandas res pertinent: ex finitis: perinde atque anaxagoras ex infinitis reddere putat. Præterea aliis alia priora contraria sunt: & ex aliis alia fiunt: ceu dulce: & amarum: & album: & nigrum. Principia uero man e re emper oportet. Ex his igitur neque unum: neque infinita principia esse constat. Cum autem sint finita non facere duo solum: rationem aliquam habet. Dubitauerit enim non incongrue quispiam: quonam pacto densitas apta est facere raritatem: aut raritas densitatem: & alia quæuis contrarietas simili modo. Non enim concordia discordiam: neque econtra discordia concordiam congregat: & aliquid facit ex ipsa: sed aliud quid tertium ambæ. Atqui sunt qui plura etiam sumunt: ex quibus eorum quæ sunt naturam conficiunt. Insuper & id quispiam dubitauerit nisi quispiam aliam quandam contrariis naturam subiecerit. Nullius enim eorum quæ sunt substantiam contrariam esse uidemus: principrium autem de nullo subiecto dicatur oportet. Alioquin principii principium erit. Subiectum enim principium & prius prædicato esse uidetur. Præterea substantiam non esse contrariam substantiæ dicimus. Quonam igitur pacto substantia ex non substantiis aut non substantia substantia prius erit. Quamobrem necesse est eum qui priorem atq; hanc rationē ueram esse existimauerit. Ei ambas seruare uoluerit. Tertium aliquod contrariis ipsis subiicere: quemadmodum dicunt ii qui solam unā quandam naturam uniuersum asserūt eē: ut aquā: aut ignē: aut medium quod inter hæc collocarunt.

Atq̧ uidetur ipsum mediũ magis. Nam ignis:terra :aer:& aqua:cum contrarietatibus sunt annexa. Iccirco nõ sine rõne agunt qui subiectũ ipsum aliud ab his faciunt. Cætero rũ aũt quidam aerẽ ponunt. Aer enim minime respectu cæterorũ differentias sensibiles habet:atq̧ hunc sequit̃ aqua. Verũ enim oẽs hoc unũ in figuras cõtrariis uertunt:dẽ sitate inquã raritateq̧. & intensione:remissioneue: quæ quidẽ excessus oino: defectusq̧ sunt.ut antea diximus. Hæc ẽt opinio uetus quædam eẽ uidet̃. Vnũ inquã & excessum atq̧ defectũ principia rerũ esse. Attamẽ non eodẽ mõ. Sed prisci duo quidẽ agere:unũ autẽ pati dicebant. At posteriorũ quidã econtra. Vnũ quidẽ agere:duo uero pati potius asserunt. Tria igit̃ elementa rerũ esse putare:ex his & istiusmodi aliis aiaduersis:uide bitur aliquam rõnem habere:sicut antea diximus. Sed tribus ponere plura nullã. Ad pa tiendũ enim sufficiens est unum ipsum. Si uero quatuor contrariis sumptis:duæ contra rietates ponantur:utrisq̧ seorsum alia quædam natura media subiiciat̃ oportet. Quod si ex sese uicissim generare possunt:superuacanea nimirum altera contrarietas erit. Et insup fieri nequit:ut primæ cõtrarietates sint plures. Substantia nãq̧ unũ quoddã ẽ genus eius quod est:ut patet. Quare nõ genere. Sed antecedendo sequendoue dumtaxat iter sese principia different. Semper enim una est contrarietas in genere uno atq̧ oẽs contra rietates ad unum reduci uidentur. Patet igitur neq̧ unũ elementũ neq̧ plura duobus uel tribus esse. Horum autẽ utrũ sit asserendũ:magnam dubitationem nimirum habet.

Capitulum tertium.



Oc igitur mõ nos dicimus primo de omni generatione simpliciter pertractantes. Est enim naturæ accomodatum primum communia dicere:deinde ea quæ circa unum quodq̧ sunt propria contemplari. Nam quippiam e quopiã: ac aliud ex alio fieri dicimus: aut simplicia dicentes aut composita. Dico autem hoc pacto. Fit enim hõ musicus:& nõ musicus:musicus:aut nõ musicus homo musicus:homo. Simplex itaque dico ipsum fiens: hominem inquam:& non musicum:& id etiam quod fit:id est musicum. Compositum uero: & id quod fit:& ipsum fiens etiam cum non mu sicum hominem musicum hominem fieri dicimus. Horũ autem alterũ:non solum hoc aliquid:sed etiam ex hoc fieri dicitur. ceu:e non musico musicus. Alterum non hoc i om nibus dicitur modo. Nõ enim ex homine musicus:sed homo fit musicus dicitur. At uero eorum quæ ut simplicia fieri dicimus: alterum permanens fit:alterum non perma nens. Nam homo quidem permanet: cum fit musicus homo. Non musicum autem & immusicum:neque simplex neque compositum permanet. Quæ cum ita sint:hoc est ex omnibus quæ fiunt accipiendum:siquis inspexerit:uti diximus aliquid semper subii ci oportere:ipsum inquam:fiẽs. Quod & si numero unũ est:non tamẽ est specie unum. Atq̧ pro eodẽ accipio:specie rationeq̧ differre. Nõ est enim eadem hominis & imusici ratio:atq̧ alterum permanet. Id enim quod non opponit̃ permanet homo nãq̧ perma net. Non musicũ aũt & immusicũ non permanet:neq̧ id quod est utrisq̧ componit̃:ue lut imusicus homo. At uero quippiã e quopiã & nõ hoc fieri:i iisce magis dicit̃ q̃ nõ permanẽt ceu ex imusico fieri musicũ dicit̃. Ex hoie uero nõ dicit̃. Verũ & in iisce quæ permanẽt: interdũ eodẽ dicit̃ modo. Ex ære nãq̧ statuam:nõ æs:statuam fieri dicimus. In eo tamẽ quod opponitur & non permanet utroq̧ dicitur mõ:& ex hoc fieri hoc:ut ex musico musicus:& hoc fieri hoc:uelut imusicus musicus. Iccirco & i composito similiter dicitur. Ex imusico nãq̧ hoie: atq̧ imusicus homo musicus homo fieri dicitur. Cum aũt fieri multis modis dicatur: & quædam non absolute fieri sed hoc aliquid fieri: Quæ dam simpliciter fieri dicantur:quod quidem solis substãtiis cõpetit. In cæteris quidẽ pa-

tet aliquid ipsum inquã fiés necessario subiici. Nam & quantum: & quale: & ad aliquid & quãdo: & ubi: fit: aliqua re subiecta. Propterea quod substantia sola de nullo subiecto dicitur alio: cætera autem uniuersa de substantia ipsa dicuntur. At substantiam etiam & quæcũque alia simpliciter sunt: ex subiecto fieri aliquo: patefiet sane diligenter consideranti. Semper enim est aliquid quod subiicitur: ex quo generatur id quod fit. Plantæ nãque, & animalia ex semine fiunt. Q ue autem simpliciter: quædam transfiguratione fiunt: ut statua: quædam additione: ut ea quæ incrementa suscipiunt: quædam ablatione: ut e lapide mercurius: quædam compositione: ut domus. quædam alteratione: ut ea quæ uertunt materia. Atq; patet. ex subiectis omnia fieri: quæ hoc pacto fiũt. Q uare patet ex dictis: omne quod fit semper compositum eẽ. Atq; est quidem aliquid quod fit: est autem aliquid quod istud fit. Et hoc est duplex. Est eni aut subiectum aut oppositum. Atque opponi quidem immusicum subiici autem hominem dico. Et uacuitatem quidem figuræ & informitatem: uel inordinationem oppositum: æs autem lapidem au rũque subictum. Si igitur eorum que natura constant causæ atque principia sunt: ex quibus primis constant ac facta sunt non per accidens: sed unumquodque id quod per substantiam dicitur: patet omnia fieri ex subiecto ac forma. Musicus enim homo: ex homine quodammodo musicoue componitur. Rationes enim in illorum rationes dissolues. Vniuersa igitur quæ fiunt ex iisce porro fieri patet. Atqui subiectum ipsum: numero quidem est unum: ratione autem duo. Homo nanque & aurum ac omnino materia numerabile est. Est enim hoc aliquid magis: atque id quod fit: non per accidens est: & ipso gignitur. At priuatio ipsum inquam oppositum: accidens est forma autem. est unum. Vt ordo: uel musica: uel eorum aliquid quæ simili modo dicunt. Q uapropter ipsa principia: tum duo: tum triã dicenda sunt: & tum contraria. Veluti quispiam dicat musicum & immusicum: aut calidum & frigidum: aut constructum & inconstructum. Tum non contraria. fieri enim non potest ut mutuo contraria patientur. Soluitur autem & hoc: quia aliud est ipsum subiectum. Hoc enim non est ut patet contrarium. Q uare principia neque plura contrariis quodammodo sunt: sed duo (ut ita dicam numero: neque rursus pœnitus duo: quia ipsorum ratio est diuersa: sed tria. Diuersa enim est hominis ratio: & immusici & uacantis figura & æris. Q uot igitur principia sunt naturalium rerum quibus generatio competit. Et quonam modo sunt tot satis iam explicauimus. Atque patet aliquid ipsis contrariis subiici oportere: & contraria duo esse. Modo autem quodam alio nõ necessarium esse. Erit enim sufficiens contrariorum alterum ad faciendam absentia presentiaque sui mutationem

Tractatus tertii. Capitulum primum.

NAtura autem ea quæ subiicitur: similitudine rationis sub scientiam cadit. Nã ut ad statuã es aut ad lecticam lignũ: aut ad aliquid aliud eorum quæ formam habẽt materies atq; iforme sese habet anteq̃ suscipiat formã: sic ad substantiã: & hoc aliquid atq; id quod est hæc sese habere uidetur. Vnũ igit' hæc pricipiũ est. Non tamẽ est unum: neque ens: peride atq; hoc aliquid. Vnũ etiã pricipiũ ẽ ratio & isuper id qđ est contrarium huic ipsa ipsa iquam priuatio. Hæc autem quonã pacto duo sunt atq; plura: paulo antea diximus. Primũ igit' dictũ est: cõtraria solũ pricipia eẽ. Deinde necessarium esse quoddam etiam aliud subiici: triaq; esse. Ex iisce uero quæ nunc diximus patet quænam est differentia contrariorum: & quomodo principia se habent: & quid est ipsum subiectũ. Sed utrum forma substantia sit an subiectũ: nondum emersit. Patet tamen tria principia rerum esse: & quonam pacto: atq; quis ipsorum sit modus

Quot igitur & quæ sint pricipia rerum ex iisce quæ diximus sit perspectũ. Post hæc autem & dubitationẽ ueterũ unice hoc pacto solui dicamus. Primi nanq; philosophi ueritatem atq; naturã eorũ quæ sunt quærentes: exorbitarunt quasi ad aliã uiã quãdã a ruditate depulsi. Atq; asserunt: neq; fieri quicq eorum quæ sunt: neq; corrũpi: propterea quod necesse est quidẽ omne quod fit: aut ex ente aut e nõ ente fieri generariq;. Neutrũ aũt esse põt. Neq; enim fit id quod est. Iam enim est: & ex nõ ente nihil fieri põt. Aliquid enim subiiciatur oportet. Atq; hoc pacto id qd' deinceps accidit augentes: neque multa iquiunt esse. Sed solũ ipsum qd' est. Illi igit' ob ea quæ dicta sunt: hãc habuerunt opinionẽ. Nos aũt uno qdem mõ: nihil inter hæc dicimus interesse: ex ente inq aut e nõ ente fieri: & id qd' nõ est aut quod est agere quippiã aut pati: aut quoduis hoc fieri: & medicũ agere quippiã aut pati: aut e medico aliquid esse aut oriri. Quare cũ id dicatur dupliciter: patet & ex ente fieri: aut id quod est agere: aut pati: duobus modis idẽtidem dici. Edificat igitur medicus: non est medicus: sed ut edificator. Et albus fit: nõ hoc sane quo medicus est: sed quo niger. Medetur autem & medicinam amittit: quo medicus est. Atq; cũ maxime ipsa medicum agere quippiam: aut pati dicamus: uel e medico fieri: si illud agat uel patiatur ut medicus: patet & hoc: e non ente inquã fieri id significare ut non ens est. Quod quidem cum non distinxissent illi: longe a ueritate semoti sunt: & ob ignorationem hanc adeo insuper ignorarunt: ut nihil fieri prorsus: neq; cæterorũ quicq esse arbitrarentur: sed omnem tollerent generationẽ. Nos aũt & ipsi dicimus nihil quidẽ fieri simpliciter ex non ente: tamen ex nõ ente per accidens fieri. Ex priuatione enim quæ est per se non ens: & quæ non inest fieri dicimus. Afficitur itaq; id admiratione. Ac impossibile esse uidetur: ex non ente fieri. Similiter aũt neq; ex eo qd' est: neq; id quod est fieri nisi per accidens. Sic aũt & hoc fieri dicimus eodẽ modo: ceu si animal ex animali fieret: & aliquod animal ex quopiã animal: ut si canis ex equo fieret. Etenim canis non solum ex animali quoddam sed ex animali etiam fiet. Sed non ut est animal: iam enim idipsum est. Si uero quippiam emersurum est animal: non per accidens non erit ex animali. Et si quid ens orietur: non ex ente: neq; e nõ ente fiet. Dictũ est enim quid significat e nõ ente fieri: eo nãq; pacto quo est nõ ens. Insuper neq; hoc eẽ inquam oẽ aut non esse tollimus. Is igitur unus est modus solutionis. Alius aũt est p potentiã atq; actũ. Dici aũt hæc possunt potentia atq; actu: hoc autẽ aliis in locis exacte magis determinauimus. Quare ut dicebamus dubitationes illæ soluuntur: ob q̃s quædam eorum quæ dicta sunt compulsi tollunt antiqui: ob hoc enim tantum exorbitarũt: ab ea uia: qua ad generationem corruptionemue atq; omnino mutationem accedetur. Hæc enim natura si uisa fuisset: omnem hanc ipsorum ignorationem utiq; dissoluisset:

Capitulum secundum.

IPsam igitur & alii quidam sed non sufficienter utiq; tetigere. Primũ enim ex non ente simpliciter aliquid fieri atq; oriri fatentur: ea sane ratione qua parmenidem recte dicere arbitrantur. Deinde si est una numero: & una solum potẽtia ipsis esse uidetur. Hoc autem plurimum sane differt. Nos enim materiam priuationemue: diuersa dicimus esse: atque materiam quidem: non ens esse per accidens priuationem uero per se censemus. Et illam quidem prope atque quodammodo substantiam: priuationem uero substantiam nullo modo esse asserimus. Ad illi: id quod nõ est: magnum paruumque similiter inquiunt esse: aut utrunq; simul: aut utrũq; seorsum. Quare modus hic trinitatis diuersus ab illo penitus est: hucusque nanq; pgressi sunt, ut aliquam naturam oportere subiici dicant: hanc tamen unam faciunt. Nam &

si quidā dualitatē facit magnū & paruū ipsam appellans:nihilominus tamē idē facit al teram enim despexit.Etenim materies quidē permanens:una cū forma causa est eorum quæ fiunt perinde ac mater.At cōtrarietatis altera pars:nec esse oino persæpe ei uidebit᷑: qui mēte ipsius maleficium intuet. Nā cū sit quoddam diuinū & bonū ac appetibile alterū ipsi cōtrarium esse dicimus:alterum suapte natura affectat:atq; appetit ipsum.Il lis aūt euenit ut cōtrariū iteritū appetat suū:& tamē fieri nequit ut aut forma seipsam ap petat:quippe cū nō idigeat sui:aut cūtrariū:cū cōtraria mutuo seipsa corrumpāt. Sed hoc est materia:perinde appetēs illud:atq; si fœmina marē & turpe appetat pulchrum. Verum non est p se sed per accidens turpe nec per se fœmina sed per accidens. At ue ro tum corrumpit᷑ atq; gignit᷑:tū neq; fit neq;corrumpit᷑.Nam ut est quidem id in quo per se corrumpitur.Id enim quod corrumpit᷑ in hoc est:ipsa inquam priuatio.At suapte potentia:nō per se.Sed nec occidat nec oriatur necesse est.Nam si gignit᷑:subiiciat᷑ aliqd primū oportet: ex quo hoc pacto nascet᷑:ut insit i ipsa:hoc aūt est ipsius natura.Quare fit ut sit antea q̄ sit orta.Etenim materiam.Id dico:quod primum est uniuscuiusq; subie ctū equo qppiā eo fit pacto:ut nō per accidēs insit.Si corrumpit᷑:ad hoc ultimū sane p̄ ficiscetur.Quare erit corrupta anteq̄ sit corrupta. De principio uero formali:utrum unū sit an plura:& quodnā sit:aut quæ sint primæ philosophiæ diligenter exquisiteq; officiū est determinare ac pertractare.Quare hæc contemplatio illo in tpe reseruetur. De naturalibus uero formis quæ oriūtur ac accidūt: in hisce quæ posteris ostendentur dicemus ac pertractabimus.Hoc igitur pacto sint hæc a nobis determinata principia in quam eē:& quæ nā:& quot numero sint. Rursus autē alio principio sumpto dicamus.

Aristo.De naturali auscultatione.Liber secundus.

Capitulum primum.



Orū quæ sunt q̄dā sunt natura:quædā ob alias causas.Natura qdē sunt aīalia ptesq; ipsoꝝ:& plātæ:& simplicia corpora. Vt terra ignis aer & aqua.Hæc.n.& huiuscemodi res natura di cimus eē. Omnia aūt quæ dicta sunt ab hisce quæ non natura cōstant differre uidētur.Nā ea quidē quæ natura cōstant:prin cipiū i seipsis uniuersa motus statusue.Partim eius qui loco ac comodat᷑ ptim accretiōis decretiōisue: ptim alteratiōis hre ui dent᷑ At læctica uestis:& quicquid sit aliud similis generis: quo quidem huiuscemodi nominibus appellantur:atq; ab ar te sunt:hoc nullum pricipium mutationis insitū habēt. Quo uero ipsis accidit:ut sint lapidea:uel terrea:uel ex his mixta:eo motus quietisue pricipiū habent. Quæ cum ita sint:patet naturā principiū eē quoddam & causam:ut id mo ueatur atq; quiescat:in quo primo per se:& nō p accidēs inest.Dico aūt nō per accidens: quia sibiipsi qspiā medicus sanitatis causa fieri potest.Attamen non quo sanatur:eo me dicinā habet:sed accidit ut idē sit medicus subiēsq; sanationē.Quapropter & separant᷑ nōnunq̄.Similiter sese habet & unumquodq; cæterorū q̄ p artem efficiuntur.Nihil eni ipsorū effectionis in se pricipium habet.Sed quædam in aliis atq; extrinsecus habēt.Vt domus:& unūquodq; eoꝝ quæ manu cōficiunt᷑.Quædā in seipsis quidē id habent:nō tamen p se quæcūq; causæ per accidēs sibi fieri possunt.Id igit᷑ est natura quod dictū est

Naturā autem habent quæcūq; tale principiū habent atq; hæc omnia substātiæ sunt: subiectū enim quoddā & in subiecto est semper natura. Secundum uero naturā sunt & hæc ipsa: & etiam ea quæ hiscæ per se competunt. Vt igni fieri sursum. Hoc enim natura quidē nō est: neq; habet naturā: sed competit & est natura atq; secundum naturam.

Dictum est igitur qd est natura & quid id quod natura: atq; secūdū naturam est. Eniti aūt naturam esse ostendere: ridiculū est. Patet enim tales esse rerum complures. Ostendere uero ea quæ manifesta sunt p ea quæ non sunt manifesta: hominis est profecto qui neq; id qd' est per se notum: & id quod non est per se notū discernere. Atq; id fieri posse non est obscurum. Ratiocinabitur enim de coloribus quispiam ortus cæcus. Quare necesse est tales homines de nominibus loqui nihil autem intelligere.

Capitulum secundum.

NAtura aūt substantiaq; eo℞ quæ sunt natura: id quibusdam esse uidet' qd' primū cuilibet inest: informe p se. Veluti lecticæ quidem natura lignum: statuæ autem æs: cuius hoc signum antiphō esse dicebat. Nam si quispiam læcticam obruerit humo: uimq; putredo acceperit: ut germen emittat: non læctica: sed lignum inde emerget atq; pululabit. Propterea q; dispositio quidem quæ lege atq; arte conficitur: per accidens est. Substantia uero est illa est illa: quæ & continue dispositiones hascæ suscipiens permanet. Quod si cuilibet etiam isto℞ ad aliud quippiam hoc idē accidit: ut æri quidem: auroq; ad aquam: ossibus aūt atq; lignis ad terrā: cæterisq; similiter: patet illa naturam ipsorum atq; substantiā esse. Quapropter quidā terrā: quidā aquā: quidā ho℞ aliqua: quidam hæc oīa eo℞ quæ sunt naturam eē dixerūt. Quod enim qsque tale esse putauit siue unū siue plura: id totq; uniuersam substantiā esse dicit. Cætera uero cuncta affectus horū habitus ac dispositiones. Et horum quidē quoduis perpetuū esse. Nō enim ex sese mutationē ipsis cōpetere: cætera aūt infinities fieri atq; corrumpi. Vno igitur mō natura sic dr̄ prima cuiq; subiecta materies eo℞: quæ motus in se mutationisq; pricipiū habent. Alio uero mō ipsa forma & species quæ ratiōi accomodatur.

Nā ut ars dicit' quod secūdū artem extructum est: atq; artificiosum: sic & natura dicitur quod est secūdum naturā: & naturale. Atq; neq; illud habere quicq̄ secūdū artē: ut artē esse dicimus si ælectica potētia tantū est: nondū aūt habet formam læcticæ: neq; in hisce quæ constant natura. Quod enim ē potētia caro uel os: id nōdū habet suā naturā: anteq̄ accipiat formā quæ ad rōnē accomodat': quā assigātes: qd ē os dicimus: aut caro: neq; constat natura. Quare alio mō natura forma & spēs est eo℞: quæ in seipsis motus principium habent quæ quidē non est separabilis nisi rōne dūtaxat. Id aūt quod ex his est compositū naturā quidē nō est sed est & cōstat natura ut homo: atq; natura magis est q̄ materies. Vnumquodq; enim tum magis dicitur cum est actu q̄ cū potentia.

Præterea ex hoīe nascitur hō: sed non e læctica læctica. Quapropter & iquiūt non figuram esse naturam: sed lignum: quia fiet si pululabit nō læctica sed lignum. Quod si ita est: & ipsa forma est profecto natura fit enim ex homine homo. Insuper ea natura q̄ ut generatio dicitur uia est ad naturam. Non enim ut medicatio non ad medicinam: sed ad sanitatem dicitur uia: medicationem enim a medicina non ad medicinam esse necesse est: sic ad naturam sese habet natura. Sed id quod nascitur: ex quodam ad quoddam ut nascitur proficiscit'. At quod igitur proficiscēdo nascitur. Nempe non ad id ex quo fit ꝑfectio. Forma igitur est natura: forma autem atq; natura dupliciter dicitur: ipsa nanque priuatio forma quodammodo est. Si uero sit priuatio: & contrarium aliquod circa simplicem generationem nec ne: posterius considerare oportet.

Tractatus secundi. Capitulum primum.


Vm autem determinatum sit quot modis natura dicitur: post hæc cõtemplã dum est: quo mathematicus a naturali philosopho differt. Nam corpora naturalia superficies habent solida longitudines atq; puncta: de quibus considerat mathematicus. Et insuper si astrologia diuersa sit facultas: an pars scientiæ naturalis. Etenim si ad naturalem philosophum spectet: quidnam sit sol: aut quid luna scire. Nullum autem eorum affectuum qui per se illis competit ad eundem scire pertineat: absurdum est sane. Præterea uidentur ii qui de natura loquuntur: & de solis ac lunæ figura dicere: & utrum terra mundusue rotundus sit an non sit: considerare ac pertractare. De his igitur & ipse mathematicus tractat: sed non ut est quodque naturalis corporis finis. Nec hoc accidentia cõtemplatur: quo talibus accidunt. Quapropter & separat. Mente nanque a motu separabilia sunt nihilque interest. Neque cum separãt efficitur falsum.

Latent autem id agentes: & ii qui dicunt ideas esse. Naturales enim separant formas quæ minus separabiles sunt: q̃ mathematicæ formæ. Quod quidem ita esse patebit si quispiam utrorumque diffinitiones ipsarum inquam formarum naturalium & accidentium dicere enitatur. Etenim par quidem & impar: rectum & curuum: numerus insuper linea atque figura sine motu nimirum diffinientur. At carnis ossis ac hominis diffinitio sine ipso non erit. Sed hæc perinde atque nasus simus: sed non ut curuum concauumq; dicuntur. Hoc idem indicant & mathematicarum facultatum hæc quæ magis sunt naturales. Vt perspectiua: Musica: & Astrologia. Nam contra quodammodo sese habẽt atque geometria. Geometria nanque de naturali quidem linea contemplatur: sed non ut est naturalis: Perspectiua uero mathematicam quidem consideret lineam. At non ut est mathematica: sed ut est naturalis.

Capitulum secuudum.


Vm autem natura sit duplex materia atque forma: res naturales perinde contemplemur oportet: atque si de simitate quidnam sit consideremus. Quare neque sine materia: neque sine ratione materiæ res huiuscemodi considerandæ esse uidentur. Nam & de hoc ipso quispiam dubitauerit. cum duæ sint naturæ: de utra considerare ad naturalem philosophum pertinet: an de eo quod ex utrisque componitur. Quod si de ipso: & de utraque contemplari ad eundem utique spectas. Vtrũ igitur eiusdem sit facultatis an diuersarum utrãque cognoscere. Nam respicienti quidem ad ueteres: materiei cognitio ad ipsum uidebitur pertinere. Perparum enim Empedocles & Democritus formam quiditatemque tetigerunt. At si ars imitatur naturã: eiusdem autem scientiæ est formam atque materiam usque ad terminum quandam cognoscere: ueluti medici sanitatem: & bilem atque pituitam in quibus est sanitas: & edificatoris similiter formam ipsius domus atque materiam: lateres inquam ac ligna: & cæterorum eodem modo: naturalis etiam facultatis erit profecto utrasque naturas cognoscere. Præterea facultatis einsdem est: id gratia cuius finemque: & ea quæ horum gratia sunt cognoscere. At natura finis est & id cuius gratia. Quorum nãq; motionis: si sit continua: finis aliquis est: eoꝝ is: ultimum ẽ: & id cuius gratia. Quapropter & poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam afferẽdam. Extremum ob quod natus erat fatumq; petiuit. Non enim quoduis ultimum finis est: sed id quod est optimũ.

Artes præterea materiam faciunt: Quædam simpliciter: quædam aptam idoneãq; ad opus. Et utimur quia omnia sunt gratia nostri: Sumus enim & nos quodammodo

finis.Id enim cuius gratia cætera sunt dupliciter dicitur:ut in philosophia distinximus.

Duæ igitur dominæ sunt materiei cognoscẽtesque artes:ea quæ utitur & ea quæ præest faciendorum operum facultati:ipsa iquam architectura.Quapropter & ea quæ utitur:architectura quod uno modo est.Sed hoc inter est altera nanq; formam cognoscit:altera materiam facit.Nam gubernator quidem qualis est forma claui cognoscit ac iubet. At architectus extruendæ nauis:quali ex ligno:& qualibus ex motibus erit. In iis igitur quæ per artem conficiuntur nos operis extruendi causa materiam facimus.In naturalibus autem est. Insuper materies est eorum quæ sunt ad aliquid.Alia enim ad aliam ẽ formam accomodata. At quousque naturalem philosophum formam & ipsum quid ẽ scire oportet.An ut medicum neruum:uel fabrum æs:usque ad quendam terminum cõsiderare oportet.Alicuius nanq; gratia est unaquæq;:& circa eas uersari quæ separabiles quidem sunt ratione:in materia autem sunt. Homo nanq; generat hominem atque sol. Quo uero modo sese habeat separabilis forma & quidnam sit:philosophiæ primæ officium eq; determinare ac pertractare.

Tractatus tertii. Capitulum primum.

Determinatis autem hisce considerandum est de causis quales & quot sint numero.Nam cum hæc pertractatio sciendi sit causa:scire autem unumquodque nõ prius putemus:q̃ circa unumquodque propter quid est capiamus id quod sit primam accipere causam.Patet & a nobis hoc esse agẽdum:& de generatione corruptio neue:& de omni naturali mutatione: ut ipsarum perceptis principiis:ad ipsa quodque eorum quæ quærimus reducere enitamur. Vno itaque modo causa dicitur id ex quo quippiam fit eo pacto:ut isit:ut æs statuæ:argentumque pateræ:& horum genera. Alio modo forma:atque exemplar:hæc est autem ratio quiditatis:& huius genera:uelut eius concentus qui sonos omnes complectitur:ipsa duorum ad unum ratio: atque omnino numerus partes itemque quæ in ratione sumuntur. Præterea id unde primum principium est mutationis aut quietis. Qualis est causa is qui consuluit:& pater filii: atque omnino quod efficit eius quod efficitur: & quod mutat eius quod mutatur.Insuper ut finis hic autem eq; cuius gratia cætera fiunt. Veluti deanbulandi sanitas: Cur enim deambulat interrogati:quo ualeat respondemus.Aque si hoc pacto dixerimus:reddidisse causam arbitramur. Et quæcunq; alio mouente inter ipsum & finem fiunt:ut inter medicũ sanitatemque macies:aut purgatio:aut instrumenta. Vniuersa enim hæc ipsius finis gratia sunt:inter sese autem differunt.Alia nanque sunt opera.Alia instrumenta. Causæ igitur tot fere modis dicuntur. Fit autem ut cum multipliciter causæ dicantur:multæ etiam eiusdem sint non per accidens causæ:ceu statuæ:& statuaria ars: & æs: non per aliud quicquam:sed ut statua est.At non eodem modo:sed æs quidem ut materia:ars autem ut id a quo motio proficiscitur. Sunt præterea quæ sibi sunt mutuo causæ:ut exercitium bonæ habitudinis:& hæc exercitii. At non eodem modo: sed hæc ut finis: illud ut principium motus.Idem insuper contrariorum est causa.Quod enim præsens causa cuiuspiam est:id & absens nonnunquã causam esse contrarii dicimus: Vt gubernatoris absentiam subuersionis nauis:cuius præsentia causa erat salutis. Vniuersæ autem nũc dictæ causæ:quatuor in genera manifestissima cadunt.Elementa nãq; syllabarum:Materies conficiendorum operum arte:Ignis & talia:corporum partes totius:suppositiones denique conclusionis:ut id ex quo fit aliquid:causæ sunt.Atque horum quædam sunt ut subiectum ueluti partes.Quædam ut quiditas.Totum iquam compositio atq; forma. At semen medicus quiq; consuluit & omnino efficiens:omnia sunt causæ: unde est mutationis

tationis principium uel quietis uel motus. Quædam autẽ causæ sunt: ut finis bonũq; cæterorum. Id enim gratia cuius cætera fiunt: optimum esse solet: ac finis illorum. Intersit autem nihil bonum ipsum au apparens bonũ dicatur. Tales igitur atq; tot causæ specie esse uidentur.

Capitulum secundum

Modi autem causarum numero quidem sunt multi. Si in capita uero redigantur & ipsi pauciores euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter: & ipsarum quæ sunt eiusdem generis: alią prior: alia & posterior: ut sanitatis medicus: atque artifex: & concentus eius qui omnes sonos complectitur: duplum ac numerus: & semper ex quæ continent ad eas quæ sunt singulares. Præterea ut accidens & huius gratia. Vt statuæ alio modo polycretus: alio statuarius. Accidit enim statuario ut sit polycretus. Et ea etiam quæ continent accidens. Veluti si homo sit causa statuæ: aut omnino animal. Sunt autem & accidentiũ alia remotiora aliis atq; propinquiora: ceu si albus ac musicus causa statuæ dicerentur. Præter aũt oẽs quæ accomodate dicuntur & quæ per accidens: aliæ ut potentes aliæ ut operãtes dicũtur: Velut ut extruatur domus: ædificator causa dicitur: aut edificans ædificator. Similiter: & in hisce dicetur: quorum causæ sunt ipsæ causæ ut huius statuæ: aut statuæ aut omnino imaginis & æris huiusce: aut æris aut omnino materiæ. Et in accidentibus simili modo. Præterea: & hæc coniuncta ac illæ dicentur. Veluti nõ polycretus neq; statuarius: sed statuarius polycretus. Attamen hæc omnia multitudine quidem sunt sex. Dupliciter autem dicuntur. Nam aut ut singulare: aut ut genus accidentis: aut ut coniũcta hæc: aut ut seiuncta dicuntur: & insuper omnia aut potentia aut actu. Interest autem tantũ. Causæ enim actu & singulares: & ea quorum sunt causæ simul sunt & non sunt. Vt hic qui medetur cum hoc qui sanatur: & hic qui ædificat cũ hoc quod ædificat. Sed quæ sunt potentia: nõ semp: nõ.n. simul domus & ædificator corrũpit. Oportet aũt semper causam quærere summam quemadmodum & in cæteris. Velut hõ ædificat: quia est ædificator. At ædificator est per artem ædificandi. Hæc igitur prior est causa: & in omnibus simili modo. Præterea generum quidem genera singularium uero singularia dicenda sunt causæ: ceu statuarius quidem statuæ: hic autem huius: & potẽtia quidem causæ: effectum potentia: actu autem effectum actu. Quot igitur sint causæ & quomodo sunt causæ. satis sit a nobis determinatum.

Tractatus quarti. Capitulum primum.

Fortuna etiam & casus de numero causarum esse dicuntur: multaque esse & fieri ob fortunam & casum. Considerandum est igitur quomodo sunt in his causis fortuna & casus: & utrum idem sint an diuersa: atque omnino quid nam sit fortuna & casus. Quidam enim & sint: nec ne dubitant. Nihil enim a fortuna fieri dicunt: Sed omnium definitam quandam causam esse: quæ fieri dicimus a casu: aut fortuna: ceu profectionis a fortuna cuiuspiam ad forum: inuentionisque eius quem uolebat quidem: non putabat autem inuenire: causam hoc aiunt esse: illum inquam profectum illuc emere quippiam uelle. Similiter & in cæteris quæ a fortuna prouenire dicuntur: semper causam quandã inquiunt esse quam sumere licet: sed non fortuitam. Quod si quippiam esset fortuna: absurdum sane uidebitur & dubitabit non iniuria quispia: cur nam sapientum antiquorum nemo causas generationis corruptioni sue dicens: de fortuna quicq̃ determinauit. Sed ut uidetur: nec illi quicq̃ eẽ a fortuna putabant. Verum & hoc mirabile est. Multa nanq; sunt: & fiunt a fortu-

na & casu. Quorum quodq; non ignorantes reduci posse ad aliquam causam: ut ille sermo antiquus dixit: qui fortunam exterminat: Illorum tamen omnes alia a fortuna: alia non a fortuna fieri dicunt. Quapropter & mentionem aliquam ipsius illos facere oportebat. At uero neq; quicq illorum: ut concordiam aut discordiam: aut ignem aut mentem: aut aliquid aliud huiuscemodi fortunam esse arbitrabantur. Absurdum igitur est: siue non esse putauerunt: siue putantes esse omiserunt præsertim cum interdum utantur. Vt Empedocles non semper aerem supra inquiens segregari: sed ut forte accidit. Dicit enim cum de mundi loquitur extructione: sit tunc huic curreti fortuito contigit: sæpe autem alio modo: partes quoq; animalium plurimas ortas fortuna fuisse dicit. Sunt etiam qui & huiusce cœli cæterorumq; cœlorum omniũ casum esse causam asserunt. Nam a casu conuersionem motionemue fieri dicunt: quæ quidem distinxit: & in hunc ordinem redegit atq; constituit uniuersum. Hoc etiam ipsum ualde dignum est admiratione. Nam animalia quidem & plantas neq; esse: neq; fieri a fortuna dicunt: sed aut naturam: aut mentem: aut aliquid aliud tale: causam ipsorum asserunt esse: non enim ex cuiusq; semine quoduis nascitur: sed ex tali quidem olea: ex tali autem homo. Cœlum uero & diuinissima sensibilium casu orta fuisse asserunt: nullamq; ipsorum talem causam esse qualem animaliũ: atq; plãtarum inquiũt eẽ. Atq; hoc ipsum si ita sese habeat consideratione est dignum. beneque sese habet: si aliquid de hoc ipso dicatur: Et alio nanq; modo absurdum est id quod dicitur: & insuper absurdius est hæc illos dicere: in cœlo quidem nihil a casu fieri: In iis autem e quibus fortunam exterminant: multa ab ipsa prouenire uidentes: quod tamen contra fieri conueniens erat. Sunt autem quidam quibus fortuna causa quidem esse: obscura tamen humanæ menti uidetur: ut diuinum quoddam atq; excellens. Quare quidnam utrũq; sit: fortuna inquam & casus: & si idem sint an diuersa: & quomodo in eas causas q̃s definiuimus cadant consideremus oportet.

Capitulum secundum.



Rimum itaque cum uidemus alia semper eodẽ fieri modo: alia plærunque: patet horum neutri fortunam causam dici. Neque id quod a fortuna proficiscitur: aut ex iis esse: quæ necessario semperq;: aut ex hisce quæ plærunque sæpeque fiunt. Sed cum quædam etiam præter hæc fiant: atque hæc omnes a fortuna proficisci dicant: perspicuum est fortunam atque casum aliquid esse. Nam & ea quæ talia sunt a fortuna esse: & ea quæ a fortuna sunt: talia esse scimus. Eorum autẽ quæ fiunt: alia fiunt: alia non fiunt gratia alicuius. Et horum alia per electionem fiũt: alia non per electionem. Ambo autem in hisce sunt: quæ alicuius gratia fiunt. Quare patet & in hisce quæ nõ necessario: neq; plærumq; fiunt esse aliqua circa quæ potest id esse quod alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia: quæ a mẽte agi possunt: & q̃ a natura. Talia igitur cum per accidens fiunt: a fortuna dicimus esse. Nam ut ens aliud per se: aliud per accidens est: sic & causa esse potest. Vt domus per se quidem causa est ædificatiuum: per accidens autem musicum: aut album. Ea igitur causa quæ est per se definita est: ea uero quæ est per accidens indefinita. Vni nanq; infinita accidere possunt. Vt igitur dictum est: cum in hisce quæ alicuius gratia: fiunt id fit: tunc dicitur a casu fieri atq; fortuna. Horum autem ipsorum quam habent inter se differentiã posterius assignabimus. Nunc hoc pateat. ambo inquam in iis esse: quæ alicuius gratia sunt: ceu argenti recipiẽdi gratia uenisset accepturus illud si sciuisset. Venit autem non huiusce causa: sed accidit uenisse idq; fecisse recipiendi gratia: neq; plerunq;: neq; ne-

cessario proficiscentem ad locum : finis uero ipsa inquam acceptio: non est ex iis causis quæ sunt in ipso : sed ex hisce quæ sunt eligibilia atq; a mente & dicitur tunc a fortuna uenisse Quod si uenerit electione præmissa & huius gratia : aut semper frequentans aut plærunq; recipiens non dicitur a fortuna uenisse. Patet ergo fortunam causam esse per accidens in hisce quæ per electionem alicuius gratia fiũt. Quapropter circa idem mens fortunaq; uersatur:electio nanq; absq; mente non est. Indefinitas igitur causas eas esse necesse est:a quibus id fiet quod proficiscitur a fortuna. Vnde fortuna indefiniti causa esse uidetur : & immanifesta homini:atq; aliquo modo nihil a fortuna uidebitur proficisci. Hæc enim omnia recte dicuntur:quia rationi cõsentanea sunt. Nam aliqua quidem ex parte fit aliquid a fortuna:fit enim per accidẽs. Atq; ut accidens fortuna causa est. Absolute autem nihil. Velut ædium ædificator quidem est causa : per accidens autem modulator. Et ut profectus argentum recipiat non huiusce gratia profectus:infinitæ causæ multitudine esse possunt. Nam & uidere aliquem uolens : & persequens : & spectaturus ludos : & fugiens. Recte etiam fortuna præter rationem quid esse dicicitur. Ratio nanq; aut eorũ ẽ quæ sunt semper:aut eorũ quæ sunt plærunq;. At fortuna in iis est quæ præter hæc fiunt. Quare cum indefinita sint ea quæ hoc pacto sunt causæ : fortuna etiam indefininita nimirum est. Inquibusdam tamen quispiam dubitauerit : si quæuis eius quod a fortuna fit causæ fuerint nec ne. Vt sanitatis aut spiritus aut æstus:sed non capillorum remotio. Causarum enim per accidens aliæ propinquiores aliis sunt. Fortuna autem dicitur bona : cum bonum aliquod:mala cum aduersi quid euenit. Prosperitas uero fortunæ ac infortunium:cum illa sunt magna. Quapropter & cum parum defuit ut malum quispiam magnum aut bonum accipiat : infortunatum tum illum aut fortunatum dicimus esse: Propterea quod mens perinde dicit de illo atq; si esset Q d' enim parum deest: id quasi minime distare uidetur : insuper fortunæ prosperitas incerta non sine ratione dicitur esse. Nam ipsa fortuna increta est:impossibile est enim:aut semper aut plærunq; quicq̃ eorum esse quæ a fortuna proueniunt. Sunt igitur ambo casus inquam atq; fortuna per accidens uti diximus causæ:in hisce quæ non simpliciter neq; plærunq; fieri possunt:atq; horum in hisce:quæ alicuius gratia fiunt

Capitulum tertium.

[I]Nterest autem inter fortunam & casum : nam casus ad plura sese extendit. Et.n. quod a fortuna proficiscitur a casu etiam fit. Hoc autem non omne prouenit a fortuna. Fortuna nanque atque id cuius est effectrix fortuna: in iis est quæ fortunata possunt euadere & omnino quibus actio competit. Quapropter & necesse est circa ea fortunam esse quæ in actionem ueniunt cuius hoc inditium est:nam aut idem quod fœlicitas:aut prope esse uidetur. Fœlicitas autẽ actio quædam est. Est enim actio bona. Quare quæ agere nequeunt:ea nec a fortuna quicq̃ efficere possunt. Et propterea neq; inanimatum ullum:neq; belua:neq; puer quicq̃ efficit a fortuna:quoniam electionem non habet : neq; prosperitas hisce fortunæ : aut infortunium competit:nisi similitudine quadam:quemadmodum plutarchus fortunatos eos lapides dixit:e quibus extructæ sunt aræ quod honorantur. Et ii qui sunt eiusdem formæ calcantur. Pati autem a fortuna & hisce quodãmodo inerit. cum is qui agit aliquid circa ipsa fortuito aget. Alio uero modo non est. At casus:cæteris animalibus & inanimatis competit.. Dicimus enim equum casu uenisse : propterea quod euasit quidem profectus:non autem euadendi gratia uenit : & tripoda etiam cecidisse ca

su:stetit enim hoc modo ut sit sedes: sed non huiusce gratia cæcidit. Quare patet cum eorum aliquid quæ simpliciter alicuius gratia fiunt:non eius quod euenit gratia factũ est: cuius extra est causa:nos tunc casu quippiam fieri dicere:horum autem ea fortuna fieri quæ eligibiliũ casu fiunt in hiscæ quæ habent electionem. Signum autem ẽ ipsum frustra. Tunc enim dicitur:cum id quod est alicuius gratia:non est factum illius gratia:ceu si deambulatio egestionis est gratia:si non euenit ei qui deambulauit. frustra dicimus illum deambulasse:frustraq; deambulationem fuisse. Est enim id frustra: quod aptum est esse ob aliud: cum non efficit illud gratia cuius erat ac aptum erat. Nam si quispiam lauisse dixerit frustra:quia sol nõ deficit:rediculus utiq; erit.nõ enim hæc illius gratia erat. Ita casus nomine suo tũc dicitur:cum quippiã fit frustra. Est enim & tale nomen ipsius:quod ab hisce terminis cõstat:ipsum inquam & frustra.Cecidit enim non percutiendi gratia lapis:casu igitur ac frustra cecidit ipsæ lapis: quia cadere & ab aliquo proiiciente percutiendi causa potest. Maxime autem separatur id quod a fortuna fit in hisce quæ natura fiunt.Cum enim quippiam est effectum præter naturam:tum non a fortuna illud:sed a casu potius effectum fuisse dicimus.Est autem & hoc aliud:illius enim externa huius interna causa est. Quid igitur est casus & qd fortuna atq; quo pacto inter sese differunt satis iam diximus.

Capitulum quartum.

VTrunq; autem ipsorum ad modum eius reducitur cuasæ: unde est principium motus. & enim eorum aliquid quæ aut natura: aut mente aguntur: semper est causa: sed horum multitudo indefinita est. Quoniam autem casus atque fortuna causæ sunt eorum quorum aut mens aut natura fieri causæ possunt cum per accidens quippiam horum ipsorum fuerit causa:atq; nihil eoꝝ quæ sunt per accidens prius est hisce quæ sunt per se. Quare neq; per accidẽs causa p se causam antecedit. Casus nimirum atq; fortuna posterior & mẽte est & natura.Quare si quã maxime cœli casus ẽ causa: necesse est priorem mentem atq; naturam & aliorum multorum & huius uniuersi causam esse.

Capitulum quintum.

ESse autem causas & tot esse numero quot diximus patet. Tot enim questio propter quid sane complectitur. Nam ipsum propter quid: aut ad ipsum quid est reducitur ultimum in immobilibus: ceu in mathematicis. At recti enim: aut commensurabilis: aut ad cæterorum similium alicuius ultimo diffinitionem reducitur. Aut id quod primum mouit: ueluti propter quid bellum gesserunt:quia templum spoliarunt aut gratia cuius:ut imperium consequantur: aut materiam in hisce quæ fiunt:perspicuum igitur est has & tot causas esse. Cum autem q̃tuor causæ sint:de omnibus scire nimirũ ad naturalem philosophum pertinet: atq; ad omnes ipsum propter quid redigẽs ipsæ:materiam:formam:id quod mouit:& id gratia cuius naturaliter reddet ac assignabit.Tres autem in unum plærunq; accedunt. Ipsum enim quid est: & id gratia cuius unum sunt: ea uero unde primum effluit motus: specie cum hisce concurrit homo nanq; hominem generat. Et omnino quæcũq; motum subeuntes mouent. Quæ uero tales non sunt:eæ naturalis cõsiderationis nõ sunt. Non enim in seipsis habentes motum aut principium motus mouent. Sed immobiles mouẽt. Quapropter tres sunt tractatiões. Vna circa immobile. Alia circa id quod mouetur quidem:est autẽ expers corruptionis. Tertia circa ea quæ corruptibilia sunt. Quare ipsum propter quid a naturali philosopho & ad materiam: & formam:&

ad id quod primo mouit reducente ipsum assignatur ac reditur:de generatione enim maxime causas hoc modo considerant:quid post:quid sit:& quid primum fecit:aut quid passum est:& sic semper quod est deinceps. Principia autem ea quæ naturaliter mouent duplicia sunt:quorum alterum naturale non est: quippe cum non habeat in se principium motus. Atq; tale est si quid moueat & non moueatur:ut id quod est immobile penitus & quod est omnium primum. Et ipsum quid est:& forma:est enim finis & id gratia cuius cætera fiunt. Quare cum alicuius gratia natura faciat:& hanc scire oportet:& ipsum propter quid omnino reddendum est. Velut ex hoc necesse est hoc fieri. Ex hoc autem:aut simpliciter:aut plærunq;:& si hoc est emersurum.ut ex propositionibus ipsa conclusio. Et quia hoc erat quidditas ipsa. Et quia melius est hoc modo non simpliciter:sed ad subistantiam uniuscuiusq;.

Tractatus quinti. Capitulum primum.

DIcendum est igitur primo quidem naturam ex iis esse causis: quæ alicuius gratia faciunt. Deinde de necessario quomodo sese habet in naturalibus rebus. In hanc.n.causam omnes omnia redigunt. Nam ut inquiunt cum calidum & frigidum & unumquodq; talium suapte natura sit tale: hæc necessario sunt & fiunt ac apta sunt. Etenim si aliam causam dixerint:hic hic concordiam & discordiã :ille mentẽ:tangũt illã dũtaxat:deinde ualere sinũt. Existit autẽ dubitatio: quid nã ꝓhibet naturam non alicuius gratia facere:neq; quia sic est melius: sed perinde atq; iuppiter:nõ ut frumentũ augeat sed necessario pluit. Quod enim est eleuatum id frigefiat oportet:& quod frigefactũ est id aquã iam factũ descendat necesse est. Accidit aũt hoc pacto frumentum incrementa suscipere. Similiter & si cuiuspiã frumentũ pereat cũ est in aæra:non huiuscæ gratia pluit ut illud pereat:sed id accidit .quare quid ꝓhibet ptes etiã in natura sic se habere:ueluti dentes anteriores quidẽ acutos aptosq; ad diuidendũ: genuinos aũt latos atq; utiles ad cibũ terendũ necessario ortos fuisse. Nã non huiuscæ cã tales sunt orti:sed accidit. Eadẽ & de cæteris putãda sunt partibus:quæ alicuius gratia cõstare uident̃. In quibus igitur accidit ut omnes perinde sint ortæ: atq; si alicuius cã fierent:ea conseruata sunt a casu cõgrue constituta. In quibus aũt id nõ accidit:ea pierere ac perierũt ut empedocles dicit animantium ea quæ ex hominis partibus bouisq; cõstabant. Atq; rõ quidẽ qua quispiã dubitauerit hæc ẽ:& si qua sit alia similis. Impossibile aũt est hæc ita sese habere. hæc enim & oĩa quæ natura constant aut semp aut plerunq; sic fiunt.at nihil eorũ hoc pacto fit quæ a fortuna casuq; ꝓficiscũtur. Neq;.n.hieme crebro pluere fortuito casuq; uĩ: sed si id fiat cũ sol est sub cane. Sed si in hieme fiat. Quod si ea quæ fiũt:aut a casu:aut alicuius gratia fiũt:si impossibile est:hæc aut a fortuna esse.aut a casu:alicuius ꝑfecto gratia erũt. At uniuersa talia natura sunt: & ut ipsi dixerit qui hæc dicũt. Est igit̃ in hisce quæ natura fiunt:& sunt:id quod alicuius gratia fit. Præterea in quibus est aliqs finis:in iis & id quod prius :& id qđ deinceps agitur huiuscæ gratia agitur. Vt igitur agit̃ ita est aptũ agi: & ut est aptũ agi: sic unũquodq; nisi qd obstet agit̃. At alicuius gratia agit̃:Et aptũ est igit̃ illius gratia agi ueluti si domus:ex iis esset quæ natura fiũt:sic utiq; fieret:ut nũc ab arte cõficit̃. Quod si ea q̃ natura fiũt nõ solũ natura sed ẽt arte fierẽt:eodẽ conficerent̃ mõ quo apta sunt cõfici. Alterũ igit̃ alterius conficit̃ gratia. Atq; ars oĩno alia perficit:quæ natura neqt perficere:alia imitãdo naturam facit:si igit̃ ea quæ ab arte cõficiunt̃ alicuius cã fiũt: & ea ꝑfecto quæ natura fiũt alicuius gratia fieri cõstat. priora nãq; posterioraue similiter inter sese habẽt in hiscæ quæ arte:& in hisce q̃ natura cõficiunt̃. Maxie aũt idipsum i ani

malibus rõnis expertibus patet:quæ neq; arte:neq; discursione:neq; deliberatione faciunt:quapropter & sunt qui dubitãt: utrũ mente in alio quodã principio aranei formicæ cæteraq; istiusmodi aĩalia operenť: pcedenti ẽt ulterius & in plãtis ea quæ cõferant ad finẽ fieri hoc pacto uidenť. Veluti frõdes ob fructus tegẽdos. Quare si natura gratiaq; alicuius hirũdo nidulũ extruit:araneus araneã texit:plãtæ deniq; frõdes gratia tegendorũ fructuũ explicãt:radicesq; nõ sursum sed deorsum emittũt sumendi cã nutrimẽti:patet esse cãm talem in hisce quæ natura fiũt & constant. Atq; cũ natura sit duplex:altera quidẽ ut materies:altera aũt ut forma:& hæc sit finis:gratia uero finis cætera fiant:hæc ea est pfecto cã cuius cætera fiũt. Fit aũt & in hisce peccatũ quæ partes cõficiunť. Scripsit.n.grãmaticus nõ recte:& potionẽ medicus nõ recte porrexit. Quare patet & in hisce fieri posse quæ natura cõficiuntur. Quod si aliqua sunt in arte in q̃bus id quod recte fit alicuius efficitur gratia:in iis aũt quæ peccanť: gratia quidẽ alicuius ars aggrediť facere, sed non assequiť illud. Similiter & in naturalibus erit:& monstra peccata erunt illius quod alicuius gratia facit. Et in primis igiť cõpositionibus ea quæ partim ex hominis ptibus:partim ex bouis cõstabant: si nõ ad aliquẽ terminũ finemue poterãt peruenire:aliquo sane principio perinde atq; nunc semine labefactato corruptoue fiebãt. Præterea priꝰ semen necesse est oriať. Sed nõ aĩalia statim. Atq; ipsum congestũ quod primũ oriebať:semen nimirũ erat. Præterea in plantis ẽt ipsis id inest quod alicuius est gratia. Minus autẽ est distinctũ ac manifestũ: fiebant ne igitur ex bouis partibus ac hominis aĩalia:sic & ex uitis oleaq; partibus plãtæ: an nõ fiebãt: est enim absurdũ. At oportebat tamen:si in aĩaliũ genere illa fiebãt. Præterea & in seminibus quoduis sine ullo discrimine fieri oportere. Omnino aũt qui ita dicit:ea q̃ natura constãt:quæ a quodã:principio qđ est in ipsis cõtinue mouenť: atq; ad quẽdã pueniunt finẽ:ab unoquoq; aũt:nõ ad eũdẽ:neq; ad quemuis:attamen ad eundẽ semper nisi quid impedierit. At q̃ id cuius gratia fieri a fortũa ẽt possunt:ueluti dicimus hospitem forte fortuna uenisse:lotũq; abiisse:cum id egerit quasi gratia huiusce pfectus non huiusce aũt gratia uenerit. Hoc aũt est per accidens. Fortuna nãq; cã per accidẽs est:ut antea diximus. Sed cũ hoc semper fit:aut plærunq;:non per accidens: nec a fortuna dicimus esse. At in naturalibus sic semper si nihil impedierit fiunt. Absurdum aũt est alicuius gratia fieri nõ putare: si id quod mouet non uiderint deliberatione præmissa mouere. Nam & ars non deliberat. Etenim si in lignis extruendarũ nauium ars inesset:perinde atq; natura faceret nauim. Quare si id quod alicuius fit gratia fit in arte:& in natura profecto inest. Maxime autem hoc patet cum quispiam sibi ipsi medetur:huic enim per similis est natura. Quæ cũ ita sint:patet naturã causam esse: atq; ad eo ut alicuius gratia faciat.

Capitulum secundum.



Nunc considerandũ est utrũ necessariũ ipsum ex suppositione:an & simpliciter sit in ipsis rebus naturæ. Nũc enim ipsum necessariũ in generatione perinde esse arbitrantur:atq; si quispiam necessario domum extructam esse putaret:quia grauia quidem deorsum:leuia uero sursum suapte natura feruntur. Iccirco lapides quidem ac fundamẽta sunt infra:terra autẽ supra suã ob leuitatem & ligna maxime supra:quippe cum sint leuissima. At quãq̃ non sine his:non tamẽ propter hæc nisi ut ob materiam:sed celandi quædam cõseruandiq; causa extructa est domus. Similiter & in cæteris uniuersis in quibus est id quod alicuius gratia:fit non sunt quidem sine hisce quæ necessariã habẽt naturã:non tamẽ sunt ob hæc ipsa nisi ut ob materiam:

sed alicuius sunt gratia. Veluti ꝑpter quid serra est talis. Vt hoc & huiuscæ gratia sit: Hoc tamē gratia cuius est fieri nō pōt. si non ferrea sit. necesse est ergo ferreā esse: si serra: atq; opus ipsius erit. Est igitur necessarium ipsum ex suppositione: sed non ut finis. Nam necessarium quidem in materia: id uero gratia cuius est in ratione cōsistit. Est autem ipsum necessariū & in doctrinis: & in hiscæ quæ fiunt secundum naturam aliqua ex parte simili modo. Nam cum rectum hoc sit: necesse est triangulum tres angulos æquales duobus rectis habere. Sed non si hoc est: necesse est illud esse: sed si hoc non est: neq; rectum hoc est. At in hiscæ quæ alicuius gratia fiunt contra. Si finis erit: aut est: & id quod ē ante erit aut est. Si uero hoc nō erit: aut nō est ut ibi. Si non est cōclusio: pricipium non erit: sic & hic finis: & id gratia cuius est: nō erit: aut nō est. Est. n. & hoc principiū nō actionis sed cogitationis: ibi autem est cognitionis. Nō enim sunt actiones. Quare si erit domus. Hæc necesse est fieri: uel esse uel ēt fore: aut oīno materiā: quæ qdē alicuius est gratia. Veluti lateres: atq; lapides: si extruēda est domus: nō tamē ē ꝑpter hæc ipsæ finis: nisi ut ob materiā: oīno tamē si nō sint neq; domus fuerit: neq; serra ulla si nō sint lapides: hæc si ferrū non sit. Neq; enim ibi principia sunt: si nō triangulus tres habeat angulos duobus rectis æquales. Patet igiť necessariū in rebus esse naturæ: qď ut materia dr̄: & huius ēt motiones. Atq; ambæ quidē causæ dicendæ sunt a naturali philosopho. Magis aūt ea gratia cuius cætera fiunt: hæc est enim materiæ cā: sed nō hæc cā finis. Atq; finis ipsæ gratia cuius quiq; principiū est a diffinitione rōneq; sumitur: ut in hisce patet quæ per artē cōficiunt. Nā cū domus sit tale: hæc fieri necessario & esse oportet. Et cū sanitas sit hoc: hæc necessario fieri oportet ac eē. pari mō si hō ē hoc: hæc fieri necesse est atq; eē. Et si hæc sint hæc: sint hæc necessario uel fiāt oportet.

Fortasse aūt necessariū ipsum in rōne ēt inest. Serræ nāq; si diffinieris opus: talē ipsam diuisionē esse dicis. At hæc non erit nisi serra tales habuerit dentes: & hi rursus non erunt nisi ferrea fuerit ipsa. Sunt enim & in rōne nōnullæ partes: ut materia rationis.

Explicit liber secundus.

Aristo. De naturali auscultatione. Liber tertius

Capitulum primum.



Vm aūt ipsa qdē natura motus quietis mutatiōisue pricipiū sit nostra aūt doctrina sit de natura: non lateat nos oportet qd nā sit motus. Nā si ignoreť ipsæ: naturā ēt ignorari necesse ē post motus uero determinationē enitēdū est de his ēt quæ deinceps sequūtur determinare. Motus aūt de genere cōtinuorū esse uī: & infinitū in ipso cōtinuo primum apparet. Quo circa fit ut qui continuum ipsum diffiniūt: infiniti ratione sæpe utātur. Cōtinuū id esse dicētes qď in ifinitū ē diuisibile. Insuper impossibile est sine loco: uacuo: atq; tpe motū esse: patet igiť ptim ob hæc ipsa: ptim ēt qa cunctis hæc cōmunia sunt uniuersisq; competunt: unūquodq; istorū proponēdū esse: atq; considerandū. Propriorum enim cōtemplatio cōmuniū cōtēplatione posterior est. Atq; primū: ut diximus: de motu cōsideremus. Eorū igitur quæ sunt: quædā actu tantū quædā potentia sunt atq; actu. Horum autem aliud est hoc aliquid: aliud tantum: aliud tale: & in cæteris simili modo: quæ prædica-

menta eius quod est appellant. Eorum præterea quæ sunt ad aliquid: aliud excessione defectioneue dicitur: aliud actiui passiuiq; atq; oino motiui ac mobilis rōne. mutiuū nāque mobilis & mobile a motiuo mobile dicitur. Non est autem ullus motus præter res ipsas. Id.n.qd' mutat: aut in substantia: aut in quātitate: aut in qualitate: aut in loco semp mutatur. Cōmune aūt in his nihil accipere possumus: uti diximus: quod quidē neq; hoc: neq; quātū: neq; quale: neq; cæterorū qcq̄ sit prædicamētorū: Quare neq; motus: neq; mutatio cuiuspiā præter ea q̄ diximus erit: cū nihil sit præter ea q̄ diximus.

Vnūquodq; aūt dupliciter cūctis inest. Vt hoc: aliud eni ē ipsius forma: aliud ē priuatio. Et q̄le: aliud enim est albū: aliud nigrū. Et quātū: aliud enim ē pfectū: aliud impfectū. Et in latione simili mō. Aliud eni ē supra: aliud ifra: aut aliud leue: aliud graue. Quare quot sunt ipsius spēs qd' est: tot motus mutationisue spēs sunt. Cū aūt eorū quæ in unoquoq; genere collocant: aliud actu: aliud potētia sit: actus eius qd' ē potentia: ut est tale: motus nimirū est: uelut alterabilis qdē ut alterabile est alteratio: accrescibilis aūt atq; oppositi decrescibilis: nullū ē enim his cōe positū nomē: accretio ac decretio: generabilis itē ac corruptibilis: generatio atq; corruptio: & eius qd' fertur latio.

Atq; hoc motū eē idē pspici pōt. Nā cū ædificabile tale ē: tū ipsum ut ædificat: actu dicimus eē: atq; hoc ē ædificatio. Similiter & medicatio: & uolutio: & saltatio: & istiusmodi cætera. Quoniā aūt aliqua potētia sunt: atq; actu: at nō simul: aut non eodē: sed ut quippiā calidū quidē est potētia: frigidū aūt actu. Cōplura iā uicissim agēt ac patientur. Omne nāq; simul actiuū erit atq; passiuū. Quare & id qd' naturaliter mouet mobile est. Omne nāq; tale mouet subiens motū & ipsum. Atq; sunt quibus omne qd mouet moueri ui. Verum de hoc quō sese habet: ex aliis sane patebit. Est enim quoddā mouentiū & īmobile. Actus aūt eius quod est potentia: cū actu est: ac non ut ipsum: sed ut mobile est: operatur: motus nimirum est. Atq; ut mobile dico hoc pacto. Est enim æs potentia statua: attamen non eris actus: ut est æs: est mutio. Non est enim idem esse æris: & aliqua potentia mobilis. Nam si esset idem simpliciter rōneue: æris ut æs est actus: motus nimirum esset: At non est idem ut diximus. Patet autem in contrariis. nā ualere quidem posse ac egrotare posse: nō eadem sunt sed diuersa. Esset enim idē egrotare atq; ualere. Subiectum autē & id qd' ualet atq; egrotat: unum & idē est: siue humiditas sit siue sanguis. Cū autem nō sit idē: queādmodum neq; color est idē atq; uisibile. Patet actū possibilis ea rōne qua possibile est motū esse. Hunc igit esse: atq; tunc rē moueri cū est iste actus: & neq; prius: neq; posterius patet. Fit enim ut qdq; interdum operet: interdū non operetur: ceu ædificabile: atq; ædificabilis actus: ut ædificabile est: ædificatio nimirū est: nā actus ipsius: aut est ædificatio: aut domus. At cum est domus: tū non est ut patet: ædificabile: ædificabile uero ædificat. Necesse est igitur actum ipsius ædificationem esse. At ædificatio motus est quidam. Eadem & ad cæteros motus accomodabitur ratio.

Capitulum secundum.



T qui patet nos de ipso motu recte dixisse: & ex hisce quæ cæteri de ipso dixerunt. Et qui non est facile ipsum aliter diffinire: neq; enim motum mutationemque quispiam alio in genere ponere potest. Neque qui aliter de ipso dixere: recte dixisse uidentur. Id ita esse inde continuo sane patebit. quidam enim diuersitatem: & inæqualitatem: & id etiam quod haud est: motum esse dixerunt. At nihil prorsus siue sit diuersum: siue inæquale: siue nō ens necessario moueri uidet. Et insup non ad hæc: aut ex hisce magis ipsa mutatio: q̄ ex oppositis est. Ponendi autem

motum in hisce causa fuit:motum indefinitum quoddã esse uideri. Alterius uero principia seriei:indefinita sunt sane:ex eo quia sunt priuatiua. Nihil enim ipsorum aut hoc aliquid:aut tale:aut cæterorum quicq̃ est prædicamentorum. At ut uideatur motus indefinitum quoddam esse:cã fuit:non posse ipsum aut in potẽtia rerum aut in actu poni. Neque enim id qd' esse potest quantum neq; id quod est actu quantũ necessario mouetur.

Et motus actus quidẽ esse quidã uidet'. Imperfectus tamẽ ,ppterea quod ipsum possibile imperfectum est cuius est actus. Et iccirco difficile est accipere quid nam sit motus. Necesse est enim ipsum:aut in priuatione:aut in potentia:aut in actu simplici ponere. At nihil horum esse posse uidetur. Restat igitur modus ille iam dictus: actum quidem ipsum aliquẽ esse. Talẽ aũt actum qualẽ antea diximus: qui difficilis quidem est cognitu:potest aũt esse. Mouetur aũt & oẽ mouens: ut diximus: qd' ẽ potentia mobile:& cuius ĩmobilitas qes est. Nã in hoc agere rõne qua tale est: mouere nimirum ẽ. At hoc facit tactu. Quare simul ẽt patit'. Quocirca motus actus est mobilis ut ẽ mobile. Accidit aũt hoc ipsius motiui tactu. Quare simul etiã patitur. Sẽper aũt id qd' mouet formã aliquã afferet:aut hoc:aut tale:aut tantũ:quæ quidẽ principiũ erit & causa motus cũ mouet. Id.n.quod actu est hõ:facit hoiem ex eo qd' est potentia homo.

Capitulum tertium.



Quæ cum ita sint:patet motiuũ in ipso mobili esse: Id inquam quod mutatur. Est enim actus huius ab ipso motiuo. Motiui quoque actus non alius quisq̃ est: amborum nanq; actum esse oportet. Est enim hoc quidem motiuum:quo potest hoc autem mouens quo agit. At ipsius mobilis est actiuum. Quare perinde amborum unus est actus:atq; unius ad duo:& duorum ad unum idem est interuallum. & ut accliue atq; decliue. Hæc enim unun quidem sunt. At ratio non est una. Similiter res sese habet: & in hisce quorum alterum mouet:alterum mouetur. Existit autem hoc loco dubitatio differendi facultati accommodata. Necesse est enim ipsum aut in priuatione:aut in potentia fortasse actũ:aliquem esse ipsius actiui:& etiam ipsius passiui. Est enim actio qdẽ illius:passio uero huius:& opus finisue illius factũ: huius affectus. Si igit' ambo sint motus. sintq; diuersi. in quo nã sunt?aut enim in patiẽte & eo qd' mouetur sunt ambo:aut actio quidẽ est in agente:passio uero in patiente. Quod si hanc etiã actionẽ oporteat appellare:noie solo couenient. At uero si hoc est: motus ,pfecto in eo qd' mouet erit. Eadẽ enim est & in eo quod mouet: & in eo quod mouet' ratio. Quare aut oẽ mouens mouebitur: aut aliquid motum habens haud mouebitur. Quod si ambo:actio inquã & passio in eo est:quod mouetur ac patitur: & hæc duo doctio disciplinaue sunt in ipso discente. Primũ quidẽ actus in unoquoq; cuiusq; non erit. Deinde absurdum est:duobus quippiã motibus simul moueri. Erunt.n.alterationes q̃dam unius duæ:atq; ad unã formã. At fieri neq;. At unus ne actus erit. At rõnis fines egredit': diuersorũ specie duorũ unũ actũ eundẽq; eẽ. Et si idem doctio disciplinaue. Et actio atque passio docere ẽt & discere idẽ erit & agere atq; pati. Quare necessario discet oĩa q̃ docet. & patiet' q̃ agit. An neq; alicuius actũ in alio esse absurdũ est. Est.n.doctio docentis actus in aliquo tamẽ est & nõ incisus:sed ẽ huiuscæ in hoc. Neq; quicq̃ ,phibet unũ duorum eundẽ eẽ:non ut idẽ habeat eẽ:sed ut est id qd' est potentia: ad id qd' ẽ actu.

Neq; necesse est docentẽ discere:& si pati atq; agere idẽ est: nõ ut ea tamẽ quæ rõnis eiusdẽ sunt:ut uestimẽtum a tunica:sed ut uia qua ex thebis athenæ: & ex athenis thebæ petunt':ut & antea diximus. Non enim eadem iis oĩa cũ petunt: quæ aliquo modo sunt eadẽ. Sed hisce dũtaxat quorũ est eadẽ rõ. At neq; si doctio & disciplina sint idem:

idem erit & docere ac discere: quemadmodum neq; si interuallum sit eorum q̃ distant unum idemq; est ab hoc ad illud atq; ad hoc ab illo distare. Omnino autem neq; doctio proprie idem est quod disciplina: neq; actio idem quod passio: sed motus cui hæc insunt. Nam huius in hoc: & huius esse actum ab hoc: diuersum est ratione. Quid igitur est motus: & uniuersaliter: & per partes etiam diximus. Non est enim obscurum quo nam pacto quæq; species ipsius diffinietur. Alteratio enim actus est alterabilis: ut est alterabile. Enimuero notius hoc pacto etiam diffinietur: si potentia actiui atq; passiui ut tale est actus esse dicatur: & simpliciter & per singulos: ut ædificatio: uel medicatio. Modo eodem & de cæterorum motuum unoquoq; dicetur.

Tractatus secundi. Capitulum primum.



Cum autem scientia naturalis circa magnitudines motum tempusque uersetur: quorum unumquodq; finitum aut infinitum esse necesse est. Et si non omne quoduis necesse est aut infinitum esse aut finitum ut affectum ac punctum. Talium enim fortasse nullum necesse est in horum altero collocari. Ad naturalẽ sane philosophum de infinito si sit nec ne: & si sit quid nam sit contemplari pertinere uidetur. Atq; scientiæ huiuscæ contemplationem de ipso propriam esse: hoc signo patet. Omnes enim qui digne talem philosophiam tetigisse putantur: de infinito sermonem fecerunt: ac omnes ipsum ut principium quoddam eorum quæ sunt posuerunt. Alii quidem per se: ut substantiam: non ut rei cuiq̃ accidens: ut pythagorici atque plato, uerum pythagorici quidem in sensibilibus ipsum ponunt. Non enim separabilem ipsum numerum faciunt: & id quod est extra cœlum infinitum esse dicebatur. Plato autem extra quidem cœlum neque corpus esse neq; ideas putabat: propterea quod neq; usq̃ sunt ipsæ. Infinitum tamen & in sensibilibus & in illis esse censebat. Et illi quidem par ipsum infinitum esse dicebãt. Hoc enim compræhensum atq; finitum ab impari præbet hiscæ quæ sunt infinitionem. Signumq; huius id esse quod in numeris accidit cum enim normæ circa unum seorsumq; ponuntur: nunc alia semper fit species nunc una. At plato duo infinita facit: magnum inquam ac paruum. Naturales autem omnes aliam quandam semper naturam eorum: quæ elementa dicuntur ipsi infinito supponunt: ut aquam: uel aerem: uel id quod inter hæc medium collocatur: præter eos qui elementa finita fecerunt. Nullus enim ipsorum infinitum facit. Qui uero elementa faciunt infinita ut Anaxagoras atq; Democritus: ii infinitum ipsum tactu continuum esse dicunt. Ille quidem ex hisce quæ sunt similium partium: hic autem ex indiuiduis illis coopusculis: quæ figuris differunt: siũtq; generãdarum semina rerum. Atq; illæ quidem q̃uis congeriei partem congestam eẽ perinde atq; totam dicebat: quia uidebat quoduis ex quouis oriri. Hinc enim & omnes res olim simul fuisse dixisse uidetur. ut hanc carnem & hoc os: & quoduis simili modo. Igitur & uniuersa & simul ergo. non solum enim in unoquoq; principium est segregationis: sed in ipso etiam uniuerso. Nam cum omne quod fit ex tali corpore fiat omniumq; sit generatio non simul tamen: atque aliquod principium generationis esse oporteat: & id sit unum quod ille mentem appellat: mensq; a principio quodam operetur cum intellexit: Necesse est olim omnia simul fuisse, mouericq; olim cœpisse. Democritus autem non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit. Ipsum tamẽ commune corpus omnium est principium: magnitudine partium differens atq; figura. Patet igitur ex hiscæ quæ diximus: infiniti contemplationem ad naturales philosophos pertinere. Principium autem omnes ipsum ponunt cum ratione. Impossibile est. n. aut ip-

ſum in ratione rerum eſſe fruſtra:aut aliam ullã ipſi præter principii uim ineſſe.Omne enim quod eſt aut eſt principium:aut eſt ex principio. At principium infiniti nõ eſt: eſſet enim ipſius finis. Præterea ingenitum ipſum eſſe corruptioneq; uacare cẽſent: q̃p pe cum ſit principium quoddam. Nam & quod naſcitur id habeat finem neceſſe eſt:& omnis corruptionis eſt finis. Quapropter ut dicimus huiuſce nõ eſt principium. Sed hoc principium cæterorum eſſe uidetur. Et continere etiam ipſum omnia gubernareq; dicunt:ut ii qui præter infinitum nullas alias cauſas faciunt. ut mentem aut concordiam:& hoc eſſe ipſum diuinum. Eſt enim immortale: nec unq̃ perire poteſt: ut Anaximander & naturalium plurimi dicunt.

Capitulum ſecundum.

ESſe autem infinitum in ratione rerum:ex hiſce quinq; maxime quiſpiam credet. Ex tempore. Eſt enim hoc infinitum ex magnitudinum diuiſione: utuntur enim & mathematici infinito. Ex eo præterea: quia hoc pacto dumtaxat generatio & corruptio nunquam deficiet: ſi infinitum ſit id ex quo per ablationem id quod naſcitur ſit. Inſuper ex eo: quia finitum ad aliquod ſemper finitur. Quare neceſſe eſt nullum eſſe finem:ſi aliud ad aliud ſemper finiri neceſſe eſt. Maxime uero propriiſſimeq; ex eo:quod uniuerſis communem efficit dubitationem. nam quia mens non deficit in cogitando:& numerus & mathematicæ magnitudines: & id quod eſt extra cœlum infinitum eſſe uidetur. Quod ſi illud ſit infinitum: & corpus infinitum eſſe uidetur:infinitiq; mundi. Cur enim magis hac parte uacui: q̃ hac moles ẽ collocanda. Quare ſi aliqua ſit in parte:& ubiq; neceſſe eſt eſſe: & iſuper ſi ſit uacuum infinituſq; locus:& infinitum corpus eẽ neceſſe eſt. In perpetuis enim non differũt poſſe ac eſſe. Habet autem dubitationem ipſa contemplatio infiniti. Nam ſi ponat̃ eſſe: impoſſibilia multa ſequuntur:& etiam ſi non eſſe ponatur. Præterea uetonam ſit modo. Vtrum ut ſubſtantia:an ut accidens:alicui naturæ per ſe an neutro modo: ſed nihilominus ſit infinitum:& multitudine infinita. Maxime autem ad naturalem philoſophum pertinet:ſi magnitudo ſenſibilis infinita ſit in ratione rerum cõſiderare. Atque primum determinãdum eſt:quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicit̃ infinitum:quod impoſſibile eſt pertranſire:ex eo quia non eſt aptum ut per ipſum trã ſitio fiat:perinde atq; uox inuiſibilis dici ſolet. Alio modo id dicitur infinitum: qd' habet ſine fine tranſactionem:aut quod uix:aut quod aptum eſt quidem habere:non habet tamen tranſactionem uel finem. Præterea infinitum omne aut in appoſitione: aut in diuiſione:aut in utriſq; conſiſtit. Separabile igitur a ſenſibilibus infinitum eẽ non poteſt: quod quidem ipſum ſit infinitum. Nam ſi infinitum ipſum neq; magnitudo ſit:neq; multitudo:ſed ſubſtantia & non accidens: indiuiſibile erit profecto. Diuiſibile enim aut magnitudinem aut multitudinem eſſe conſtat. Si uero indiuiſibile ſit: infinitum non erit:niſi perinde atq; uox eſt inuiſibilis. At neq; illi qui dicunt infinitum eſſe ipſum hoc pacto ponunt:neq; nos quærimus ſi ſit idem et idem ipſum: ſed ut habet ſine fine tranſactionem. Quod ſi infinitum per accidens ſit:non hoc elementũ erit eorum quæ ſunt:quo eſt infinitum: quemadmodum nec ipſum inuiſibile locutionis ẽ elementũ:& tamẽ uox eſt inuiſibilis. Præterea quonã pacto quippiã ipſum infinitũ eẽ põt:ſi neq; numerus neq; magnitudo p ſe eſſe põt:quorũ per ſe affectus quidam ipſum eſt infinitum. Minus enim ipſum per ſe q̃ magnitudinem aut numerũ eſſe neceſſe eſt.

Perſpiciũ ẽt eſt infinitum ſic eẽ nõ poſſe:ut actu ſit:& ut ſubſtãtia principiumue. nã inifitum erit quicquid ipſius accipias: ſi habeat partes. Eſt enim idem eſſe infiniti

ac infinitum ut patet:si infinitum substãtia sit:& non in subiecto. Quare fit ut ipsum aut induuisibile sit aut in infinita sit diuisibile. At fieri nequit ut idem multa sit infinita. At uero ut pars aeris aer est: sic & infinitum & pars quæuis infiniti si substãtia quædam & principium sit uti dicunt. Vacat igitur partibus: atq; induisibile est:at esse nõ potest id tale quod actu est infinitum. Necesse est enim ipsum quantum quid esse.

Per accidens igitur infinitum ipsum esse uidetur. Quod si ita sit:dictum iam est antea non posse ipsum principium dici:Sed illud cui accidit ut aerem aut par. Quare absurde dicunt profecto qui tale illud esse censent ut pythagorici dicunt. Nam substantiam faciunt ipsum:& simul etiam partiuntur. Vtrum hæc quidem forsitan inquisitio uniuersalis est magis. Si possit inquam infinitum & in mathematicis & in intelligibilibus:& in hisce quæ nullam habent magnitudinem esse. Nos autẽ si sit in sensibilibus de quibus doctrinam facimus infinitum corpus in cremento nec ne consideramus ac perscrutamur.

Capitulum tertium.



I igitur differendi modo considerabimus: ex hisce uidebitur infinitum non esse: nam si ratio corporis est: superficie terminatum esse: non erit infinitum ullum aut intelligibile: aut sensibile corpus. At uero neq; numerus ita ut separatus ac infinitus. Numerus enim omnis: aut id quod numerum habet: numerabile est. Si igitur fieri potest ut ipsum numerabile numeretur: & infinitum quispiam poterit pertransire. Sed si magis naturaliter contemplabimur: ex hisce quæ deinceps dicentur:nullum infinitum corpus in ratione rerum esse uidebitur: nec enim compositum esse potest:nec simplex. Compositum igitur corpus nullum est infinitũ: si elementa multitudine sint finita:necesse est enim & plura esse: & æqualitatem inter contraria semper esse: & unum ipsorum infinitum non esse. nam si ignis quidem sit finitus: aer autem infinitus. quãq̃ unius corporis uis inferior est alterius ui: atq; ps ignis æqualem aeris partem ui superat modo excessus aliquem subeat numerum. Tamen infinitum corpus superabit ut patet: atq; finitum sane corrumpet. Nec unumquodq; infinitum esse potest. Nam corpus quidem est quod omni ex parte dimensionem habet. Infininitũ autem quod sine fine est extensum dimẽsione. Quibus fit ut infinitum corpus per omnem sit dimensionem in infinitum extensum. At uero neq; potest infinitum corpus unum ac simplex esse:aut simpliciter:aut ut quidam inquiunt id quod est præter elementa:ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc faciunt infinitum:sed nõ aerem aut aquam ne ab infinito cætera corrumpantur. Habent enim inter se contrarietatem:quippe cum aer frigidus:aqua humida:& ignis calidus sit. Quorum si unũ eẽt infinitum:cætera iam fuissent corrupta. Hunc autem aliud infinitum inquiunt esse:ex quo hæc fiunt. At impossibile est non solum infinitum hoc esse (de hoc enim cõmune quid est dicẽdum de omni similiter & aere & aqua & quouis alio simplici sed etiam esse tale corpus sensibile: præter ea corpora quæ elementa uocantur. Omnia nanq; in id dissoluuntur ex quo fiunt & cõstant. Quare præter aerem ignem terram & aquã: corpus hic aliud esset. At nullũ esse ur. Neq; igit̃ ignis: neq; aliud qcq; elementoꝝ infinitũ eẽ põt. Oĩno.n.& absq; hoc eẽ inquã ipsoꝝ aliqd infinitũ ĩpossibile ẽ ipsum uniuersum:aut eẽ:aut fieri unũ qd ipsoꝝ:si sit ẽt ĩfinitũ:pinde ut heraclitus asserebat: Oĩa dicẽs tandẽ fieri ignẽ. Eadẽ & ad illud unũ accomodabit̃:qd̃ præter elemẽta naturales philosophi faciũt:oẽ enĩ ad cõtrariũ ex cõtrario:ut ad frigidũ ex calido solet mutari. Atq; ex his ẽt de quouis cõsiderare oportet:si possit nec ne infinitũ esse sensibile corpus

Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum esse omnino non posse. omne nanq; sensibile corpus aptum est alicubi eẽ: atq; locus est quidam cuiusq;: & idem ẽ totius ac partis ut totius terræ: uniusq; glebæ: & ignis itẽ atq; scintillæ. Quare si infinitum partium sit similium immobile erit: aut semper ferretur. At id fieri nequit. cur. n. deorsum magis q̃ sursum: aut ad quemuis locum mouebitur: dico autem si sit gleba quorsum hæc mouebitur: aut ubi manebit. Corporis enim eiusdem formæ locus est infinitus: occupabit ne igitur totum locum. At qui fieri potest: Quæ nã igitur ipsius quies: aut ubinam erit: & quis præterea motus: an ubiq; manebit: non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur: non ergo quiescet inquam ac stabit.

Sin uero sit dissimilium partium: dissimilia etiam erunt & ipsa loca. Atq; primo q̃dem ipsius uniuersi corpus non erit unum nisi tactu. Deinde partes aut sunt infinitæ spẽ: aut finitæ. At finitæ nequeunt esse. Erunt enim aliæ quidem infinitæ: aliæ uero nõ infinitæ. Si uniuersum est infinitum: ignis inquam uel aqua. Tale autem corruptio est contrariis ipsis: ut & antea diximus: & ob hoc nemo naturalium infinitum ipsum unũque: ignem: aut terram fecit: sed aut aerem: aut aquã: aut id quod inter ipsa mediũ collocarunt: quoniam illorum quidem locus manifeste erat determinatus atq; distinctus. Hæc autem uerocq; in loco in supero inquam ac infero esse possunt. At neq; etiam infinitæ: nam si sint infinitæ ac simplices: & loca erunt infinita profecto: & infinita etiam ælementa. Quod si hoc esse nequeat: sintq; ipsa loca finita: & totum ipsum finitum esse necesse est: fieri nãq; non potest ut non æqua sint locus & corpus: neq; enim locus maior esse potest: q̃ ipsum corpus: neq; corpus maius: q̃ ipse locus. nam aut uacuum aliquod erit: & corpus insuper infinitum non erit. Aut corpus quippiam erit quod nusq̃ aptum est esse. Anaxagoras autem absurde de infiniti quiete dicit. Firmare enim infinitum seipsum dicit. Idq; ex eo fieri: quia est in seipso. Nihil enim aliud ipsum continet. Quasi ubi quippiam sit: ibi esse aptum consistere. hoc autem uerum non est. Esse enim alicubi ui quippiam potest: non ubi aptum est eẽ. Quamuis igitur q̃ maxime totum non moueatur: id enim quod in seipso firmatur: & in seipso est: imobile necesse est esse: dicat tamen ipse oportet: cur non est aptum moueri. Non enim sat est hoc dixisse pacto ac euasisse: fieri enim potest ut nõ moueatur: & quoduis aliud corpus. Sed nihil prohibet aptum esse moueri. Et terra nanq; non fertur: nec si infinita etiam esset ex eo tamen quia a medio coherceretur: non enim quia non est aliud ad quod ferr̃: in medio ipso quiescet: sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere seipsam terram firmare. Quod si neq; terra si infinita esset. hoc esset causa sed grauitatem habere: graue autem in medio suapte natura quiescere solet. Similiter & in infinitum in seipso quiescit ob aliquam aliam causam. Et non ex eo quia est infinitum & seipsum firmat. Et insuper patet & quamuis ipsius partem eodem modo quiescere oportere. Nã ut infinitum in seipso manet: seipsum firmans: sic & omnis ipsius pars quamcunq; acceperis in seipsa manebit. Loca nanq; totius ac partis: speciei esse eiusdem constat. Totius enim terræ glebæq; idem est locus: qui est inferus: & etiam ignis totius atq; scintillæ qui est superus: quare si infiniti sit locus in seipso esse: & partis idem erit profecto. Quælibet ergo in seipsa manet. Omnino autem patet fieri non posse: ut corpus infinitum in ratione rerum ponatur: & locus corporibus tribuatur. Si corpus omne sensibile: aut graue sit: aut leue: & graue quidem ad medium suapte natura feratur. leue uero similiter supera loca petat. Et infinitum enim hanc eandem naturã subeat legem necesse est. At fieri nequit: ut aut totum graue sit: aut leue: aut di-

midium leue.dimidium graue. Quo nanq; modo diuides illud:aut quo pacto ipsius infiniti hæc quidem pars supra:hæc autem infra:uel ultima:uel media erit. Præterea oẽ corpus sensibile est in loco. Loci uero species ac differentiæ sunt supra & infra: ante & retro:dextrum:atq; sinistrum. Atq; hæc non solum nostra ex parte sunt positioneue:sed in ipso etiam toto distincta sunt atq; hæc esse in infinito nõ possunt. Atque simpliciter si locus infinitus esse non possit:sitq; omne corpus in loco:& in ratiõe ꝑfecto rerum infinitum corpus esse non potest. At uero quod alicubi est:in loco est: & quod in loco est:alicubi est. Vt igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest:nam quantum fuerit quoddam:ut bicubitum aut tricubitum:hæc enim significat ipsum quantum:sic & quod est in loco:id alicubi sane est. At id aut supra aut infra:aut in aliqua alia sex differentiatum esse significat:quarum unaquæq; finis ẽ quidam ut constat. Patet igitur ex hisce quæ diximus infinitum corpus in ratione rerũ actu non esse.

Capitulum quartum.



T qui constat impossibilium euenire complura:si non sit simpliciter infinitum. Temporis enim erit aliquod principium atq; finis. Et magnitudines diuisibiles. Numerus etiam infinitus non erit. cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars asserẽda esse uideatur:arbitro profecto moderatoreq; est opus. Atq; patet partim non esse. Dicitur itaq; quippiam esse. aut potentia actu:& infinitum est additione:ac etiam diuisione. Magnitudo autem actu quidem infinita non est uti diximus. diuisione autem est. non est enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Restat igitur infinitum in ratione rerum potentia esse. non oportet autem infinitum potentia sic accipere ut actu tandem euadat:quemadmodum si potest hoc statua esse:erit hoc statua tandem. Sed cum multipliciter quippiã esse dicatur pinde est infinitum ut dies est atq; ludus:ex eo quia fit aliud atq; aliud semper. nam in his est esse potentia atq; actu. Est enim olympicus ludus:& quia fieri potest:& quia fit:Patet autẽ infinitum in tpe diuerso modo & in hominibus:& in diuisione magnitudinum esse. omnino nãq; hoc mõ est infinitum:ut semper aliud aliudq; sumatur:& id quod accipit̃ sit quidem finitum. At aliud atq; aliud semper. Quare non oportet infinitum perinde accipere:atq; hoc aliquid:ut hominem aut domum. Sed ut dies dicitur atq; ludus:quorum esse non ut substantia quædam est ortum:sed in generatione semper corruptioneq; consistit:finitum quidẽ:at aliud atq; aliud semper. Verum in imaginibus quidem hoc accidit permanente eo quod sumptum. in hominibus aũt atq; tempore accidentibus ita ut non deficiãt. At qui infinitum quod in additiõe:& quod in diuisione consistit:idem queãdmodo est:fit enim in magnitudine finita per additionem econtra. Nam ut cũ diuiditur cernit̃ in infinitum abitio:sic cum additio fit ad magnitudinem ipsam determinatam uidebitur. Etenim si quispiam in magnitudine finita: definita magnitudine sumpta:eadem aliam accipiat ratione:non eandem totius magnitudinem sumens:non pertransibit unq̃ magnitudinẽ illam finitam. Sin uero hoc pacto rationem augeat:ut semper magnitudinẽ eandem accipiat:pertransibit sane:ꝑpterea quod oẽ finitũ quouis consumit̃ definito. Alio igitur modo non est infinitum in rebus:sed hoc pacto potentia inquã atq; diuisione. Et actu etiam est perinde atq; diem ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est ut materies:& non per se:ipsum finitum.

Et additione igit̃ hoc pacto ẽ potẽtia infinitum:quod quidẽ aliquo modo dicimus idem esse quo id quod in diuisione consistit. Semper enim est aliquid ipsius extra su-

mendum. Hoc tamen definitam omnem exuperat magnitudinem. ut in diuisione definitam exuperat omnem & semper minor euadit. Vt autē omnem additionem exuperet: neq; potentia esse potest: si quidem non sit per accidens actu infinitum: ut naturales id corpus infinitum esse dicunt. Quod extra mundum collocauere: cuius substantia aer est. aut aliquid tale. sed si infinitum actu sensibile corpus hoc pacto in ratione rerum esse non potest: patet neq; per additionē posse sic esse potentia infinitū: nisi ut dictum est diuisionis contrario modo. Nam & plato infinita duo propterea facit: q; in accretione exuperare uidetur: at in diuisione in infinitum abire. At quanq̄ duo fecit: Non tamen utitur In numeris enim neq; processio per diuisionem est infinita (unitas enim minimum est) neq; accretio usq; nanq; ad denariū incremēta numeri facit. Fit autem ut infinitum sit contrario modo atq; alii dicunt: non enim idest infinitum: cuius nihil est extra: sed id cuius aliquid semper est extra: cuius hoc indicium est: nam & anulorum eos qui pala carent: infinitos homines dicunt: quia semper aliquid est extra sumendum: per similitudinem tamen quandam: & non proprie. Oportet enim & hoc esse: & nunq̄ idem insuper sumi. In circulo uero non ita fit: sed semper quod deinceps sumitur est solum aliud. Infinitum igitur id est cuius semper aliquid extra ratione quantitatis accipi potest: cuius uero nihil est extra: id est perfectum ac totum. Hoc. n. pacto totum consueuimus diffinire: totum dicentes id esse cuius nil prorsus abest. Vt hominem totum: aut cistellam atq; ut quodq;. Sic & id quod proprie totum est: ueluti totum ipsum: cuius nihil est extra. Cuius uero aliquid abest: id quicquid abest uniuersum non est. Totum autem & perfectum: aut idem penitus sunt: aut naturam finitimam habent. Perfectum uero nihil est prorsus: quod non habeat finem. Quocirca putandum est melius parmenidem melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dicit esse finitum: a medio æque distans. Fieri enim non potest ut infinitum cum toto ac uniuerso perinde atque cum lino linum nectatur.

Nam hinc & hanc præclaram de infinito conditiōem accipiunt: omnia inquam ipsum cōtinere & uniuersum in seipso complecti: habet enim similitudinem quandā ad totum: infinitum enim materia perfectionis magnitudinis est: & id quod est potentia totum non actu. Est autem diuisibile ad diminutionem & ad additionem contrariam. totumq; atq; finitum nō per se sed per aliud: & nō continet: sed ut infinitum est, continetur. Quapropter & ignotum est ea ratiōe qua est īfinitum: materia nāq; formam nō habet. Quare patet partis magis infinitum q̄ totius rationem subire. Materia nāq; pars est totius: perinde ac æs est æneæ statuæ pars. Nam si in rebus sensibilibus continet: & in intelligibilibus etiam ipsum magnum & paruum continere res intelligibiles oportebat. At absurdum est profecto ac impossibile: id quod est ignotum atq; indefinitum: continere ac definire.

Capitulum quintum.

T qui cum ratione etiam fit: ut id quidem quod in additione consistit, non uideatur esse sic infinitum: ut omnem exuperet magnitudinem. Id uero quod in diuisione consistit: infinitum esse istiusmodi uideatur. Infinitum enim intus perinde atque materia continetur: forma autem continet. Cum ratione etiam accidit in numero quidem. Versus minus minimum esse finemque. uersus autem plus omnem semper multitudinem exuperare. In magnitudine uero contrarium. Versus quidem minus omnem magnitudinem exuperare. Versus autem maius non esse magnitudinem infinitam. Hæc enim ita propterea fiunt: q; ipsum unum

quicquid tandem id sit indiuisibile est: homo nanq; unus est homo: nō multi. Numerus autem est una plura quātaue quædam. Quare ad indiuisibile stetur necesse ē. duo enim ac tria denominatiua nomina sunt: & cæterorum quisq; numerorū simili modo: Versus autem plus fit ut semper intelligatur. Diuisiones enim magnitudinis duas in partes æquales: sunt infinitæ. Quare potentia quidem est: actu non est. Sed semper id quod accipitur multitudinem omnem exuperat definitam. Sed non est separabilis his numerus diuisionis nec infinitio permanet. Sed fit & quemadmodum tempus: & ipse numerus temporis. In magnitudinibus autem contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita continuum ipsum: Versus autem maius non est infinitum. Quātum enim contingit potentia esse tantum & actu esse contingit. Quare cum infinitū nullum sit sensibile corpus: non contigit definitæ magnitudinis omnis exuperatiōem esse. Alioquin maius cœlo aliquid erit. Ipsum autem infinitum nō est idem in motu magnitudine atq; tempore: ut una quædam natura: Sed posterius dicitur ob prius: uelut motus quidem dicitur infinitus: quia prius ita dicitur magnitudo super qua fit motus: & quæ alteratur aut accrescit. Tempus autem propter motum. Atq; nunc quidem utimur hisce: posterius autem & quidnam sit horum unumquodq;: & cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines dicere enitemur. Atqui neq; mathematicorum contemplationē ea ratio aufert: quæ infinitum hoc pacto e medio tollit: ut ad incrementum habeat actu sine transitionem. Neq; enim nūc ipso indigent infinito: neq; utuntur: sed tantam solum lineam postulant: quantam uolunt finitam: atq; quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione qua diuisa est magnitudo maxima licet. Quare ad ostendēdum quidem illo pacto nihil referret prorsus: esse autem ipsum in his est magnitudinibus: quæ in rerum sunt ratione. Cum uero causæ in quatuor sint distinctæ patet infinitum ut materiam causam esse: & esse quidem ipsius priuationem esse: per se autem subiectum continuum ipsum atq; sensibile esse. Cæteri etiam oēs ipso infinito ut materia uti uidētur. Quapropter & absurdum est sane: ipsum id esse quod continet: & non id quod continetur alterere.

Capitulum sextum.



At enim restat eas soluere rationes: quibus infinitum non solum potentia: sed ut definitum etiam esse uidetur. Partim enim non sunt necessariæ: partim ueras quasdam obiectiones alias habent. Non enim ut generatio non deficiat corpus esse sensibile infinitum actu necesse est. Potest enim alterius corruptio generatio alterius esse: si infinitum est uniuersum. Præterea tāgere atq; finitum esse: diuersa sunt. Nā illud quidē ad aliqd ē. omne enim qd tāgit aliqd tāgit: atq; accidit alicui finitorum. Finitum autem non est ad aliquid: neq; fit ut quoduis sine ullo discrimine quoduis tangat. Atqui per absurdum est intellectione credere. Non enim in re est ipse excessus atq; defectus: sed in ipsa intellectione. Nam potest quispiam unumquēq; nostrum maiorem q̄ est intelligere: augens ipsum infinitum. At non ideo quispiam nostum extra ciuitatem est: aut tantam magnitudinem quam habemus exuperat: quia quispiam sic intelligit: sed quia est: hoc autem accidit. Tempus autem & modus sunt infinita: & intellectio eo non permanente quod sumitur. Magnitudo uero neq; diuisione neq; incremento intelligibili est infinita. Sed de infinito quonam pacto est & non est: & quid etiam est: satis iam diximus.

Explicit Liber tertius.

Aristotelis De naturali auscultatione liber quartus.

Capitulum primum.



T autem de infinito sic de loco necesse est philosophum naturalem si sit nec ne:& si sit quonam sit modo:quidque etiam sit cognoscere. Nam omnes ea quæ sunt alicubi esse existimant: quia id quod non est nusquã est. Vbi nanq; hippocentaurus ẽ aut chimera .cõmunis quoq; maxime atq; propriissimus motus quem lationem appellamus: loco sane accomodatur. Cum plures autem dubitationes emergũt:quidnam sit ipse locus.Non enim idem ex omnibus quæ ipsi competunt:contemplanti uidetur.Præterea nihil ab aliis: aut dubitatum de ipso aut inuentum habemus. Esse autem locum ex trãslatiõe patere uidetur:ubi nãq; nunc est aqua:hic rursus est aer hinc egressa illa tanq̃ ex uase. Nõnunquã etiam eundem hunc locum aliud corpus quippiam occupat:hoc autẽ ab is omnibus quæ insunt atq; mutantur diuersum esse uidetur.In quo nãq; nũc est aer:i hoc prius fuerat aqua.Quare patet locum & receptaculũ ipsum aliud quid esse ab utrisque:ad quod & ex quo sunt mutata. Præterea corporum naturalium atq; simpliciũ:ut ignis terræ ac talium lationes non solum aliquid esse locum:sed etiam habere quandam potẽtiam idicant. Fertur enim unumquodq; suum ad locum:aliud sursum: aliud deorsum: nisi prohibentur.Hæc autem loci sunt partes & species:supra inquam ac infra:cæteræq; quattuor differentiæ. Suntq; hæc:dextrum inquam atq; sinistrum:& supra ac infra: non solum nostra ex parte:ad nos enim non semper est idem:sed fit ut uertimur positione.Quocirca sæpe idem dextrum est atque sinistrum:& supra ac infra:& ante & retro: sed etiam ex ipsa natura:ubi distinctum est sursum utrunque.Non enim quoduis est ipsum supra sed id quo fertur ignis ac leue. Similiter & infra non ẽ quoduis:sed id quo ea quæ pondus habent: & terrea pergunt.Quibus patet hæc non solum positione: sed ut quoque differre.Indicant idipsum & mathematica.Nam & si non sunt in loco: nostra tamen positione dextra leuaque habent:nihil horum habentia natura:ut solum positio ipsorum itelligatur. Præterea qui uacuũ esse dicunt:locum asserunt esse. Vacuum.n. locus erit sane corpore carens.Locum igitur aliquid eẽ præter corpora ipsa: & omne corpus sensibile esse in loco:per hæc quispiam sane putabit. Recte etiam hesiodus uidebitur dicere:faciens ante omnia Chaos.Dicit enim ante chaos:post hoc facta est latissima tellus:propterea quod primo receptaculum hisce quæ sunt fuisse oportebat: quia putabat ut multi cuncta alicubi esse atq; in loco. Quod si ita sit:admirabilis quædam ipsius loci uis erit:& oĩbus prior.Quod enĩ ita se habet:ut sine ipso quidẽ cætera neq̃ant esse:ipsum autem sine cæteris sit:id primũ oĩum esse necesse est.Locus.n.nõ perit:& si ea quæ ĩ ipso sunt corrũpant̃. Veℝ si sit locus:existit cõtinuo dubitatio:quidnã sit utrũ moles corporis q̃dã:an alia q̃dã natura.Est enĩ genus ipsius primo q̃rendũ.Igit̃ hẽt qui dẽ dimẽsiões tres:lõgitudinẽ:latitudinẽ:ac ẽt altitudinẽ: quibus oẽ diffinit̃ nimirũ corpus.At locũ ipossibile est eẽ corpus.Erunt enim in eodẽ corpora duo. Præterea si corporis sit locus ac receptaculũ patet & superficiei & reliquorũ finiũ esse.Eadẽ enim accomodabit̃ ratio.Nam ubi prius erant superficies aquæ:superficies rursus aeris erunt.At nulla est differentia puncti:ac loci puncti.Quare si locus non est diuersus ab hoc: neq;

a cæterorum ullo diuersus est:nec quiquã est ipse præter unumquodq; istorũ. Quid enim tandem locum esse ponemus. Neq; enim elementum :neq; ex elementis: aut corporeis:aut incorporeis esse potest : talem habens naturam. Nam magnitudinem quidẽ habet:nullum est autem corpus. At corporũ quidẽ sensibilium elementa corpora sunt. Ex intelligibilibus aũt elemẽtis:nulla fit magnitudo. Præterea cuiusnam rei causam locum esse quispiam ponet. Nulla enim ipsi causarum quatuor competit. Neque enim ut materia rerum est causa:quippe cum nihil ex ipso cõstet:neq; ut forma ratione : neq; ut finis:neq; res ullas mouet. Præterea & ipse si sit unũ qd eorũ quæ sunt: alicubi erit. zenonis nanq; dubitatio rationẽ aliquam quærit:nam si oẽ quod est:est in loco· ut patet & locũ etiam esse loci. Atq; hoc in infinitum abibit. Insuper si ut est omne corpus in loco:sic est & omni in loco corpus: quonam pacto dicemus de iis quæ accrescunt. Nam si locus cuiusq; neq; minor est:neq; maior: necesse est una cum ipsis incrementa locum suscipere. Ex iis igitur non solum quidnam sit locus:sed si sit etiam dubitare necesse est.

Capitulum secundum.



Vm autem quoddã per se:quoddã dicatur per aliud. Et locus alius sit cõmunis:in quo cuncta corpora sunt:alius proprius:in quo primo quippiam est. Nam tu nunc es in cœlo·quia in aere es: qui quidem in cœlo est. Et rursus in aere es:quia in terra es:& in hac simili modo:quia hoc es in loco:qui nihil plus q̃ te continet. Cum hæc igit̃ ita sint:atq; locus id sit: quod primum unumquodq; corporum cõtinet:finis ipse quidam erit profecto. Quare locus uniuscuiusq; forma esse uidebitur: qua magnitudo materiaq; magnitudinis terminatur:hæc enim rei cuiusq; est finis. Atque hoc quidem modo considerantibus:locus uniuscuiusq; forma esse uidetur. Vt autem interuallum magnitudinis esse uidetur materies:hoc enim a magnitudine ẽ diuersum :& est id quod a forma continetur ac terminatur. Velut a superficie terminoue. Tale autem est ipsa materies: & id quod terminis caret. Nam cum aufertur finis:atq; affectus a pila nihil præter materiam restat. Quapropter: & Plato in Timæo & receptaculum idem esse dicit. Susceptiuum enim:& receptaculum unũ esse dicit ac idem:& quã materiam illo quidem in loco susceptiuum appellat. In hisce uero quæ non scriptæ sententiæ nuncupatur alio modo. Locum tamen & receptaculum idem asseruit esse. Vniuersi nanq; locum aliquid esse dicunt: hic uero quidnam sit· solus dicere est aggressus. Merito autem ex hisce considerantibus difficile esse uidebit̃· quidnam sit ipse locus cognoscere:si utrũuis horum sit:siue materia· siue forma. Nam hæc & summam habent contemplationem:& seorsum alterũ sine altero facile cognosci non potest. At uero nõ est difficile uidere locum: utrumuis horũ esse non posse. Neq; enim materia:neque forma separatur a re. At locus superari potest. In quo nanq; erat aer:in hoc rursus est aqua: uicissim hisce sibi cedentibus:cæterisq; corporibus similiter uti diximus. Quare neque pars est:neq; habitus· ipse locus:sed a quaq; re separabilis est. Etenim quale est uas: tale quid ipse locus esse uidet̃. Vas enim locus est potens transferri. At uas nihil est eius rei quæ est in ipso. Locus igitur quo quidem est a re separapilis· hoc forma sane non est. Quo uero continet:hoc a materia est diuersus. Videtur autem semper id quod est ĩ loco aliquid esse:& extra ipsum aliquid aliud esse. Plato tamen dicat oportet si parumper liceat digredi:cur formæ numeriq; nõ sunt in loco:si locus est id quod est particeps:siue magnum sit illud & paruum : siue materies ut in Timæo asseruit. Præterea si locus esset materies aut forma:quo nam pacto res ad suum pergeret locum. Esse enim id lo-

eus non poteſt:ad quod non eſt motio:& quod haſce differentias ſupra inquam ac infra non habet. Quare locus in talibus eſt quærendus. Quod ſi in ipſa re locus ineſt (in ſit enim oportet: ſi eſt materies :aut forma) locus erit in loco: Mutatur enim una cum re atque mouetur:& forma:& id quod terminis caret : & non in eodem eſt ſemper:ſed ubi: eſt ipſa res. Quare fit ut loci ſit locus. Inſuper facta ex aere aqua piit ipſe locus. Corpus enim id quod eſt ortũ:non in eodẽ eſt. At quæ nam eſt ipſius loci corruptio. Dicta ſunt igitur & ea ex quibus neceſſe eſt aliquid eſſe locũ: & ea rurſus ex quibus de ſubſtantia ipſius quiſpiam dubitabit.

Capitulum tertium.

POſt hæc ſumendum eſt:quot modis quippiam in alio dicitur eſſe. Vno igitur dicitur modo ut digitus in manu:& pars omnino in toto. Alio ut homo animali:& omnino in genere ſpecies. Alio ut genus in ſpecie:& omnino in ſpeciei ratione pars ſpeciei. Præterea ut ſanitas in calidis:atq; frigidis:& omnino in materia forma. Præterea ut res græcorum in rege:& omnino in primo mouente. Inſuper ut in bono atque omnino in fine:hoc autem ẽ id gratia cuius cætera ſunt atque fiunt. Omnium uero id propriiſſime dicitur quod eſt in uaſe: & omnino in loco. At enim hic quiſpiam dubitauerit:ſit ne ut & in ſeipſo quippiam ſit : an nihil eſt in ſe prorſus:ſed omne quod uis aut nuſquã aut in alio eſt. Hoc autem eſt dupliciter:aut per ſe:aut per aliud. Nã cũ id in quo eſt & id quod in illo eſt totius ſunt partes:tunc totũ in ſeipſo eẽ dicitur. Quippe cũ & per partes dicatur. Vt albus quia ſuperficies eſt alba:& ſciens quia anima rationis particeps ſcit. Doliũ igitur nõ eſt in ſeipſo: neq; etiam uinum. Vini uero dolium erit. Ambo nanq; id inquam quod ineſt:& id in quo eſt eiuſdem ſunt partes. Hoc igiẗ pacto fit ut quippiam in ſeipſo ſit. Sed ut primo:fieri nequit: Velut albedo eſt in corpore. Nã ſuperficies eſt in corpore: ſcientia uero in anima. Et per hæc quæ ſunt:ut in homine partes:appellationes hæ non incongrue fiunt. Dolium autem atque uinum cum ſunt quidem ſeorſum non ſunt partes:ſed cũ ſunt ſimul. Quo circa cũ ſint partes erit ipſum in ſeipſo ceu albedo eſt in homine:quia in corpore eſt:& in hoc:quia in ſuperficie. In hac autem:non per aliud. Atq; hæc diuerſa ſunt ſpecie : & aliam utraq; naturam & potentiam habent:ſuperficies inquam atq; albedo. Neque igitur inductiue conſiderantes in ſeipſo quicquam ullo dictorum modorum eſſe uidemus. Et ratione etiam hoc non poſſe fieri patet. Oportebit enim ambo eſſe utrũq; ceu dolium quidem & uas & uinũ. Vinum autẽ:& uas:& dolium ſi ſit ut quippiam ſit in ſeipſo. Quare ſi q̃ maxime in ſeſe ſint:doliũ quidẽ uinũ ſuſcipiet:nõ ut eſt ipſum doliũ uinũ:ſed ut illud. Atque patet rõnem eſſe diuerſam. Alia enim eſt eius ratio in quo eſt. Alia eius quod eſt in illo. At uero neq; per accidens fieri poteſt:nam duo ſimul in eodem erunt. Etenim & ipſum doliũ in ſeipſo erit:ſi cuius natura eſt ſuſceptiua:id eſſe in ſeipſo poteſt:& inſuper illud cuius ẽ ſuſceptiuũ:ceu uinũ ſi uini. Fieri igitur non poſſe: ut in ſeipſo quiquã ſit primo: ex iis quæ diximus patet. Id uero quod zeno dubitabat ſi locus ſit ĩ ratione rerũ in quonã erit: ſolui facili poteſt. Nihil enim prohibet ut primus locus in alio quidem ſit.non tamen in illo tanquã in loco. Sed ut eſt ſanitas quidem in calidis:ſicut habitus:caliditas autem in corpore ut affectus. Quare non neceſſe eſt in infinitum abire. Patet autem cum uas nihil ſit eius quod eſt ĩ ſeipſo.(diuerſa nanq; ſunt id quod ineſt:& id in quo primo in ẽ) locum neque formam eſſe neq; materiam ſed diuerſum. Hæc enim illius ſunt aliquid. quod eſt in uaſe materia inquam ac forma. Hæc igitur de ipſo loco ſint dubita.

Capitulum quartum.


Ed quid nam sit locus hoc modo fuerit manifestum. Atq; sumamus de ipso:q̄ uere per se competere ipsi uidentur. Censemus itaq; locum id continere cuius est locus:& nihil esse ipsius rei. Praeterea primum locum:neque minorem esse neque maiorem. Praeterea neq; ab unoquoq; relinqui:& separabilem esse. Et insuper om nem locum differentias has habere:supra inquam ac infra. Et corporum unumquodq; proprios ad locos suapte naturae ferri:aut sursum aut deorsum pergendo: & in eisdem manere. His suppositis reliqua contemplemur oportet: atque conandum est consi derationem hoc facere modo:ut ipsum quid est tale assignetur:ut & ea quae dubitantur soluantur:& ea quae competere loco uidentur insint:& insuper ipsa difficultatis & du bitationum quae circa ipsum fiunt causa pateat. Sic enim unumquoq; pulcherrime de monstrari profecto potest. Si igitur motus iste non esset qui ad locum accomodatur: locus sane non quaereretur : quod quidem ante omnia est animaduertendum. Ob hoc enim & coelum maxime in loco esse putamus. Quia semper motu cietur. Hic autem tri plex est latio accretio & decretio. Nam in accretione decretione fit sane mutatio:& q̄d prius hic erat:id est ad maius:aut ad minus translatū. Mouentur autem alia per se actu: alia per accidens. Et horum alia per se moueri possunt:ut corporis partes:atq; nauigii cla uis. Alia nequeunt sed per accidens semper mouentur:ut albedo atq; scientia. Haec enim propterea mutantur loco:quod id in quo sunt mutatur. At qui dicimus in coelo tanq̄ in loco esse:quia in aere sumus:hic aūt est in coelo. Et item in aere non uniuerso:sed ob ul timū ipsius:& continens in aere dicimus esse. Nam si uniuersis aer sit locus:locus profe cto cuiusq; non erit aequalis eius cuius est locus:at aequalis esse uidetur. Talis autem est is:in quo primo quippiam est. Cum igitur non diuisum est id quod continet sed con tinuū : tum in illo nōn tanquā in loco:sed ut pars intro dicitur esse. At cum diuisum ē at que tangit:tum in primo est ultimo continentis: q̄d quidem neq; pars est eius q̄d est in ipso:neq; maius sed aequale. In eodem enim sunt eorum ultima quae sese tangunt. Atq; si continuū q̄dem est non in illo sed cū illo mouet̄. Sin uero diuisum est in illo siue illud moueatur siue non moueat̄. Insuper cum non est diuisum ut pars in toto dicitur esse:ut in oculo pupilla : aut in corpore manus. Cum uero est diuisum:esse in illo dicitur : ut aq̄ in cado:aut in dolio uinū. Nam manus quidem cū corpore:aqua autem ī cado mouet̄.

Capitulum quintum.


Am igitur ex hisce patet: quidnam sit locus. Quatuor enim fere sunt:quorum unum quid locum esse necesse est. Aut enim forma:aut materies:aut interual lum quid est inter extrema:aut ipsa extrema:si non sit interuallum ullum prae ter ipsius corporis magnitudinem quod est in loco. Atq; patet horum tria locum esse nō posse. Sed quia continet:forma esse uidetur. In eodem enim sunt ultima eorum:quorum alterum continet:alterum continetur. Sunt igitur ambo fines:sed non eiusdem. Sed for ma quidem ipsius rei:Locus autem corporis eius quod continet. Quia uero id quod continetur:atq; diuisum est : interdum transfertur : eo manente quod continet:ut aquā ex uase:interuallū q̄d esse uidet̄:q̄d est iter extrema:ut aliq̄d aliud praeter corpus id q̄d transfertur. Hoc autem non est ita:sed quoduis eorū corporū incidit quae transferuntur aptitudinēq; habent tangendi. Quod si esset quid interuallū aptū in eodēq; manēs: infinita loca essent profecto. Si enim transferat̄ aqua & aer idem facient omnes partes ī toto: quod uniuersa aqua in uase:& insuper locus etiam transferet̄. Quare loci etiā ali us locus erit:& loci simul complures erūt. At non est alius locus ipsius partis in quo mo

uetur: cum uas totum transfertur: sed idem. Aer enim & aqua uel partes aquæ in eo in quo sunt mouentur: sed non in eo loco ad quem accedunt: qui quidem pars eius est loci qui locus totius est cœli. Atqui materia quoque locus esse uidebitur: si in quiescente & non separato, sed continuo quispiam consideraverit. Nam ut si alteratur est aliquid: quod nunc quidem est album: Olim autem erat nigrum: & nunc quidem est durum: olim autem erat molle: quapropter & dicimus materiam aliquid esse. Sic & locus p quãdam talem imaginationem esse uidetur. Verum illud quidem ex eo: quia quod erat aer: id nunc ẽ aqua. Locus autem ex eo: quia ubi erat aer: hic nunc est aqua. At enim materia quidem: ut antea diximus: neq; separapilis est a re: neq; continet loco autem ambo competunt. Si igitur locus non est quicq̃ istorum trium: neq; materia: neq; forma: neque etiam interuallum: aliquid aliud semper præter ipsius rei spacium quæ transfertur: necesse est locum quatuor illorum reliquum esse: finem inquam corporis continentis: atq; id corpus contineri dico: quod est mobile latione. Magnum autem quid difficileq; esse uidetur locum percipere: tum quia partim materiæ: partim formæ similis esse uideẽ tum quia translatio eius quod fertur in ipso continente fit quiescente. Esse enim posse uideturi interuallum aliud quoddam a magnitudinibus quæ mouẽtur. Confert autem ad hoc & ipse aer, qui uidetur esse incorporeus. Nam non solum fines ipsius uasis: sed interuallum etiam ipsum ut uacuum locus esse uidetur. Vt autem uas locus ẽ potẽs trãsferri: sic & locus uas est immobile. Quocirca cum id quod est intus mouetur atq; trãsfertur: si id mouetur in quo est: ut in fluuio nauis: ut uase tunc utitur illo quod continet magis q̃ loco. Locus autem uult esse immobilis. Quapropter uniuersus fluuius magis est locus quia est immobilis uniuersus. Quare locus est finis continentis immobilis primus. Atq; ob hoc medium quidem uniuersi: infra fines aũt citeriores cœli: supra maxime omnibus proprie esse uidentur. Quia illud quidem semper manet: fines aũt cœli eodem modo sese habentes manẽt. Quare cũ leue quidem sit id quod sursum pergit: graue autem id quod deorsum fertur suapte natura: is quidem finis qui uersus medium continet infra est: & ipsum etiam medium. Is autem qui uersus ultimum continet supra & ipsum etiam ultimum. Et propterea locus superficies quædam: & quasi uas continensq; esse uidetur. Præterea locus simul cũ ipsa re quodammodo est: quippe: cum ipsi fines sint simul.

Capitulum sextum.


T qui corpus quidem id est in loco: extra quod aliquod est corpus continens ipsum. Quod uero non ita se habet non est in loco. Quapropter etiam si aqua fuerit tale: partes quidem ipsius mouebuntur. Alia nanq; aliam continet. Vniuersum autem partim mouebitur: partim haud mouebitur. Vt totum enim simul locũ non mutat. Versatur tamen: partium enim hic locus est: & sursum quidem: & deorsum non mouetur. Quædam autem uersantur: & quædam sursum atque deorsum mouentur: quæ densitatem habent ac raritatem. Vt autem dictum est: quædam in loco potentia sunt: quædam actu. Iccirco cum id quod est similium partium continuum est: tũ partes potentia sunt in loco. Sed cum sunt separatæ: atque ut in cumulo sit se tangunt: tũ in loco sunt actu. Et rursus alia quidem per se: ut omne corpus aut latione aut accretione mobile per se alicubi est. Cœlũ autẽ ut dictũ est: nõ ẽ alicubi totum: neq; est ullo in loco: si nullum ipsum continet corpus: sed quo mouetur: hoc & locus est partibus. Alia nanq; partium alii hæret. Alia uero per accidens. Vt anima atq; cœlum: omnes nanque

partes quodammodo sunt in loco. Circumquaq; enim alia aliam continet. Quapropter supremum quidem corpus uersatur: uniuersum autem alicubi non est: & ipsum est aliquid. Quod enim alicubi est: & ipsum est aliquid: & insuper aliquid aliud extra se habet: quod continet. At præter uniuersum ac totum nihil est extra. Et propterea omnia sunt in cœlo: forsitan enim cœlum est uniuersum. Est aũt locus non ipsum cœlum: sed aliquid eius: ultimus inquam finis quiescens: quo corpus mobile tangit. Et idcirco terra i aqua: hæc in aere: aer in æthere: & æther in cœlo est collocatus. Ipsum uero cœlum nullo in alio corpore est ulterius collocatum.

Capitulum septimum.

PAtet autẽ ex his: si hoc modo locus dicatur: dubitatiões omnes solui facile posse. Neq; enim una cum corpore necesse est locum incrementa suscipere: neque locum esse puncti: neq; in eodem corpora esse duo: neque iteruallum quidem corporeum esse. Corpus est enim quoduis id quod est inter fines corporis continẽtis: sed non corporis spacium. Est etiam & ipse locus alicubi: non ut in loco: sed ut finis in eo qđ est finitum. Non est enim in loco omne quod est: sed tantum mobile corpus. Et fertur igitur quodque cum ratione suum ad locum. Quod enim post aliquod deinceps est collocatum ac illud non uiolentia tangit: id propinquum est illi natura: atque si copulata quidem sint: passione carent. Sin uero se tangant passiua sunt uicissim atq; actiua. Manet præterea quoduis proprio in loco non sine ratione suapte natura. Etenim hæc pars toto in loco ut diuisibilis pars est ad totum. Veluti cum aeris quispiam uel aquæ mouerit partem. Sic etiam aer & sese ad aquam habet. Nam alterum est uelut materies: alterum forma. Aqua quidem materies aeris: aer autem quasi quidam illius actus. Aqua nanque potentia aer est. At aer alio modo potentia aqua. Sed de his est posterius pertractandum. Atque id quod nunc necessitate compulsi temporis hũc ad locum attulimus: obscureque est dictum: tunc dilucidius explicabitur. Quod si idem est materies atque actus: ambo nanque est aqua: sed alterum potentia: alterum actu: ipsa sane ad aerem ut pars quodammodo se habet ad totũ. Quapropter & his est tactus. Copulatio uero tunc erit: cum ambo fuerint unũm actu. Sed esse quidem locum: & quidnam sit locus satis iam diximus.

Tractatus secundi. Capitulum primum.

EOdem modo autem putandum est naturalis esse philosophi de uacuo contemplari quemadmodum de loco: si sit nec ne: & quonam sit modo: aut quid tandem sit. Et enim similiter creditur atque non creditur: per ea quæ de ipso putantur. Nam qui dicunt uacuum esse: ut locum quendam & uas ipsum ponunt. At plenum quidem esse uidetur cum habet eam molem cuius est susceptiuum. Vacuum autem illa eadem caret: quia idem est uacuum: plenum: & locus: esse uero ipsorum non idẽ est: sed diuersum. Incipiamus autem considerationem oportet: & hisce quæ dicunt ii qui uacuam asserunt esse: & iis etiam quæ dicunt qui ipsum e medio tollunt: & tertio communibus de ipsis opinionibus sumptis. Qui igitur non esse conantur ostendere: non id e medio tollunt: quod homines dicere uacuum uolunt. Sed quod dicunt errantes: ut Anaxagoras: & qui hoc redarguunt modo. Nam aerem aliquid esse demonstrant torquentes utres ac aerem roboris esse participem ostendentes: & item ipsum in hisce uasis includentes: quæ surripiunt aquam. At homines uacuum spacium esse uolunt: in quo nullum est sensibile corpus. Atque cum omne quod est: corpus esse existiment: id in quo nihil est omnino: uacuum esse dicunt. Quapropter id qđ

est aere plenum:uacuum inquiunt esse. Non igitur id ostendere eos oportet :aerem inq̄ aliquid esse:Sed spacium non esse quicquā præter corporum molem:aut separabile:aut actu:quod quidem uniuersum corpus seiungit:ut non sit continuum:quemadmodum. Democritus & Leucippus & complures alii naturalium dicunt:aut etiam si quid ponitur extra corpus continuum uniuersi. Hi igitur ad propositum non recte proficiscūtur:sed ii magis qui uacuum esse dicunt.Atq; primo quidem motum loco accomodatū non fore dicunt:qui quidem est latio atq; accretio.Non enim esse motus uidetur nisi sit uacuum. Fieri nanq; non potest:ut ipsum plenum suscipiat. Quod si susceperit fueritque duo corpora in eodem:possunt & quotquot uolueris corpora simul esse.Differentia nanq; dici non potest:ob quam dictum hoc non eueniet:quod si hoc erit potest & minimum suscipere maximum:quippe cum ipsum magnum multa sit parua. Quare si fit ut æqualia multa sint in eodem:fieri potest ut multa quoq; inæqualia simul sint in eodē.

Melissus autem & uniuersum ex iis ostendit immobile esse:nam si mouebitur necesse est inquit uacuum est : At uacuum in ratione rerum non est. Uno igitur modo ex his uacuum quid esse ostendunt.Deinde alio modo quia nonnulla corpora præmi cogique uidentur:quod intueri licet:cum dolia una cum utribus ut inquiūt uinum suscipiunt:propterea quod corpus quod densatur:ea uacua quæ insunt ingreditur.Præterea accretio etiam per uacuum fieri omnibus uidetur:nam alimentum quidem est corpus. Fieri uero non potest ut corpora duo sint simul. Testem etiam huius id afferunt quod in cinere fieri solet:quiquidem tantum suscipit aquæ quantum uas uacuum capit.Esse autem & pythagorici uacuum dixerunt:& ipsum ex infinito spiritu cœlum ingredi: quasi respirando cœlum ipsum etiam uacuum traheret:quod naturas ipsas distinguit.Propterea que uacuum separatio quædam est eorum atque distinctio:quæ deinceps sunt collocata:atq; hoc inquiūt primum in numeris esse.Vacuum enim naturam ipsorum distinguere dicunt. Talia igitur : & tot fere sunt:ex quibus quidam esse:quidam non esse uacuum censent.

Capitulum secundum.

AT nos ut percipiamus utronam modo res sese habeat: accipiamus oportet q̄d ipsum nomen significat.uacuum igitur locus esse uidetur:in quo nihil est.Quod quidem inde emersit omne enim quod est:corpus esse existimant:& omne corpus esse in loco : & uacuum esse locum in quo nullum est corpus.Quare si alicubi non est corpus:ibi nihil esse dicunt.Rursus omne corpus tangibile esse putant: tale ut grauitatis:aut leuitatis sit particeps. Fit igitur per ratiocinationem ut id sit uacuum:in quo nō est graue quicquā uel leue:hæc igitur uti diximus per ratiocinationem eueniunt.Absurdum autem est:si punctus sit uacuum:sit enim id locus oportet in quo corporis est tangibilis moles. Attamen uacuum uno quidem modo uidetur id dici:quod non est plenū corporis sensibilis tactu. Sensibile uero est tactu:quod grauitatem habet uel leuitatem. Iccirco & quispiam dubitauerit:quid nam diceret: si spacium colorem habeat aut sonū. Vacuum ne an non uacuum esse.At ut patet uacuum esse dicent:si corpus tangibile suscipere possit. Vacuum non esse:si illud suscipere nequeat. Alio uero modo id in quo non est hoc aliquid:neq; substantia corporea ulla.Quapropter quidam uacuum eē corporum materiam dicunt : qui quidem & locum hoc idem asserunt esse non recte dicētes ut patet.Materia nāq; separabilis non est a corporibus. Vacuū autem ut separabile querunt. Quoniam autem de loco est pertractatum : & uacuum necesse est locum esse si corpore careat:dictumq; est quomō est & qūo non est locus in rebus:patet hoc pacto

uacuum aut separatũ aut inseparabile in ratione rerũ non esse. Vacuũ enim non corpus: sed corporis spaciũ esse uolunt. Quapropter & uacuum uidet quid esse: quia & locus: & per eadem sane. Motus enim qui loco accomodatur in mentem uenit: & hisce qui locũ esse quid præter corporum molem igredientiũ dicũt: & hisce qui uacuũ ponũt. Atq; causam motus uacuũ sic esse putant: ut in illo corpora moueant: hoc aũt tale erit: qualem ipsum locũ quidam inquiũt esse. At nulla prorsus necessitas cogit: si motus ẽ: uacuũ eẽ. Atq; omnino quidem uacuũ omnis motus cã non est. Quapropter: & melissus idipsum præteriit. Potest enim alterari plenũ ut patet. Deinde neq; eius motus qui ad locũ accomodat. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere: etiam si nullum sit spacium separabile præter corpora quæ mouent. Atq; hoc in continuorũ sicut & inhumidorum conuersionibus patet. Possunt etiam corpora non ob ingressionem in uacuũ: sed ob extrusionem eorum quæ in ipsis insunt densari. Veluti cũ præmit aqua: fit ut aer qui in ipsa est extrudat. Fiũt præterea incrementa: non solũ aliquo ingrediente: sed etiam alteratione: Veluti si aer ex aqua fiat. Omnino aũt ea ratio quæ de accretione fit: & de aqua quæ in cinerem fundit: ipsa seimpsam impedit. Aut enim non augetur quicq̃: aut nõ corpore: aut fieri potest: ut sint duo corpora in eodem. Dubitationem igit cõem soluere uolũt: sed nõ uacuũ esse ostendũt: aut totũ corpus uacuũ esse necesse est: si omni ex parte auget: & per uacuũ ut dicũt accrescit. Eadem est & de cinere ratio. Patet igit perfacile esse: eas soluere rationes: ex quibus quidam uacuum esse ostendunt.


Capitulum tertium.

Rursus autem dicamus uacuũ hoc pacto separatũ non esse ut quidam inquiunt esse. Nam si natura cuiq; simplicium corpnrum aliqua latio competat: ut igni quidem sursum: terræ uero deorsum atq; ad medium: patet uacuũ cãm latiõis non esse. Cuius igitur motus cã uacuũ erit: Eius enim esse uidetur qui loco accomodatur at huius cã non est. Præterea si est aliquid ut locus corpore carens: cum ẽ uacuũ: quonam feret corpus quod in illo positum fuerit. Non enim ad uniuersum mouebitur. Eadem & ad eos accomodatur ratio qui locũ separatum quid esse ponunt: in quem id fertur qd' motu cietur. Quo nanq; modo feretur id qd' ibi positũ fuerit aut manebit. Et de differentiis hisce: supra inquam ac infra: & de uacuo non iniuria eadem accomodabitur ratio. Qui nanq; uacuũ esse dicunt: locum ipsum inquiunt esse. At quonam pacto corpus aut in loco aut in uacuo erit. Non enim fit id qd' ratio flagitat: cũ totũ quippam corpus ut in separato permanenteue loco positum fuerit: pars enim si non seorsum ponatur non in loco est sed in toto. Præterea si neq; locus est. neq; uacuũ erit. Accidit aũt hisce qui dicunt uacuũ esse ut necessariũ si motus erit: contrariũ potius: si quispiam diligenter consideret: non posse inquam quicquã moueri: si uacuũ est. Nam ut quidam terram ob similitudinem quiescere censuere: sic & in uacuo quoduis quiescere corpus necesse ẽ. Non est enim quonam magis aut minus mouebit. Quonãq; uacuũ est: hoc differentiarũ est expers. Atq; patet omnem motũ: aut ui fieri: aut natura. Et si sit uiolentus: & eũ necessario qui natura competit esse. Quippe cũ uiolentus qdem sit præter naturã. Qui uero est præter naturam: posterior sit eo qui est secundũ naturam. Quare si hisce motus non sit: q corporũ naturaliũ cuiq; suapte natura competit: neq; cæterorũ profecto motũ quisq̃ erit. At quonam pacto motus is erit: q natura competit rebus: cũ ratione uacui ac infiniti nulla prorsus sit differentia. Nã quo ĩfinitũ est: eo nihil infra nihil supra nihil deniq; mediũ est. Quo uero uacuũ est: eo nihil interest inter superum, inferũq;. Nam ut nihil nulla est differentia: sic & eius quod haud est: nulla differentia assignari potest. Va


cuum uero non ens quid:priuatioq; esse uidetur. At ea latio quæ natura competit:differentiam subit. Quare erunt ea quæ differentia sunt natura. Aut igitur non est natura latio usquam:aut si est. uacuum in ratione rerum profecto non est. Præterea nunc quidem mouentur ea quæ iaciuntur:eo qui pepulit non tangente:aut ob antiperistrasim:ut quidam inquiunt:aut quia pulsus aer:motu pellit celeriore:q̃ sit ea latio pulsi: qua locũ ad proprium fertur. At in uacuo nihil horum esse potest. Neq; fit ut quicquã feratur:nisi ut id quod uehitur. Præterea nemo dicere potest cur motum alicubi stabit:cur eni hic q̃ hic potius stabit. Quare aut quiescet:aut in infinitum feratur necesse est:si non potentius quippiam impedierit. Insuper nunc quidem in uacuo ex eo corpora ferri uidentur quia cedit. At i uacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte: quare omnem ad partem ferentur.

Capitulum quartum.


AT qui perspicuum id quod dicitur ex hisce quæ deinceps dicemus erit. Videmus enim idem pondus corpusue celerius duas ob causas ferri. Aut quia id differt per quod mouetur:ut si per terram: uel aquam:uel aerem moueatur. Aut quia id quod fertur differt. si sint eadem cætera:ob ponderis aut leuitatis excessum. Atq; id quidem per quod fertur causa est:propterea quod impedit: maxime quidem si econtra feratur. Minus autem si maneat:& magis id quod non est facile diuisibile: quale ẽ id quod magis est crassum. Pondus igitur A. per B. quidem medium. in tempore C. feret. Per D. uero subtilius quidem illo: longitudine uero æquale:in tempore E. impedientis corporis ratione. Sit enim B. quidem aqua:D. autem aer. Quanto igitur aer aqua subtilior:tãto celerius A. pondus per D:q̃ per medium B. feretur. ut patet. Habeat igitur eandem rationem ad celeritatem celeritas: qua distat aer ab aqua. Quare si in duplo sit aer aqua subtilior:duplo in tempore B. medium pertransibit ad id tempus in quo per medium D. feretur:& C. tempus duplum erit temporis E:atq; quo subtilius est minusq; impedit. atq; facilius scinditur id per quod fit transitio:eo pondus A. celerius semper feret. At uacuum nullam rationem habet:qua a corpore exceditur:quemadmodum neque ipsum nihil ad numerum. Nam si quatuor uno quidem. tria pluribus uero duo: & pluribus etiam:q̃ duo unum excedunt: nullam profecto rationem ulterius habet:qua nihilũ ipsum excedunt. Id enim quod excedit:in excessum ipsum: & in id quod exceditur necesse est diuidatur. Quare ipsa quatuor erũt id quo excedunt. Et nihil. Iccirco neq; linea punctum excedit:si non componatur ex punctis. Similiter & uacuũ nullam ad plenum rationem habere potest:quare neq; etiam motus.



Sed si per subtilissimum tãto motu tanto in tempore põdus A. fertur:per uacuum si omuebitur. omnẽ pfecto rationẽ exuperabit. Sit.n. F. uacuum longitudine æquale B. & D. plenis: Pondus igitur A. si transierit:Atq; aliquo qdẽ i tpe qđ sit G:minore uero q̃ ẽ tẽpus E. fuerit motũ hanc profecto rationem & uacuum habebit ad plenum: quam ad tempus tempus habebit.



Sed tanto in tempore quantum est G pleni D partem aliquam transiert pondus A: Sitq; illa DK.



Transierit autem A pondus medium ipsum F: si ea etiam ratiõe differat subtilitate ab aere: quam E tempus ad G tempus habet. Nam si corpus F tanto subtilius sit ipso O: quanto tempus E tempus excedit G econtra ꝓfecto põdus A trãsierit illud celeritate tanto in tempore: quãtum est tempus G: si per illud feratur. Si igitur nullũ in F fuerit corpus: celerius adhuc per illud sane mouebitur. At in G tempore motum iam erat. Quare põdus A æquali in tempore plenũ & uacuũ pertransibit. At hoc fieri neq;.

Si igitur tempus aliquod erit: in quo ꝑ uacuum quoduis corpus mouebitur: hoc eueniet impossibile ut ex hisce quæ diximus patuit. In tẽpore eni æqsi quippiam plenum atq; uacuũ pertrãsibit. Erit eni sic aliqd' corpus ad corpus: ut ad tẽpus est tempus. Vt in summa ãt dicã manifesta ẽ huiuscæ causa ca cidentis. Nam motus qdem omnis ad motũ ẽ rõ: Est enim in tempore: & omnis tpis item ad tempus: mõ sint ambo finita. Sed uacui ad plenum nulla ꝓrsus esse rõ põt. Hæc igitur eueniunt ob eorũ differentiam per q̃ corpora motu cienť. Eorũ aũt q̃ feruntť excessu eueniunt hæc: Cernimus enim ea corporum quæ plus aut grauitatis aut leuitatis habẽt momenti: modo eadem ipsius insit figura: celerius ꝑ æq̃le spaciũ ferri: eaq; ratione quam inter sese habent. Quare & per uacuũ ita ferenť. At fieri profecto nequit. Quam enim ob causam celerius mouebunť in plenis enim id necessario fit maius enim celerius ui sua mediũ diuidit. Nam id qd' ferť: aut est iactũ: figura diuidit aut momẽto qd' hẽt. Aequalis igitur celeritatis omnia erũt. At fieri nequit. Patet igiť ex hisce quæ diximus: si uacuũ: sit: contrariũ illius accidere: propter qd' uacuum esse probant qui ipsum asserũt eẽ. Hi nãq; si motus is erit qui loco accomodať: uacuũ separatũ per se esse putant. Hoc aũt perinde est atq; si sepatũ quid locũ asserũt esse. Q d' qdẽ eẽ nõ posse prius ẽ demõstratũ.

At uero si per se quoq; ipsum cõsiderabimus uanũ id qd' uacuũ diciť atq; inane uere uidebiť: Nam ut si in aqua quispiã cubũ posuerit: tãtũ aquæ cedet quãtus est ipse cubus sic & in aere fiet: sed sensu nõ patet. Et semp omne corpus qd' ferri põt: ad id ad quod aptũ est ferri nisi denseť: aut ad infera si sit terra: aut ad supera si sit ignis: aut ad utraq; ferať cedẽdo necesse est: siue cubus: siue quoduis aliud in ipso corpus ponať. Q d' ferri põt ad id qd' est aptũ ferri: nisi denseť. At hoc qdẽ i uacuo fieri nequit: q̃ppe cũ non sit corpus. Cubũ aũt æquale uacui spaciũ penetrasse uidebiť: ꝑinde atq; si aqua ligneo cubo non cederet: neq; aer sed ipsum oĩa penetrarent. Atq; cubus ẽt tãtam magnitudinẽ hẽt: quanta ẽ ea uacui q̃ occupať ab ipso. Quæ & si calida ẽ aut frigida: & grauis: aut leuis: non minus tamẽ ob hoc rõne ab uniuersis affectibus est diuersa: ẽt si nõ ab illis sit sepabilis. Dico aũt ipsam lignei cubi molẽ. Quare ẽt si ab illis oĩbus fuerit sepata: & neq; grauis fuerit neq; leuis: æquale sibi spaciũ occupabit: ĩ eadẽq; loci uacuiue ꝑte sibi æq̃li erit ut patet: Quonam igitur cubi moles ab æq̃li uacuo differet atq; loco. Et si duæ tales simul fuerit moles cur: & quotquot uolueris in eodẽ non erũt. Vnũ igiť hoc absurdũ ac impossibile sequiť.

Præterea patet id cubũ ipsum habere cum transfertur: quod & uniuersa cætera corpora habent. Quare si nihil a loco differat: cur corporibus facere locum oportet præter uniuscuiusq; molem: si moles sit affectuũ expers. Nihil enĩ confert: si tale circa ipsam aliud spacium sit æquale. Ex his igitur patet in ratione rerũ uacuũ separatũ non esse.

Capitulum quintum.

Sed sunt qui putãt per raꝝ ac densum patere uacuũ esse. Nam si non sit rarum ac densum: neq; fieri potest ut corpora coeãt atq; præmantur. Quod si id non sit: aut motus oĩo non erit: aut uniuersum fluctuabit ut inquit Xuthus. Aut in aerem æqualem atq; aquam fieri mutationem sẽp oportet. Hoc inquam pacto ut si ex aqua poculi unius oriaẽ aer: tãtã simul aqua ex æquali aere generetur: aut necesse est uacuũ esse: alio nãq; modo fieri nequit ut corpora constringantur ac dilatentur. Si igitur id inquiũt esse rarũ qđ habet multa uacua separata: patet si uacuũ separatũ esse non possit: sicut neq; locus spaciũ habens: neq; rarũ in ratione rerũ sic esse. Si uero non separabile. Sed tamen in esse quid uacuũ dicũt: minus quidem est hoc impossibile. Accidit aũt primo qdem: non omnis motus causam uacuũ esse: sed eius dũtaxat: quo supera loca petunẽ. Rarũ enim leue est. Quapropter & ignem rarũ inquiũt esse. Deinde nõ eẽ uacuũ motus sic cãm: ut in ipso qđ moueatur. Sed ut utres mouẽt id sursum: quod adiũctũ est ipsis ex eo qđ sursum ipsi ferunẽ: sic & uacuũ sursum mouere. At quonam pacto latio uacui potest uel locus esse. Vacui nanq; uacuũ id erit ad qđ fereẽ. Præterea quã cãm assignabũt qua graue deorsum ferẽ. Et insuper patet si quãto rarius quippiã magisq; uacuũ est: tãto celerius sursum fereẽ: qđ uacuũ sit omnino: sursum id uel celerime ferri. At forsitã & hoc moueri nõ põt: ut enĩ demõstratũ est in uacuo cũcta imobilia: sic eadẽ rõne uacuum ẽt demonstrabiẽ immobile esse. Celeritates enim Comparari nõ possunt. At enim cũ uacuũ qdem non esse dicamus: cætera aũt uere sint dubitata: & hæc considerare mus oportet. Nam aut motus non erit si raritas densitasue nõ erit: aut inundabit coelum: aut aqua ex aere: & aer ex aqua sẽp orieẽ æqualis. Patet enĩ plus aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igiẽ si corpora non præmanẽ atq; denseẽ: aut id qđ hæret efficiat tandem expulsum: ut ultimũ turgeat atq; tumescat. Aut alio ĩ loco æqualis aqua ex aere fiat ut tota moles æqlis sit uniuersi: aut nihil penitus moueaẽ. Sẽp enĩ cũ aliquid mouetur id accidet: nisi uertẽ. At non uniuersa uersanẽ: sed sunt & ea q̃ recto motu cienẽ. Illi igiẽ ob hæc ipsa uacuũ qđ dicerẽt esse. Nos aũt ex hisce quæ iã cõcessa sunt dicimus materiã unã esse contrariorũ caliditatis inq; atq; frigiditatis: & cæterarũ naturaliũ contrarietatum: & ex ente potẽtia ens actu fieri. Atq; non eẽ qdem ipsam materiã separabilẽ: rõne uero esse diuersam. Et unã numero coloris si forte fuerit & caliditatis atq; frigiditatis. Et corporis item materiam eandem magni ac parui. quod qdem ex eo maxime patet. Nã si factus est aer ex aqua: eadem materia facta est aer: nulla re ĩsuper alia assũpta. Sed qđ erat potentia: id tandem factum est actu. Et rursus simili modo si orta est ex aere aqua. Eadem nanq; materia nunc in magnam ex parua: nunc in paruam ex magna uertiẽ molem. Simili igitur modo: si & aer ex maior stringitur ĩ minorẽ: & ex minore rursus in maiorem extenditur molem: materia ipsa quæ est ambo potentia fit uicissim utrunq;. Nam ut ex frigido calidum eadem: & ex calido frigidum fit: quia potẽtia erat ambo. Sic & ex calido fit magis calidum: nulla prorsus ipsius parte: tunc emergente calida quæ non erat antea calida: cum calida minus erat. Quemadmodum neq; circunferentia circuli ĩ minoris ambitum ẽ redacta: siue sit eadem siue sit alia: pars ipsius nulla facta ẽ curua: quæ nõ erat antea curua sed recta. Non enim ex eo q̃ppiam minus aut magis ẽ tale: qđ id in

termittit̃ quo minus aut magis dicit̃ tale. Neq̃ fit ut flammæ pars ulla sumat̃: in qua caliditas albedoq̃ non sit. Quare & ipsa moles sensibilis non ideo extendit̃ aut constringit̃: qa materies aliquid insuper accipit: aut abiicit: sed quia ipsa materies utrũq̃ subire potest. Quo fit ut idem sit rarũ & densum: & utriusq̃ materies una. Atqui densum qdẽ est graue: rarum autem leue. Duo nanq̃ comitant̃ utrũq̃: graue enim & durum dẽsa esse uident̃: leue uero ac molle rara. Verũ in plumbo ac ferro graue durumque discrepant. Ex his igitur quæ dicta sunt patet: neq̃ separatũ: aut simpliciter aut i raro: neque potẽtia uacuũ esse: nisi quispiam uoluerit omnino uacuũ id appellare: quod est causa lationis. Hoc autem pacto grauis ipsius leuisq̃ materies ut est talis: uacuũ erit. Rarum enim ac dẽsum ac qdem contrarietate lationis sunt affectiua. Ratione uero duri mollisue causa sunt facilis difficilisue passionis: & non lationis: sed potius alterationis. Sed de uacuo quidem quo pacto est: & quo pacto non est in ratione rerum: hoc sit modo determinatum.

Tractatus tertii Capitulum primum.

POst hæc aũt consequens est de tempore pertractare. Atq̃ primo quidem dubitandum est de ipso: & per rationes exteras: si sit in ratione rerũ nec ne. Deinde contemplãdum est: quæ nam sit ipsius tandem natura. Ex his itaq̃ tempus non esse penitus: aut uix esse exigue quispiam suspicabit̃. Nam aliud fuit ipsius atq̃ nõ est: aliud est futurum & nondum est. Ex hisce aũt constat & infinitũ & quod semper accipit̃ tempus. At hoc in ratione rerũ esse: quod ex hisce quæ non sunt constat: impossibile esse uidetur. Præterea partibus omnis rei si sit: necesse est cũ est: aut omnes partes: aut nonnullas esse. At temporis quod quidem esse partibile constat: aliæ partes trãsactæ: aliẽ futuræ sunt: nullaq̃ penitus adest. Ipsum autem nunc partem non esse constat: pars nãque metitur: at ipsum nunc non metitur. Ex partibus præterea constet totum oportet. At tempus ex ipsis nunc non uidetur constare. Insuper ipsum nunc quod præteritũ distinguere futurũq̃ uidet̃: utrum unũ idem semper permaneat: an aliud sit: atq̃ aliud: nõ discerni facile põt. Nã si sit aliud atq̃ aliud semp cũ plures partes tẽporis nullæ simul: nisi altera contineat̃ ab altera perinde atq̃ minus a maiore tẽpore cõtinetur. Atq̃ id qd nunc quidem non est: antea uero fuit: necesse sit aliquando esse corruptum: ipsa nũc profecto simul non erunt. Prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igit̃ corruptum esse non potest: propterea quod tunc est: In alio uero nunc qui fieri potest ut sit corruptum. Sit enim hoc impossibile: ipsa nunc sibi herere: ut puncto punctum. Si igitur non in eo quod est deinceps corruptũ est: sed in alio: in ipsis profecto nunc mediis simul erit: quæ quidem sunt infinita. At fieri nequit. At uero neq̃ idem semper permanere potest. Nullius enim diuisibilis finiti finis est unus: siue ad unum: siue ad plura cõtinuum sit. At ipsum nunc finis est: tempusq̃ sumi finitum potest. Præterea cũ simul esse tempore: & neq̃ prius neq̃ posterius nihil aliud sit: q̃ in eodem nunc esse: si priora posterioraue in hoc nunc sunt. Ea profecto quæ ante centies centenos annos sunt facta: simul cum his erunt quæ hodierno die conficiuntur: & neq̃ prius quicquã alio neque posterius erit. De his igitur quæ insunt tempori tot sint dubitata.

Capitulum secundum.

SEd quidnam sit tempus: & quæ sit ipsius natura similiter est obscurum: & ex iis quæ a maioribus nostris tradita sunt: & ex iis quæ nuper a nobis sunt dicta. Quidã .n. uniuersi motũ: qdã sphærã ipsam tẽpus eẽ dixerũt. Quoꝝ neutrũ ueꝝ est. Eteni cõuersionis pars: tẽpus est quoddã. Conuersio uero non est. Pars enim cõ-

uersionis est id quod sumptum est: non conuersio. Praeterea si plures essent coeli motus uninscuiusq; similiter tēpus eēt. Q uare plura tempora simul essent. Sphaeram autē uniuersi quidam adeo tempus esse putarunt: quia & in tempore & uniuersi sphaera sunt cuncta. Sed hoc adeo stultum est: ut superuacaneum sit ea impossibilia: quae sequuntur considerare. Cum uero motus quidam atque mutatio quaedam: tempus esse maxime uideatur: id si sit consideremus oportet. Mutatio igitur motusue in ipso est quod mutatur dumtaxat: aut ubi id est quod mouetur: atq; mutatur. At tempus ubiq; ē aeque: & apud omnia. Praeterea mutatio quidem omnis celerior est atq; tardior. At tempus non ē. Tardum enim & uelox tempore est diffinitū. Nam id quidem est uelox quod in breui tēpore magnū: id autem tardum quod in lōgo paruū spaciū trāsit. At tempus nec ut q̄tū qd est: nec ut quale: tempore diffinitur. Tēpus igitur non esse motū: satis iam patuit. Atq; nihil impraesentiarū interfit: utro nomine motu an mutatione utamur. At uero nō sine mutatione tempus esse uidetur. Nā cū ipsi nihil mēte mutamur: aut nō animaduertimus nos esse mutatos: nō uidet̄ nobis tēpus fuisse. Q uēadmodū nec hisce qd' ferunt in sarde apud heroas dormire cum fuerint expreсti: Cōiūgunt enim nunc ipsa: prius inquam: atq; posterius: unūq; faciunt: mediū ob sensus occupationem tēpus excipientes. Vt igit̄ si nō aliud: atq; aliud: sed unū ideq; nūc esset: Tempus sane non esset. Sic & cū lateat aliud atq; aliud esse: mediū ipsum non esse tēpus uidet̄. Q uod si tunc fit ut tempus esse non arbitremur: cū nullam diffinimus mutationē: sed in uno atq; indiuisibili anima manere uidet̄. Cū uero senserimus diffinierimusq; mutationem: tunc tempus fuisse dicimus. Patet profecto sine motu: mutationeue: tempus non esse. Q uae cum ita sint: patet tempus: nec motū esse: nec esse etiam absq; motu. Q uoniam aūt quidnam sit tempus quaerimus. sumamus oportet hinc ordientes: quidnam ipsius sit motus. Nam simul motū tempusq; sentimus. Etenim si tenebrae sint: & nihil per corpus afficiamur: motus autē insint in anima: cōtinuo sane quoddam etiam simul fuisse tempus uidet̄. At cum tempus etiam quoddā uidet̄ nobis fuisse: simul tūc & motus fuisse quidam uidet̄. Q uibus efficitur: ut tempus aut motus sit: aut aliquid motus. Cum igit̄ motus non sit. Necesse est ipsum aliquid motus esse. Cum aūt id quod mouet̄ ex quodā in quoddam proficiscatur: magnitudoq; omnis continua sit: motus profecto magnitudinē sequit̄. Q uia nanq; magnitudo continua est: ideo & motus continuus est. At quia motus continuus est tempus continuū est. Q uantus enim est motus: tantū & tempus semper fuisse uidet̄. Atqui prius & posterius in loco est primo atq; positione. Cū uero in magnitudine sit: in motu quoq; similitudine rationis prius esse posteriusue necesse est. At uero prius atq; posterius in tempore etiam est: ex eo sane qa semper alterū ipsorū alterū seq̄t̄. Prius aūt i motu posteriusue subiecto quidē est motus. Ipso autem esse diuersum est: & non est motus. At qui tempus quoq; cognoscimus: cum motum definimus: priore posterioreue definientes. Atq; tunc fuisse dicimus tempus: cum prius in motu posteriusue senserimus: hoc ipso autem definimus: quod aliud atq; aliud ipsa: & alind quid inter ipsa medium esse existimamus. Nam cum extrema alia a medio intelligimus esse: & animus ipsa nunc duo dicit: alterum prius: alterum posterius: tunc & hoc ipsum tempus dicimus esse. Q uod enim ipso nunc definitur: id tempus esse uidetur & supponitur. Cum igitur ipsum nunc ut unum sentimus: & non aut ut prius in motu posteriusue: aut ut idem quidem: prioris uero cuiusdam posteriorisue tempus tunc nullum fuisse uidetur: quoniam neque motus. Sed cum prius sentimus atque posterius: tunc & tempus dicimus esse. Hoc enim est tempus numerus motus per ipsum

prius posteriusue. Non ergo tempus est motus: sed ut motus ipse numerum habet. Id ita esse hoc iudicat signum: nam plus quidem & minus numero: plurem uero minoremue motum tempore solemus discernere. Tempus ergo numerus quidam est. Cũ uero duplex sit numerus. Nam & id quod numeratur: ac numerabile. Et id quo nũeramus numerum dicimus id quod numeratur non id quo numeramus ẽ tempus. Sunt autem id quo numeramus: & id quod numeratur: non eadem sed diuersa.

Capitulum tertium.



Tq; ut motus alius est atq; alius: est sic & tempus. Tempus autem omne quod est simul: est idem. Nã ipsum nunc idem est subiecto: Esse aũt ipsius diuersum est. Ipsumq; tempus metitur: ut prius atq; posterius est. Atq; tũ est idem: tũ non est idem: nam ut est quidem in alio atq; alio differt. Atq; hoc pacto est ipsum nunc. Subiecto uero est idem. Etenim motus magnitudinem sequitur: & tempus motum: ut diximus quo fit ut & id quod fertur: quod motum & prius in ipso posteriusue cognosci mus punctum sequatur. Hoc igitur subiecto quidem est idem. Est enim: aut punctum: aut lapis aut aliquid aliud tale. Ratione uero diuersum: perinde atq; sophistæ: coriscum in lycio: coriscum in foro esse: sumunt esse diuersa. Et hoc igitur ut alibi est: atque alibi ẽ diuersum. At ipsum nunc sequitur id quod fertur: perinde atq; tempus sequitur motum. Ipso nanq; quod fertur prius in motu posteriusue cognoscimus. Prius uero posteriusue ut numerabile est: ipsum profecto est nunc. Quare & hoc ipsum subiecto quidem est idẽ. Est .n. prius aut posterius quod est in motu. Ipso autem esse diuersum est: prius nãque posteriusue ut numerabile est ipsum est nunc. Est etiam hoc maxime nunc. Nam & motio ob id quod mouetur: & latio ob id quod fertur est nota. Est enim hoc aliquid id quod fertur. Motus uero non est. Est igitur tum idem id quod nunc dicitur semper: tũ non idem. Quippe cum & id quod fertur tales subeat modos. Patet etiam nunc ipsum non esse si tempus non sit: & tempus non esse: si non sit ipsum nunc. Nam ut simul sunt id quod fertur: & latio: sic & numerus eius quod fertur: & numerus ipsius etiam lationis sunt simul. Est enim tempus quidem numerus lationis. Ipsum autem nunc: eius quod fertur: perinde atq; unitas numeri. Est præterea tempus ipso nunc continuum atque diuisum. Hoc enim ad lationem: & ad id quod fertur accomodatur. Nam motus ac latio una est: ipso sane quod fertur: Propterea quod unum est & non subiecto. Sic enim intercapedines esse possunt: sed ratione. Distinguit etiam hoc priorem posterioremque motum. Atq; hoc etiam accomodatur. quodammodo puncto. Etenim punctum & continet longitudinem & distinguit. Nam huius principium est illius finis. Verum cum hoc pacto quispiam ipsum sumit: ut ipso tanq̃ duobus utatur: tunc stetur necesse est: si punctum idem principium erit ac finis. Ipsum autem nunc quia id quod fertur mouetur aliud est atq; aliud semper. Quare tempus est numerus: non hoc sane quod nunc ipsum perinde atq; punctum: idem principium sumitur atq; finis: ob id porro quod antea diximus. Tunc enim erit usus medii puncti tanq̃ duorum. Quare fiet ut stetur. Sed hoc potius: quod eam in hoc ipso nunc subeunt rationem: q̃ extrema lineæ in eadẽ. Atq; non ut partes. Patet enim neq; nũc ipsum temporis esse partem: neq; diuisionem motus quemadmodum neq; puncta sunt lineæ partes: sed duæ lineæ semper. Ipsum igitur nunc ut est quidem finis: tempus non est sed accidit. Vt autem numerat: numerus est. Nam fines quidem illius sunt solum: cuius sunt fines. Numerus autem horum equorũ denarius inquam & alibi etiam est. Patet igitur tempus numerũ esse motus per prius posteriusue: & continuum etiam esse: cum sit continui numerus uti diximus.

Capitulum quartum.


NVmerus autem minimus absolutus quidam est dualitas iquam ipsa: quidam autem partim est partim non est. Veluti lineæ multitudine quidem minimus est. Duæ inquam lineæ: aut una. Magnitudine autem esse non potest. Omnis nãque linea diuiditur semper. Quare similiter & tempus. Numero quidem minimum unum: uel duo. Magnitudine uero non est. Perspicuum etiam est: & cur uelox quidem ac tardum non dicitur. Multum autem & paucum & longum ac breue dicitur. Quo nanque continuum est, hoc longum & breue. Quo uero numerus est hoc multũ ac paucum dicitur. Velox autem & tardum non est: quippe cum neq; numerus quo nu meramus uelox ullus sit itaq; tardus. Est etiam idem simul ubiq;: non est aũt idem tẽpus prius posteriusue. Quoniam & mutatio præsens quidem est una: facta uero: futuraq; alia. Tempus autem numerus est: non quo numeramus: sed qui numeratur. Atque hoc sane aliud est prius atq; posterius semper. Nam ipsa nunc alia sunt ut patet. Est autem unus idemq; numerus centum hominum centumq; equorum. At ea quorum ẽ numerus: equi iquam & homines sunt diuersa. Præterea ut motus idem ac unus iterum atque iterũ esse potest: sic & tempus idem unumq; esse potest: uel ut annus: uer: autũnus.

Atqui non solum tempore motum: Sed etiam tẽpus motu metimur: ex eo sane: quia a sese uicissim definiuntur. Nam tempus quidem definit motum: quippe cum sit ipsius numerus: uti diximus. Motus autem tempus: Atq; multum paucumue dicimus tempus motu metiẽtes ipsum: perinde atque numerũ re numerabili numerabimus: ut uno equo numerum ipsum equorum. Etenim numero quidem multitudinem equorum. Vno aũt equo numerum ipsum rursus equorum cognoscimus. Similiter fit & in tempore atque motu. Tempore nãq; motum: motu uero tempus metimur. Idq; accidit nõ sine ratione profecto. Sequitur enim magnitudinem motus: & tempus motũ: hoc sane quo quanta & cõtinua atq; diuisibilia sunt. Quia nãq; magnitudo est talis: ideo motus his est affectus. Tempus autem ob motum est tale: atq; metimur & magnitudinem motu: & magnitudine motum. Nam si ambulatio multa sit: uiam multam dicimus esse: & hanc rursus multam: si uia sit multa. Similiter & tempus si motus: & motum si tempus.

Capitulum quintum.

CVm autem tempus mensura sit motus: ipsiusque moueri: mensuret autem motum definiendo motum aliquem: quæ metietur totum: ut longitudinem ulna metitur: definiendo magnitudinem aliquam: quæ totam longitudinem metietur. Patet & motum in tempore esse: hoc esse sane: ipsum inquam & esse ipsius tempore mensurari. Nam simul & motum: & esse motus metitur: & hoc est ipsum in tempore esse: mensurari ipsius esse. Et cætera etiam in tempore esse: hoc esse plane: ipsorum inquam esse a tempore mensurari. In tempore enim esse duo significat. Vnum tunc esse: cũ tempus est. Alterum eo modo quo dicimus aliqua numero esse: hoc autem aut partem numeri: uel affectum: & oĩno quid numeri significat esse: aut ipsius numerum esse. Atq; cum tempus sit numerus: nunc quidem ipsum & prius & istiusmodi cætera sic in tempore sunt: ut unitas est in numero: & par atq; impar. Hæc enim aliquid numeri. Illa temporis aliquid sunt. Res autem in tempore sunt: ut in numero. Quod si ita sit: res a tempore ut a numero continentur: quemadmodum & a loco ea quæ sunt in loco. Patet autem & in tempore esse: non hoc esse. Tunc inquam esse cum tempus est: quemadmodum nec in motu: aut in loco esse hoc est: tunc esse cum motus: aut cum locus est. Si enim in aliquo esse sic erit. Omnes profecto res in quouis erunt: & cœlum in milio

rit. Nam cum milium est:& cælum etiam est. Verum hoc quidem accidit:illud autem sequatᷣ necesse est:ut tempus sit cũ aliquid est in tẽpore:& motus sit:cum aliquid est in motu. Cũ igitur in tẽpore esse sit in ipso esse:tanq̃ in numero: maius quid tempus oĩ eo quod in tempore est sumetᷣ. Quapropter oĩa quæ sunt in tẽpore a tẽpore cõtineanᷣ necesse ẽ:queadmodũ & cætera quæ in aliquo sunt ut a loco ea quæ sunt ĩ loco. Et patiãtur etiã aliquid a tẽpore queadmodum & dicere consueuimus:nunc tempus consumere:nunc tẽpore cuncta senescere:nunc ob tẽpus itidem obliuisci:sed nõ didicisse nec adoleuisse:nec pulchrũ etiam euasisse. Corruptionis enim per se magis est causa tempus. Est enim numerus motus. Motus autem id quod inest extrudit. Quæ cum ita sint: Patet ea quæ sunt semper. hoc ipso sane quod semper sunt:in tempore non esse. Non enim a tempore continenᷣ: nec ipsorum esse a tempore mensuratur. Signum huius est ipsa nihil a tempore pati. ꝓpterea q̃ in tẽpore nõ sunt. At uero cũ tempus mẽsura sit motus:erit & quietis mensura per accidens. Est.n.in tẽpore quies oĩs:nõ.n.ut oẽ qđ ẽ in motu:sic & id quod est in tpe moueatᷣ necesse est. Tẽpus nãq; nõ motus ẽ:sed numerus motus:in numero aũt motus & id esse potest quod quiescit. Nõ eni oẽ quod immobile ẽ quiescit: sed quod caret motu:atq; ut moueatur est aptũ: ut & antea diximus. Esse aũt quippiam ĩ numero:id ẽ ut diximus:esse numerũ ipsius quendã & mẽsurari ipsius eẽ:eo sane numero ĩ quo diciᷣ eẽ. Quare si est in tpe a tpe mẽsurabiᷣ. Metieᷣ aũt tẽpus:& id quod moueᷣ: & id qđ quiescit: illud ut moueᷣ: hoc ut quiescit. Nã alterius ipsorũ motũ. Alterius quietẽ quãta q̃dã sit metieᷣ. Quare id quod mouetur nõ a tẽpore mẽsurabile simpliciter erit:ut quãtum est quoddam:sed ut motus eius est quantus. quibus efficiᷣ:ut ea nõ sint in tẽpe:q̃ neq; mouentur:neq; quiescunt. Esse enim ĩ tpe ẽ tpe mẽsurari. Tẽpus aũt motus ẽ quietisue mensura. Patet igiᷣ: neq; oĩa quæ non sunt in tẽpore esse. Ea enim non sunt in tpe:quæ nõ possunt aliter se habere. Vt diametrũ eẽ cõmensurabilẽ costæ. Oino enim si tẽpus mensura est:motus qdẽ per se:cæterorũ uero per accidẽs. Patet quorũ esse mẽtitur:eorũ oĩum esse in quiete uel in motu consistere. Quæ igitur sub corruptionem generationẽq; cadunt:atq; oino nunc sunt: nunc non sunt:ea in tempore esse necesse est. Est enim maius quid tempus:quod esse ipsorum excedet:& id tempus quod ẽ illius æq̃ mensura. Cum autem ea quæ non sunt: partim contineantur: partim non cõtineantur a tempore. Eorum quæ tempus cõtinet quædam olim erant. Vt Homerus:quædam erũt ut aliquid futurorum:quæ quidem altera ex parte continet tempus. Quod si sint quæ ad utrãq; partem continet tempus: illa modum utrunque subeunt. Erant enim ac erũt. Ea uero q̃ neutra ex parte cõtinet tẽpus: neque erant:neq; sunt:neq; erunt. Sunt autẽ ea: quorum opposita semper sunt: Veluti diametrum incommensurabilem esse costæ semper est. Atque hoc non erit in tempore: neque igitur illud erit diametrum inquam incommensurabilem esse costæ. Quapropter semp non est:quod contrarium est ei quod semper est. Quorum uero contrarium non sem per est:ea & esse & non esse possunt: atque ipsorum ẽ & generatio & corruptio.



Capitulum

Capitulum sextum.


Psum aūt nūc continuatio tpis est: ut antea diximus. Præteritū eni & accedens tempus coniungit:atq; ultimum omnino temporis est. Est enim huius quidem principiū illius aūt finis. Vex hoc non ut in puncto manēte patet. Diuidit etiā potētia tēpus:atq; ut tale est: diuersum est semp. Vt aūt cōiungit:semper est idem: ut in mathematicis lineis fieri solet. nō enim idem semp unūq; punctū est cogitatione. Cum enim diuidimus: aliud est atq; aliud punctū. At quo linea est una: hoc idem est penitus punctum. Sic & ipsum nunc partim temporis est diuisio potentia: uti diximus: partim finis est utrorūq; ac unio. Est aūt idem & per idem diuisio atq; unio. At esse non idem ē.

Ipsum igitur nunc hoc uno dicit mō. Alio uero mō tēpus huic propinquū. Dicimus enim nūc accedet quia hodie ueniet. At res quæ actæ sunt alii: nō nūc fuisse dicimus: neque eluuionē quāq: tēpus continuū est usq; ad illa. Sed quia non sunt ppe: ideo non illo modo dicunt. Ipsum autē olim tēpus est ad prius atq; posterius nūc definitū: ut olim capta est troia: & olim eluuio erat. Oportet enim finitū ad ipsum nūc esse: erit ergo atque tempus quoddā ab hoc ad illud utrūq; terminatum. Quod si nullū est tēpus quod non sit olim: omne sane tēpus erit finitū. Deficiet ne igitur tandem. At id fieri neq; si sem per est motus. Aliud ne igit atq; aliud erit: an idē sæpe redibit. An ut motus ita sese habet & tēpus ut patet: nā si unus idemq; sit: & tēpus idem ac unum erit. Sin uero non sit: nec illud unū idemq; redibit. Cū aūt ipsum nunc finis sit atq; pricipiū tpis: non tamē eiusdem sed transacti quidē finis: principiū aūt consequentis. Vt circulus in eodē quodā modo curuū & concauū habet: sic & tempus i principio est semp: ac fine. Et ppterea semper aliud aliudq; uidetur: non enim ipsum nūc pricipium ē & finis eiusdē. Simul .n. & per idem opposita numero essent: non ergo tēpus deficiet: qppe cum ipsum sit i principio semper. Ipsum autē iam pars futuri præteritiue tpis est indiuiduo nunc instanti propinqua. Quādo ambulabis aut ambulauisti: Iam ambulabo inquit aut iam ambulaui: quia tēpus in quo ambulabit uel ambulabit: est prope nunc ipsum istās: & non longe distat. Illum autē nō dicimus iam captum fuisse: quia longe ab istāti nūc distat. Ipsum autē nuper ea ps est præteriti tpis: quæ instāti nūc est ppinqua: quādo uenisti: nup in quiet: si tēpus instāti nūc sit ppiquū. Quondā aūt ps est eiusdē tpis lōge ab eodē nūc distans. Subito aūt dicimus: cū quippiam in tpe insensibili ob breuitatem dimotum est.

Mutatio autē omnis natura est dimotiua: atq; in tēpore omnia fiunt & corrumpunt. Quapropter sunt qui sapientissimum ipsum esse dicebant. At pithagoricus Paro rudissimū esse dixit: qa in ipso ēt obliuiscunt: rectius dicens. Patet igit corruptionis magis eē per se cām tps: q generationis: ut & antea diximus: mutatio nāq; p se quidē est dimotiua. Generationis aūt & ut qppiā sit cā per accidens est: Id indicat ex eo satis: quia nihil quidem fit nisi ipsum moueat aliquo mō: atq; qppiā agat. Corrūpitur aūt aliqd: etiā si non moueat: atq; hanc corruptionē a tpe fieri maxime dīe cōsueuimus: uex neq; hāc tēpus facit: sed hāc quoq; mutationē accidit i tpe fieri. Esse igitur tēpus: & quidnam: sit quotque modis nunc ipsum dicatur: & quid sit olim: quid iam: quid nuper: quid quondam: quid subito: satis per ea quæ dicta sunt explicauimus. His autem hoc peracto determinatis: patet omnem mutationem necessario in tempore esse: & omne quod mouetur in tempore moueri. Celerius enim & tardius in omni sane mutatione est: nam in cunctis ita uidetur. Dico autem id celerius moueri: quod prius ad id quod pergit uenit: modo sit id spacium uniformisq; motus. Velut in latione: si ambo super circunferentia aut super recta linea moueantur: & in cæteris simili modo. At ipsum prius in tempore est. Prius


enim atq; posterius ratione distantiæ ad ipsum nūc dicimus:ipsum uero nunc terminus est transacti atq; futuri. Quare cum ipsum nūc in tempore sit:& prius ipsum posteriusue in tempore erit. In quo nāq; nunc ipsum est: in hoc & distantiam ipsius nunc esse necesse est. modo autem contrario prius ipsum in præterito atq; futuro tempore dicitur:nā in præterito quidem id dicimus prius:quod longius ab ipso nunc distat:id uero posterius quod eidem propinquius est. In futuro autem id quidem prius:quod est propinquius illi. id uero posterius:quod ab eodem longins distat. Quare cū ipsum qdē prius in tēpore sit:omnem autem motū comitet ipsum prius ut patet:perspicuum est omnem mutationem omnemq; motum in tempore esse.

Capitulum septimum.

Dignum autem est consideratione:& quonam modo sese habet ad animam tempus:& cur in omnibus tempus esse uidetur:& in terra: & in mari:atq; in cœlo. An quia tempus cum mensura sit motus affectus est quidam ipsius uel habitus. Hæc autem mobilia cūcta sunt:In loco nanq; sunt uniuersa. Tempus uero ac motus simul potentia sunt atq; actu. Dubitauerit autem qspiam:si anima sublata tempus eē possit:nec ne. Nā si numeraturū esse non possit:neq; quiq̄ numerabile esse potest. Quare patet neq; numerū eē posse. Est enim numerus aut id quod numeratur:aut numerabile ipsum. Quod si nihil aliud aptum est numerare q̄ anima:& animæ mens:impossibile est:si aīa non sit:tēpus esse:nisi id quod subiecto est tēpus:si fieri pōt:ut sit sine anima motus. Ipsum enim prius atq; posterius est in motu:tempus aūt ē hæc ut nūerabilia sunt.

Dubitauerit ēt quispiā qualisnā motus tēpus est nūerus:an qualisuis. Generatur eni in tpe ac augetur:& alteratur itidem in tpe:atq; corrūpitur. Quo igitur motus ē. hoc motus cuiusq; tēpus numerus ē. Quapropter tēpus absolute motus continui:sed nō cuiusdā numerus est. At uero fieri potest:ut nūc & aliud moueatur:quorū utriusq; motus tempus numerus erit. Aliud ne igitur atq; aliud erit. Et æqualia duo tempora simul erūt:an unum tēpus motus metietur utrosq;. Omne nanq; tempus unum similiter est & simul: specie uero sunt eadem:& quæ non sunt simul. Nā ut si sint hi quidem canes:illi autē æq atq; utriq; sint semptem:idem est numerus utrorumq;: sic & eorum motuum qui simul incipiunt simulq; desinunt: idem est numero tempus:& si celerior alter forsitā est: tardior alter:& alter latio: alter est alteratio. Quāq̄ enim motus hisce differunt differētiis:idē est tamē tēpus alteratiōis latiōisue æquale si simul fiant: quippe cū & numerus sit idem canum æquorūue:quē diximus. Et propterea motus quidem diuersi: seorsumq; fiunt: tempus autem idem est ubique: quoniam & numerus eorum quæ sunt æqualia simulque unus & idem ubiq; est. At qui cum latio quidam sit motus & huius species sit cōuersio:unumquodq; autem uno quodam sibi numeretur propinquo unitates quidem unitate:æqui autem æquo. Tempus etiam hoc pacto tempore profecto quodam mensurabitur definito. Atq; motu quidem tempus. Motus autem tempore mensatur:sicuti diximus. Hoc autem ideo & quia quantitas motus ac temporis: ab eo motu qui definitus est tempore mensuratur si igit ipsum primum propinquorum omnium est mēsura:uniformis sane conuersio mensura potissimum erit:quoniam huiusce numerus notissimus est:ut patet. Atq; alteratio quidem uniformis non est:nec accretio:nec generatio: latio āt est. Quapropter & motus ipsius sphæræ tempus eē uidetur:quia cæteri motus hoc motu mensurant:& etiam ipsum tēpus. Propter hoc & id accidit:quod consuetum est dici. Res enim humanas & cæterarum eas quæ naturalem motum & ortū ac obitū subeūt: circulū eē dicunt. Idq; propterea:qd hæ uniuersæ tempore diiudicant:finēq; subeūt:ac

principiū:perinde atq; si reditione quadā hoc fiat.Etenim tēpus ipsum circulus quidā esse uidet̄. Hoc aūt ideo rursus uidet̄:quia talis lationis est ipsum mēsura:& a tali latione ipsum ēt mensuratur.Quare dicere rerum eas quæ fiunt ciurculū esse:est dicere tpis circulū quendā esse:hoc aūt ideo dicitur:quia tempus mensuratur ipsa conuersione.Id eni qd' mensuratur:nil alitud esse uidetur:præter id quod metitur:q totū plures mensuræ. Dicitur etiam recte numerum quidem eundem esse ouium atq; canum:si est æqualis quaternitatem autem non eandem:neq; quatuor eadem esse. Quemadmodum neq; trianguli sunt iidem : ii quorū alter ex æqualibus:alter inæqualibus omnibus lateribus constat:q̄q̄ eadem est uterq; figura:quoniam ambo trianguli sunt.Eadem enim aliqua eo dicuntur:cuius non differūt differentia :non eo cuius differentia differunt. Veluti trianguli dicti:differētia trianguli: differūt nō figuræ. Igit̄ triāguli quidē sunt diuersi:figuræ āt diuersæ non sunt:sed in eandem unamue cadunt diuisionem. figura nāq; talis quidem est circulus:talis aūt est triāgulus & hisce:talis quidē est æqualiū laterū:talis aūt inæqualiū.Sunt igitur eadē hi figura.Triū enim uterq; ē angulorū: at nō sunt triāgulus idē:& nūerus igit̄ dictus pari ratione idē ē sane.Nō enim numerus ipsorū differētia nūeri differt. Quaternitas aūt non eadem ē. Ea nāq; de quibus dicitur differunt : hæc enim canes sunt: illa oues.Sed de tempore quidem ipso: & de hisce quæ circa ipsum quidem sunt: ad hanc autem considerationem accomodantur satis iam diximus.



Explicit liber quartus.

Aristotelis De naturali auscultatione Liber quintus.

Capitulum primum.



Orum aūt q̄ mutant̄ aliud per accidēs mutat̄: ueluti cū ambulare musicū dicimus: qa id ambulat cui accidit musicū esse.Aliud.ex eo qa si huius aliqd mutat̄ simpliciter dicit̄ mutari : ut ea q̄ p ptes mutari dicūtur . Corpus enim sanat̄:qa oculus aut pectus sanat̄.Hæc uero ptes totius corpis sunt.At est aliqd qd' neq; p accidens mouet̄:neq; ex eo qa aliquid ipsius mouet̄:sed quare ipsum prio mouetur atq; hoc ē id qd' per se mobile ē.Est aliud in alio motu ut alterabile & alterabilis sanabile aut calefactibile. Similis est & ī eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet.Aliud pte quia ipsius aliquid mouet . Aliud per se primo:ut medicus qdē sanat: manus aūt pcutit. Cū autem sit qppiam quod primo mouet.& qppiā qd' mouet̄:& tēpus in quo:& præter hæc id ex quo:& id ad qd'. Oīs nāq; motus ex quoppiā in quippiam est.Aliud est.n.id qp primo mouetur: & id in

quod:atq; ex eo quo mouet᷑. Veluti lignū:& calidū:atq; frigidū:quorū aliud est qd᷑ :aliud ad qd᷑:aliud ex quo mouet᷑. patet motū in ligno esse:& nō i forma. Neq; enim forma, neq; locus:neq; ēt ipsum tātū mouet:aut mouet᷑. Sed est id qd᷑ mouet:& id quod mouetur:& id ad qd᷑ mouet᷑. Mutatio nāq; magis ab eo ad qd᷑ est:q̄ ab eo ex quo est nuncupat᷑. Quapropter corruptio mutatio est ad id qd᷑ nō est:& si id qd᷑ corrumpit᷑ ex ente mutat᷑. Et generatio ad ens ē mutatio:& si id quod generat᷑ ex nō ente mutat᷑. Quid igitur est motus prius est dictum. Formæ autem:& affectus:& locus: ad quæ mouentur ea quæ subeunt motū:imobilia sunt. Veluti sciētia:& caliditas. Dubitauerit tamē q̄spiā: si affectus sunt motus. Albedo aūt est affectus:ad motū enim erit mutatio. At fortasse nō albedo est motus:sed dealbatio. Est autem & in illis id quod est per accidens:& id quod est per partem atq; per aliud:& id etiam quod primo:& non per aliud est. Id enim quod dealbatur:ad id quidem quod intelligitur mutatur p accidens. Colori enim accidit ut intelligatur. ac colorem autem:quia album pars est coloris:& in europam:quia athenæ ps sunt europæ: ad colorem autem album per se. Patet igitur q̄uo per se q̄ppiā mouet᷑:& p accidēs:ac per aliud:& q̄uo idem primū est in mouente: & in subeunte motū:& motum non in forma: sed in eo quod mouet᷑:in ipsoque mobili actu. Mutatio igitur ea quæ ē per accidens omittatur:est enim in omnibus:& semp ac oium. Ea uero quæ non per accidens est:non in oibus est:sed in cōtrariis & inmediis & in contradictione: cuius fides e st ex inductione. Fit autem e medio mutatio:utit᷑ enim ipso ut cōtrario ad utrūq;. Est enim medium quodāmodo ipsa extrema. Quapropter & hoc ad illa & ad hoc cōtraria quodāmodo dicunt᷑:ceu media fidium grauis ad ultimā dicit᷑:& acuta ad primā. Fuscum ēt album ad nigrū dicitur, & nigrum ad album.

Capitulum secundum.



Vm aūt ois mutatio e quopiā sit ad quippiā:ut ipsum quoq; nomen significat. quorum aliud prius aliud posterius est. Id quod mutat᷑ :mutari quattuor modis potest. Aut enim e subiecto ad subiectū:aut e non subiecto ad non subiectū aut e non subiecto ad subiectū:aut e subiecto ad non subiectū mutat᷑. Dico autem id subiectū quod affirmatione significat᷑. Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est:eā quæ e subiecto est ad subiectū:& eam quæ e subiectū ad non:& eam quæ e non subiecto est ad subiectū. Ea nāq; quæ est e non subiecto ad non subiectū: non est mutatio:quia p oppositionem non est:neq; enim contraria:neq; contradictoria est. Ea igit᷑ mutatio quæ per contradictionē e non subiecto est ad subiectū generatio est:alia simplex quæ est simpliciter:alia quædam quæ est cuiusdā. Velut ea qdē q̄ e non albo ad album huius est generatio. Ea uero q̄ est ex eo qd᷑ non est simpliciter ad substantiam, generatio simpliciter est:q̄ qdē simpliciter fieri & non aliqd fieri dicimus. Ea uero q̄ ad non subiectū est ex subiecto corruptio est simpliciter:q̄ qdē:ea q̄ est e substātia ad ipsum non esse. Quædā aūt eā quæ est ad negationē oppositā:ut in generatione est dictū. Si igit᷑ id qd᷑ nō est multis dr̄ modis:& neq; id moueri pōt:qd᷑ in cōpositione diuisioneq; consistit: neq; id qd᷑ est potentia:qd᷑ qdē ei opponit᷑ qd᷑ est simpliciter. nā id qdē qd᷑ est non albū:aut nō bonū: moueri per accidens pōt. Esse.n. id hō pōt:qd᷑ est nō albū. Id aūt qd᷑ non hoc simpliciter est:nullo pacto moueri pōt. Fieri enim nō pōtut id qd᷑ nō ē moueat᷑. Impossibile est profecto generationē esse motū:id enim qd᷑ haud est generat᷑. Nā & si q̄maxime p accidēs generatur:uere tamē de eo qd᷑ simpliciter generat᷑ id dici pōt:ipsum nq̄ id eē:qd᷑ haud est. Simili sane mō fieri ēt nequit:ut ipsum idē quiescat. Hæc igit᷑ difficilia accidūt huic moueri inq̄ id qd᷑ nō ē:& si oē qd᷑ mouet᷑ i loco sit:id aūt qd᷑ nō ē i loco nō sit:erit eni alicubi:id p̄fecto qd᷑ haud ē nō mouet᷑. Neq; ergo corruptio motus ē motui nāq; motus cō-

trarius eſt:aut quies. At corruptio contrariũ eſt generationi.Cũ autem oĩs motus ſit quæ
dam mutatio:tres uero ſint mutationes:quas diximus.Q uarũ duæ quæ in cõtradictiõe
conſiſtunt:generatio inquam atq; corruptio:motus non ſint uto ſtendimus:motum eam
eſſe ſolum mutationem neceſſe eſt:qua e ſubiecto ad ſubiectum acceditur.Subiecta ue-
ro aut contraria ſunt aut media.Etenim priuatio ponatur contrarium:Atq; nudum:& al
bum:ac nigrum: affirmatione ſignificantur.

Capitulum tertium.

S I igitur prædicamenta diuiſa ſint: & aliud ſit ſubſtantia aliud quantitas: aliud
qualitas:aliud ubi:aliud ad aliqd:aliud actio:aliud paſſio : tres eſſe motus ne-
ceſſe eſt:quantitatis qualitatis & loci. In ſubſtantia uero motus non ẽ:ꝓpea
ꝙ nihil ſubſtantiæ contrarium eſt. At neq; in hiſce quæ ſunt ad aliqd:altero enim ſubeũ-
te mutationem:alteꝝ mutationem non ſubiens uere dici põt.quare motus ipſorũ per ac-
cidens eſt. Neq; item agẽtis eſt motus ac patiẽtis:neq; mouentis ac eius quod mouet̃:qa
motus non ẽ motus:neq; generationis ẽ generatio:neq; oĩno mutationis mutatio. Mo
tus.n.dupliciter motus eſſe poteſt:aut ut ſubiecti ut hõ mouet̃:qa ex albo in nigrũ mu-
tat̃.Et motus ne igit̃ hoc modo aut caleſit:aut frigeſit:aut mutat locum:aut accreſcit:aut
decreſcit.At hoc fieri neqt.Mutatio nanq; non ſubit rationem ſubiecti. Aut hoc ipſo:
qđ aliqđ aliud ſubiectũ ex una mutatione ad aliã motationis ſpẽm:ꝑinde ut hõ ex egri
tudine ad ſanitatẽ mutat̃. At neq; hoc eſſe poteſt niſi per accidẽs:hic enim motus ex alia
forma in aliã eſt mutatio:& generatio & corruptio modo eodem:hoc excepto:has qdem
ad ſic oppoſita eſſe motũ autem nõ ſimiliter. Simul igit̃ in morbũ e ſanitate mutatur:&
ex hac ipſa mutatiõe ad aliã.Patet igit̃ cũ ægrotauerit:ad q̃uis fore mutatum.Q uieſce-
re nãq; põt.Et iſup non ad q̃uis ſemper:& illã:ex aliquo nimirũ in aliqđ aliud erit.Q ua
re & oppoſita ſanatio erit.non ergo motus ẽ motus:niſi ꝑ accidens. Velut ſi e recordatiõe
in obliuionẽ mutat̃:quia cui illud ineſt:id interdũ i ſciam interdũ in ſanitatem mutat̃.

Præterea ſi mutationis eſt:mutatio:generationis generatioq;:in infinitũ erit abitio.ne
ceſſe eſt aũt & priorem eſſe:ſi poſterior erit ueluti ſi generatio ſimplex aliquando fiebat
& ipſum fiẽs fiebat.Q uare nõdũ erat fiẽs ſimpliciter:ſed aliqđ fiẽs:atq; iam fiẽs: & hoc
rurſus aliquãdo fiebat.Q uare nõdũ erat tũc fiẽs:cũ aũt infinitorũ primũ qcq̃ nõ ſit: pri
mũ ipſum nõ erit.Q uare neq; id erit qđ heret. Impoſſibile ẽ igit̃ generari qcq̃ moueri
aut mutari. Præterea eiuſdem ẽ cõtrarius motus:& qes inſup: & generatio atq; corru-
ptio.Q uare ipſum fiens tũc corrũpit̃ cũ ſit fiens.neq;.n.ſtati fiens neq; poſterius:ſit.n.
oportet id qđ corrumpit̃. Præterea & ei qđ generat̃:& ei qđ mutat̃ materiã ſubeſſe
oportet.Erit igit̃ ut alterabile corpus ẽ:aut aĩa:ſic aliqđ id quod ſit motus uel generatio.

Et aliqđ rurſus ad quod mouent̃. oportet enim huius ex hoc ad hoc motum aliquid
eſſe:non motũ uel generationem.Et iſuper quo pacto erit.Non enim generatio ꝑceptio
nis erit perceptio.Q uare neq; generationis erit generatio:neq; quædã cuiuſdã. Præ-
terea ſi tres mutatiõis ſpẽs ſunt:ſubiectã naturã haꝝ aliquã eſſe:& ea i q̃ mouent̃ neceſſe
eſt. Veluti lationem alterari aut ferri neceſſe eſt. oĩno aũt cũ omne qđ mouet̃ trifariam
moueat̃:aut quia ꝑ accidens mouetur:aut qa ꝑs aliq̃ mouet̃:aut qa per ſe mouet̃:ꝑacci-
dens dũtaxat mutari mutatio põt. Veluti ſi is qui ſanat̃ currit uel diſcit. At eam quæ eſt
per accidens iam dudum omiſimus. Cũ aũt neq; in ſubſtantia:neq; in relatione:neq;
in actione paſſioneue ſit motus:reſtat in qualitate quantitate ac ubi tantummodo motũ
eſſe.In unoquoq; nãq; iſtorũ contrarietas eſt.Is igit̃ motus:qui in qualitate eſt alteratio
ſit hoc enĩ cõe nomẽ poſitũ eſt:atq; qualitatẽ nõ eã dico:quæ in ſubſtãtia eſt.Eſt enim &
dĩa qualitas:ſed eã quæ eſt paſſiua:qua qppiã pati dicit̃:aut ipaſſibile eſſe.Is autem qui

est in quantitate: cōi quidē noīe caret: habet aūt earum partiū in quas diffundit̄ nomia: quarum altera accretio: alia decretio nuncupatur. Ea qdē qua ad perfectā acceditur magnitudinem accretio: Ea uero qua ex hac receditur decretio. At is qui est in loco & cōi nomie caret & ꝓprio. latio aūt cōi noīe nūcupet̄: q̄q ea sola ꝓprie ferri dicunt̄: i qbus cum mutant locum non est situm stare: & quæ loco seipsa non mouerit. Mutatio āt ea quæ est eadē in forma ad magis ac minus tale: alteratio est. Ea nāq; mutatio qua ex contrario ad contrarium itur: aut simpliciter aut aliqua ex pte motus nimirū est: nam si ad minus tale accedit̄ ad cōtrariū si ad magis: ut ex cōtrario in ipsum mutari dicet̄. Nihil. n. iterest aliqua ex pte quippiam an absolute mutet̄. Attamē aliqua ex pte esse ipsa cōtraria oportebit. Est aūt ex eo magis minusue tale: qa plus aut minus inest cōtrarii: & nō inest. Ex his igitur q̄ dicta sunt patet motus has tres solas esse mutationes. Est aūt immobile & in quod moueri non pōt: & id qd̄ multo in tpe uix mouet̄: aut id qd̄ tarde admodū incipit: & id insup qd̄ aptū est quidē ut moueatur moueriq; pōt: nō tamē tūc cū ē aptum moueri: & ubi & quēadmodū est aptū mouetur: quod quidem solū imobiliū q̄scere dico. Est enim motus contraria quies. Quare fit ut ipsa sit priuatio susceptiui. Quid igitur ē motus: & quid quies: ut quot sunt mutationes: & quot motus: per ea quæ diximus perspicuum iam euasit.

Tractatus secundi. Capitulum primum.

POst hæc dicamus quid est simul esse & seorsum: & quid tangere: & quid inter: & quid deinceps: & quid herens: & continuū: & quibus hoꝝ unūquodq; competere aptum est. Simul igitur ea loco dicūtur eē: quæ uno in loco sunt primo. Seorsum autem ea: quæ in diuersis sunt locis. Ea dicuntur tangere: quorum extrema sunt simul. Id est inter ad quod prius accedere aptum est id quod mutatur: q̄ ad id quod ultimū mutatur. Secūdū naturā continue subiens mutationem: atq; hoc est in minimis tribus. Est enim ultimū mutationis contrariū ipsum. Continue aūt id mouetur: quod nihil aut perparum rei non tpis intermittit. Nihil. n. intercapedo tēporis prohibet fieriq; potest. ut post primam fidiū ultima cōtinuo sonet sed rei in q̄ mouetur. Atq; hoc & i motu qui loco accomodatur: & in cæteris motionibus patet. Cōtrariū autē id est in loco quod plurimum recta linea distat: minima. n. est finito & finitū mensura. Deiceps id est inter quod post principium: aut positione: aut forma: aut aliquo alio definitum: & id ad quod deinceps dicitur esse: nihil eoꝝ cadit quæ in eodē genere sunt. Vt linea ad lineā: uel lineæ: aut unitas ad unitatē: uel unitates: aut domus ad domū. Nihil uero prohibet inter ipsa quippiā aliud esse. qd̄. n. deiceps est: ad qppiā est deinceps: & est quid posterius illo. Non enim ipsum unum ad duo: aut Calendæ ad nonas: sed hæc ad illa deinceps sunt. Herens autem id est: qd̄ deinceps est: atq; insuper tāgit. Quoniā āt omnis mutatio est in oppositis: hæc aūt sunt contraria: & nihil est mediū contradictionis. patet ipsum quod est inter incontrariis ipsis esse. Cōtinuū aūt est quid herens: Dico aūt tunc continuū esse: cū utriusq; fines qbus se tangunt: unū idēq; fuerunt facti: atq; ut nomē significat continent̄. Quod qdē esse non pōt: si extrema sint duo. Hoc definito patet in his esse cōtinuū: ex qbus aptū est unū qd fieri tactu: & ut sit ipsum continuū unum: sic & ipsum totū fore unū. Veluti clauo uel glutine uel tactu uel copulatione. Patet ēt primum id esse: qd̄ est deinceps. Qd̄ enim tangit: id deinceps eē necesse est. Non omne autē quod deinceps est tangit. Quapropter ipsum deinceps esse est & in hisce quæ sunt rōne priora. Velut in numeris. Tactus uero non est: & si continuum est tāgat necsse est. Si uero tangit: nondum continuum est. non enim si simul sint extrema ipsorum: unum ipsa esse necesse est: si sint unum & simul esse necesse est. Quare copulatio ultima est ge

neratione. Tagant enim necesse est: si copulabuntur extrema: ea uero quæ tangunt: non uniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est: in hisce patet nec copulationem esse. Quare si punctum est separatim ac unitas ut quidam dicunt unitatem ac punctum idem esse impossibile est: pūctus enim competit tactus. Vnitatibus esse deinceps: & inter illa quidem esse aliquid potest. Omnis enim linea est iter puncta: Inter unitates autem nihil esse necesse est. Nihil est enim inter dualitatem ac unitatem. Quid igiť est simul esse: seorsumq;: quid tangere: quid inter: atq; deinceps esse: quid est herens: atq; continuum: & quibus horum unumquodque competit: satis iam diximus.

Capitulum secundum.



Nus autem motus multis dicitur modis. Vnum enim ipsum multipliciter dicimus. Genere igitur unus est motus per prædicamenti figuras: lationes nanq; omnes unus genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diuersus. Specie uero est unus: quando & genere est unus: & in indiuidua specie est: ueluti coloris quidem sunt differentiæ. Igitur de albatio & denigratio diuersi sunt spē motus. Omnes igitur dealbationes eadem in specie sunt: & omnes itidem denigrationes: albedinis autē nō sunt. Quapropter de albationes omnes unus specie motus sunt. Quod si sint aliqua quæ genera sunt & species simul: patet unum quidem in illis specie motum esse. Nō absolute tamē specie unum qualis est disciplina: si scientia existimationis quidem est spēs: scientiaq; autē genus. Dubitauerit autē q̄spiā: si unus sit spēs motus: cum ex eodem in idem mutať: ueluti punctum unum ex hoc loco in hūc locū iterū iterūue: at si sit: cōuersio rectaq; latio iidem erunt specie motus: & uolutatio itē ac ambulatio. An definitū est diuersum esse motum: si id in quo fit motus spē sit diuersum. Circunflexum autem a recto specie differt genere igitur specieue motus hoc pacto est unus. Absolute autē is unus est motus: qui substantia & numero unus est. Sed quisnam sit talis: patefiet facta diuisione. Tria enim numero sunt: circa quæ motum dicimus esse: quod in quo: & quādo. Dico autem hoc pacto: esse enim quippiam quod mouetur necesse est. Velut hominem: aut aurū: Et in aliquo hoc moueri: ceu in loco. aut in affectu: & quando. Omne enī quod mouetur in tempore mouetur. Esse igitur genere: aut specie unum: in ipsa re i qua fit motus consistit. Herere autem in tempore erat. At esse simpliciter unum in uniuersis hisce consistit. Etenim id in quo fit motus: unum. & indiuiduum esse oportet. Veluti formam: & tempus unum esse: & non intercapedines fieri. Et id quod mouetur unum: non per accidens esse: ut album nigrescere: & coriscum ambulare. Vnum autem est coriscus: ac album: sed per accidens: Neq; commune. Fieri enim potest: ut duo simul homines eadem sanatione sanentur: ex oculorum morbo in sanitatem eorundem pergētes. At non unus motus hic est: sed species unus. Si socrates autem eadem alteratione specie diuersis temporibus alterať: si corruptum iterum unum numero fieri potest: erit & hæc alteratio una: si non potest: erit eadem specie: sed non numero una. Existit autem huic similis dubitatio: si una sit ipsa sanitas & habitus ipsi omnino atque affectus in corporibus ipsis nec ne. Ea nanque quæ habent moueri fluereque uidentur. Si eadem igitur atque una sit mane & nunc sanitas: cur & cum rursus quispiam amissam recuperauerit: & hæc & illa non una numero erit. Est enim eadem ratio. Verum hoc interesse uidetur: quod si habitus sint duo: duo erunt & ipsi actus: sicut si actus sit unus & habitum unum esse necesse est. Vnus enim actus numero unus numero habitus est. At si habitus sit unus. Non fortasse quippiam uidebitur unus etiam actus esse. Cum enim cessauerit quispiam ambulare non est ipsa ambulatio: Rursus autem ambulante erit. Quod

si una & eadē est:idē ac unū & corrūpi & esse persæpe potest. Hæ igitᷓ dubitatiões extra præsentem consideratioñe esse ur. Cū aūt ois motus cōtinuus sit:si omnis est diuisibilis:cū qui simpliciter unus est:& cōtinuū esse necesse est:& si cōtinuus est unus est. Non enim omnis omni continuus fieri potest:sicut nec aliud quoduis cuius: sed quorum ultia unū fieri possunt. Vltia uero quorūdā non sunt quorūdā sunt:at diuersa specie atque æquiuoca. Quo nāq; mō tāget aut unū fiet ultimū lineæ ambulatiōisue. Herētes igitur erūt & ii qui nō idē spē:& ii qui nō idē genere sunt. Post cursum enim quēpiam continuo febres aggredi possunt. Et ut facis ipsius ex successione motio latio ē herēs:contiua uero nō est:positū est enim ea continua esse quorū ultia sunt unū. q̄re herētes q̄dē & deinceps ex eo sunt:q̄a tempus continuū est. Cōtinuus aūt est:quia motus cōtinui sunt:hoc aūt est:cū utrorūq; extremū est unum. Quapropter eū motū q simpliciter cōtinuus ac unus est eundē est spē: ac unius:& uno in tēpore esse necesse est. Vno quidē in tēpore ut īmobilitas inter ptes non sit. Intercapedine enim mobile quiescat necesse est. Multi igitur & non unus ii motus sunt:iter quos media quies cadit. Quare si qs motus intercipitᷓ statu: is neq; unus neq; continuus est. Intercipitᷓ autem:si in mediū tempus cadit. Specie aūt unum esset oportet:quia ultima eius qui nō unus est specie:unū euadere nequeūt & si tēpus non intercipit. Tempus enim est nullū:ille uero specie ē diuersus. Etenim motum unum & specie unū esse necesse est:hunc autem nō necesse est simpliciter unum eē. Quis igitᷓ motus unus est absolute iam diximus. Præterea motus unus & hisce diciᷓtur q est pfectus:siue genere sit:siue spē:siue numero unus:quemadmodū & in cæteris pfectū ipsum ac totū ipsius unius ē. Interdū aūt & si imperfectū ē unus dicitur modo cōtinuus sit. Insup & alio modo præter dictos unus hisce dr motus:q uniformis est. Difformis enim aliqua expte non unus esse ur:sed hisce potius q uniformis ē perinde atq; linea recta. Difformis enim diuisibilis est. Differre aūt uidetur:ut magis tale minusue differt. Est autem uniformitas oi in motu:aut difformitas. Etenim alterari quippiā uniformiter pōt:& super uniformia ferri:ut super circulū aut lineā rectā: & circa accretionem dicretionemue simili modo. Difformitatis autem differentiæ sunt:Interdū enim ē rōe eius super quod efficitᷓ motus. Impossibile est enim uniformem esse motum:si nō super uniformi magnitudine fiat:qualis est motio super lineam flexam:aut aliam magnitudinem talem: cuiuis quæuis ps ad quamuis ptem non accomodatᷓ:interdū nō est rōne spacii:non temporis:non eius ad qdᷓ accedit:sed ratione modi. celeritate enim interdū tarditateq; motus distinguitᷓ. Cuius enim eadem est celeritas:is est uniformis. Cuius uero nō eadem est:is est difformis. Quapropter celeritas tarditasue non sunt spēs:nec differētiæ motus:qppe cum omnes motus diuersos spē comitentur. Quare neq; grauitas leuitasq;ue quæ est respectu eiusdem:ceu terræ ad seipsam:aut ignis respectu sui. Vnus ē igitur & hisce motus:qui est difformis continuitatis nimirum ratione:sed minus quod quidē ei lationi accedit quæ sup linea flexa fit. Id autem qdᷓ est minus:mixtione cōtrarii semper ē tale. Quod si omnis motus unus:& uniformis: & non uniformis esse potest:hi qui diuersi sunt spē atq; herent:nō unus erunt atq; continuus motus. Qui nāq; fieri potest ut hisce sit uniformis:quæ ex alteratione lationeue constat:accomodētur enim necesse ē.

Tractatus tertii. Capitulum primum.



Deinceps diffiniendum est:quisnam motus cui motui contrarius est:& de quiete simili modo. Primum autem diuidendum est:utrum contrarius motus sit hisce qui est ex eodem ei quo itur ad idem. Vt hisce qui est ex sanitate ei quo petitur sanitas:quales & generatio & corruptio esse uidentur. An hisce qui ex contrariis est:

ut hisce qui ex sanitate ei qui est e morbo. An hisce quo ad contraria pergit̃:ut hisce quo ad sanitatem itur ei quo ad morbum acceditur. An hisce qui est ex contrario ei quo ad cõtrarium itur. Vt hisce qui est ex sanitate ei quo morbus petitur. An hisce qui ex contrario in contrarium pergit ei quo e contrario in contrarium itur:ut hisce qui e sanitate in morbum proficiscitur ei quo ex morbo acquirit̃ sanitas. Vnum enim horum modorum quendam aut plures eẽ necesse est. Non fit.n.ut alio modo motus ut oppositi disponantur. Is igit̃ q̃ est e contrario:non est ei contrarius quo in contrarium itur. Vt is qui ẽ ex sanitate ei quo itur ad morbũ. Est enim unus idẽq;:esse tamẽ ipsorũ non idẽ est:quẽadmodũ nõ idem ẽ ex sanitate mutari atq; ad morbum. Neq; hisce motus qui est ex cõtrario ei cõtrarius est: qui ex cõtrario est. Simul enim accidit e cõtrario:& in cõtrariũ:aut in mediũ ire:sed posterius de hisce dicemus. Enimuero in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse uidebitur:q̃ e contrario mutari. Hoc enim abiectio contrarietatis: illud assumptio est. Dicitur etiam quisq; motus ex eo potius in quod itur:q̃ ex eo ex quo fit mutatio. Sanatio eni hisce dicitur:quo acquirit̃ sanitas. Egrotatio hisce:quo ad ægritudinem itur. Restat igit̃ hisce quo ad contraria pergitur:& hisce quo ad contraria ex cõtrariis itur:forsitã igitur fit:ut ii quibus ad contraria proficiscitur: & ex contrariis sint. Sed esse fortasse non idem est: eundi inquã in sanitatem atq; ex morbo:& eundi i morbũ atq; ex sanitate. Cum autem a motu mutatio differat. Ea nãq; mutatio motus est:q̃ ex subiecto in subiectũ itur. Hisce profecto motus quo e contrario in contrarium pergitur. Contrarius est ei:quo e contrario ad contrarium itur:ut hisce quo ex sanitate in morbũ itur:ei quo sanitas e morbo ac quiritur. Patet autem & ex inductione qui contrarii eẽ uidentur:ægrotare enim ipsi sanari:& discere ipsi decipi:non per seipsum contraria uidẽtur. Ex contrariis enim in contraria fiunt. Vt enim scientiam per se quispiam & per aliũ consequi potest: sic & deceptionem. Latio etiam qua supera loca petuntur ei contraria ẽ lationi:qua ad infera loca itur. Hæc enim in longitudine contraria sunt. Et ea qua itur ad dextra ei qua sinistra petuntur. Hæc enim in latitudine contraria sunt. Et ea qua pergit̃ ad ea quæ sunt ante ei qua itur ad ea quæ sunt post. Hæc enim in profunditate contraria sunt. Is autem qui solum ad contrarium est:non motus sed mutatio est. Velut album fieri non ex aliquo. Quibus etiam non est contrarium:ea mutatio quæ est ex ipso ei mutationi contraria est:quæ est ad ipsum. Quapropter generatio corruptioni contraria est:abiectioque accretioni. Hæ autem mutationes non motus sunt. Hi uero motus quibus ad medium itur:in quibus contrariorum est medium:in contrariis quodam modo sunt ponendi. Motus enim ad utrum extremorum eatur. medio ipso utitur:ut extremo. Velut e fusco quidem itur in album tanquã e nigro:e nigro uero in fuscum tãq̃ in album. Medium enim ad utrunq; extremorum contrarii rationem quodammodo subit:ut & prius dictum est. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est hisce:quo e contrario in contrarium pergitur:ei quo e contrario in contrarium itur.

Capitulum secundum.



Cum aũt motui nõ solũ motus eẽ cõtrarius:sed qes etiã uideat̃ hoc definiamus oportet. Absolute nãq; motus motui cõtrariũ ẽ:opponit̃ aũt & qes:priuatio.n. est. Priuatio uero quodammodo contraria dicit̃. Quæ autẽ cuinam contraria est:an ei motui qui est in loco:ea quies est contraria quæ ẽ i loco: Verũ hoc nũc simpliciter dicitur. Vtrum enim hisce motus qui est ex hoc ei qeti q̃ ẽ hic opponat̃ an hisce quo ad hoc itur. Patet igit̃ cũ duobus i subiectis sit ipse motus:ei qdẽ motui q̃ ẽ ex hoc i cõ

trarium oppositam eam eē quietē quæ est in hoc. Ei uero qui est ad hoc econtrario:eam quæ in contrario est. Simul aūt hæ & inter sese sunt cōtrariæ. Eteni absurdum ē si motus quidē contrarii sunt:quietes uero cōtrariæ nō sunt. Sunt aūt eæ quæ in cōtrariis sunt. Ea nāq; quies quæ est in sanitate:ei quieti contraria est quæ est in morbo:& ei motui quo ex sanitate in morbum itur. Et nanq; quo e mormo itur in sanitatem contratiam esse fines egreditur rationis. Motus enim in ipsum in quo statur profectio potius est ad quietē: quā accidit fieri simul cum motu:hunc autē aut illum esse contrariū illi necesse est. Nō enim ea quies quæ in albedine est:ei motui cōtraria est quo ad sanitatē accedit. Q ui bus autem nō est contrariū eorū mutatio quidē opposita est:ea quæ est ex ipso:ei quæ ē ad ipsum. Motus uero nō est:uelut ea q̄ est ex ente ei quæ ē ad ens & quies qdē hoꝝ non est. Mutationis aūt uacuitas est. Atq; si subiectum qdem qppiam sit:ea mutationis uacui tas quæ est in ente. ei q̄ est in nō ente contraria est. Sin id quod haud est nō quippiam sit. Dubitauerit quispiā sane cuinam sit contraria ea mutationis uacuitas quæ est in ente:& sit ne quies. Q d si ē:aut nō oīs quies motui contraria est:aut generatio corruptione mo tus sunt. Patet igit qetem illā nō eē dicendam:nisi & ipse sint motiones. Sed simile quid quieti atq; mutationis nacuitatem. Cōtrariam uero:aut nulli prorsus:aut ei mutationis uacuitati q̄ est in nō ente:aut corruptioni. Hæc est enim ex ipsa:generatio uero in ipsam.

Capitulum tertium.


Dubitauerit autem quispiam cur in mutatione quidem quæ est in loco:tam ge tes q̄ motus secūdum naturam sunt præterq; naturam:in cæteris uero nō sunt: ut alteratio alia sit secūdum naturam:alia præter naturam. Nō eni sanatio ma gis q̄ ægrotatio secundum naturam est:aut dealbatio q̄ denigratio. Similiter & in accre tione decretioneue. Neq; enim hæ inter sese contrariæ sunt: ut altera sit secundum natu ram altera præter naturam. Neq; accretio accretioni:simili modo contrarium est decre tioue decretioni. In generatione quoq; corruptioneue eadem ratio est. Neq; enim genera tio quidem est secundum naturam: corruptio aūt præter naturam. senescere enim secun dum naturam est. Neq; generationem aliam secundum naturam:aliam præter naturā esse uidemus. Q uod si id quod est ui præter naturam est. Et corruptio sane corrup tioni contrarie erit:ea quæ est ui:quia est præter naturam:ei quæ est secundum naturā. Sunt igitur & generationes uiolentæ factoque non definite quibus eæ quæ sunt secun dum naturam:contrariæ sunt:& accretiones itidem uiolentæ decretiōesue: ut eorū accre tiones qui ob delitias cito pubescunt: & ea frumenta quæ cito adolescunt incrementaq; suscipiunt: antea q̄ humo bene compressa stirpium eliciant fibres. In alteratione ue ro quomodo res se habet. An modo eodem: esse enim possunt alterationes partim uio lentæ partim naturales. Q ui nanque in non diiudicantibus diebus liberantur:ii præ ter naturam alterari uidentur. Q ui uero in diiudicantibus ii secundum naturam alterā tur. Ipsæ igitur corruptiones inter sese erunt contrariæ:non solum generationi: At quid prohibet. Sunt enim aliquo modo contrariæ. Etenim si altera uolptatem:altera dolorem afferret:erunt hoc quoque pacto contrariæ. Q uare non absolute corruptio ni corrup tio est contraria:sed ut altera ipsarū est talis altera talis. Omnino igitur motus qui esue dicto modo subeunt contrarietatem. Motus enim quo ad supera perigitur:contrari us est motui quo ad infera itur:loci enim hæ sunt contrarietates. Ferē autem ignis latio ne qua supera petent natura:terra aūt latione qua ad infera loca accedit:atq; latiões ip sorum contrariæ sunt. Ignis autem sursum quidem fert natura:deorsum uero præter na turā. Atq; motus ipsius secundum naturam cōtrarius est ipsius motui præter naturam.

Quietes ēt simili modo sese habere uidentur. Quies.n.in superis motui quo in deorsum itur cōtraria est. Atq; terræ quies qdem illa præter naturā ē: hic aūt motus secūdū naturā. Quare motui quies cōtraria ē: ea qē præter naturā: ei q ē secūdū naturā eiusdē. Et .n. motus eiusdē hoc mō cōtrarius ē. Alter.n. secūdū naturā erit: aut hisce quo sursum itur aut hisce quo infera loca petunt: alter præter naturā. Existit aūt dubitatio. si est quietis oīs q nō semp ē generatio: atq; hæc ē stare. Eius igitur qd' præter naturā qescit ceu terræ supra erit ꝑfecto generatio. Quādo igit̃ i sursum ferebat̃. stabat. At id qdē qd' stat semp celerius ferri uidet̃. Id aūt qd' ui fert̃ tardius. nō factum ergo qescens erit quiescēs. Præterea ipsum stare de eo ꝓprie dici uidet̃: q; secūdū naturā ad ꝓpriū locū pgit: nō de eo qd' præter naturā fert̃: & aut oīno id eē suū i locū ferri: aut simul accidere. Habet āt hic locus dubitationē. si quies ea quæ hic ē ei motui qui hinc est cōtraria sit. Cū.n. quippiā ex hoc mouet̃: aut ēt abiicit: adhuc id qd' abiciitur habere uidet̃. Quare si hæc qes contraria sit ei motui. quo hinc ad cōtrariū itur contraria simul erunt. An ex aliqua parte quiescit: si adhuc manet: oīno autē eius qd' mouetur: pars ē illic: pars est in eo in quod mutatur. Quocirca & motus magis cōtrarius motui: q̄ quies. De motu igitur qeteue. Quomodo unus unaq; est: & qui: & quæ quibus aduersantur: satis iam diximus.

Explicit Liber quintus.

Aristotelis De naturali auscultatione Liber sextus.


Capitulum primum.



S I aūt ea continua sunt ut antea diffiniamus: quorum ultima sunt unū: ea tāgētia quoq; fines sunt simul: eadēq; deinceps inter q̄ nihil eiusdē generis cadit: ipossibile ē ex idiuisibilibus cōtinuū qcq̄ cōstare: ut ex pūctis lineā: si linea qdē cōtinuū: pūctū aūt indiuisibile sit. Vltima nāq; punctorū nec unū sunt quippe: cū indiuisibilis rei nō sit hoc quidē ultimū. Illud aūt alia pars quædam. Nec ēt simul: cū nullū sit prorsus ultimū eius qd' partibus caret. Vltimū.n.& id cuius est ultimū patet eē diuersa. Præterea puncta ex qbus continuū constat: aut cōtinua sint: aut se tangant necesse est. Atq; eadem est de cunctis indiuisibilibus ratio. At continua sane nequeunt esse pp rōnē iam dictam: & cū quippiam tangit: aut totū tangit totū: aut p partem: aut totū partem. cū igit̃ indiuisibile partibus careat: totum ipsum tangat necesse est: At ex hisce quæ hoc pacto se tangunt: nullum continuū: unquā emerget: Cōtinuū.n. hēt aliā atq; aliā ptē: & diuidit̃ in ptes eādē subeuntes legē: & separatas ēt loco. At uero neq; pūctū ad pūctū: neq; nunc ipsum ad nūc ipsum deinceps erit: ut ex illis lōgitudo: ex his tēpus cōstet. Nā ea qdē deinceps sunt: iter q̄ nō ē eiusdē generis qcq̄: iter uero pūcta semp ē linea: & iter ipsa nūc tēpus. Præterea i idiuisibilia diuiderent̃: si ex qbus utrūq; cōstat. in ea quoq; diuiditur: at nullū cōtinuū i ea ē diuisibile: q̄ ptibus caret: nullū āt genus iter pūcta: & iter ipsa nūc aliud eē pōt. Nā si fuerit: aut diuisibile: aut idiuisibile erit ut patet. Et si diuisibile aut i idiuisibilia diuisibile erit: aut indiuisibilia sp. At id cōtinuū eē cōstat. Patet āt & oē cōtinuū in sp diuisibilia diuisibile eē. Si.n.i idiuisibilia diuidetur idiuisibile: nimirū idiuisibile tāget. Cōtinuorū eni ultimū unū ē: & ea se tāgūt ex quibus cōtinuū constat. Eiusdem āt rōnis est sane magnitudinē & tēpus ac motum ex indiuisibilibus constare: & in indiuisibilia diuidi aut nihil horū hanc conditionē subire.

Qd' qdē ex hisce patebit: nā si magnitudo ex indiuisibilibus constat: motus quoq; q sup illa fit magnitudine: ex æqualibus motibus indiuisibilibus profecto constabit: ceu si

A B C Magnitudo ex idiuisibilibus cōstat A & B atq; C: motus quoque D E F: quo mobile moblie P. sup A B C dimēsione est motū unāquanq; sui partē: D iquā & E atq; F idiuisibilē habet.



Q d' si præsente motu necesse est qppiā moueri: & si qppiā moueť necesse est motū præsentē esse: moueri etiā ipsum ex indiuisibilibus sane cōstabit. igiť P. motū ē p A. quidē motu D: p B uero motu E: & p C. ptē motu similiter F. At uero fieri nō pōt: ut id qd ad locū ex loco moueť simul moueať: atq; sit motū ad eū locū ad quē mouebať cū mouebať. Si. n. qspiā thebas petit: ipossibile est thebas eū petere simul & petiisse. At per A partē parte uacātē cui D motus aderat: P mobile mouebať. Q uare si antea qdem trāsibat: postea uero trāsiuit: motus D diuisibilis erit. Cū. n. transibat neq; quiescebat: neq; trāsierat: sed i medio nimirū erat. Sin uero simul transit atq; trāsiuit id sane qd' pficiscitur: cū pficisciť: eo profectū ac motū est quo pficisciť atq; moueť. Q d' si p totā quidē A B C magnitudinē: P moueť: motusq; quo p illā moueť est D E F. Per ptē autem A parte uacāiē nō moueť, sed motū ē. Motus pfecto nō ex motibus: sed ex momētis cōstabit. Et motū qppiā erit: qd' nō antea mouebať. A nāq; ptē nō trāseūdo trāsiuit. Q uare erit qppiā pfectū nūq antea pficiscēs. Q d' si oē qduis moueri: aut qescere necesse est. P. sane i unaquaq; magnitudinis A B C pte qescit: quo fit ut qppiā sit: qd' continuo quiescit simul atq; moueť. Per totā. n. magnitudinē A B C mouebať: & i unaquaq; pte quiescebat eiusdē. quare & i totā ēt qescebat. Atq; si indiuisibiles ptes D E F motus: sint motus: fit ut præsente motu. P mobile quiescat nō moueatur. Sin uero non sint motus: fit ut motus nō ex motibus cōstet. Similiter ēt & tēpus: ut lōgitudo: ac motus: idiuisibile ēe necesse ē: atq; ex ipsis nūc quæ indiuisibilia sunt cōstare: aut ēt diuisibile esse ex diuisibilibusue cōstare. Nā & si oīs est diuisibilis: atq; minore in tpe minorem magnitudinem transit: id quod æqua celeritate moueť: & tempus erit etiam diuisibile. Q uod si tempus est diuisibile: in quo quippiam per A magnitudinem ferť: & A profecto diuisibilis erit.


Capitulum secundum.




Vm autē oīs magnitudo sit in magnitudines diuisibilis. Demonstratū ē. n. continuū ex indiuiduis cōstare non posse. Estq; oīs magnitudo cōtinuū: necesse est id quod celerius moueť i maiorē in æquali: æqualē in minore: & maiorē isuper in minore tempore magnitudinem transeat: ut qdam id quod celerius mouetur diffiniūt Sit enim A mobile celerius B, cū igiť id sit celerius qd prius mutať: quo i tēpore: sitq; illud E F: mutatum ē A ipsum ex C i D: i eo mobile B nondū accedet ad D sed citra illud erit ut patet. Q uare id qd' celerius mouetur i plus magnitudinis i eqli tpe trāsit.

At uero plus ēt magnitudinis miore i tpe trāsit. Nā i miore tpe E F: quo mobile A ad ipsum puenit D: mobile: B. tardius erit in ipso G: citra terminum D. Si igiť A i toto tpe E F ad ipsum perueniet D: erit in minori tpe citra D in ipso H: qd' eē pōt inter G


atq; D. Sitq; illud tẽpus E K: At magnitudo quidẽ C H maior est magnitudine C G: Tempus autem E k minus ẽ tempore toto E F. Q uare id quod celerius ẽ maiorem magnitudinẽ minore i tpe trãsit.



Ex his ãt patet id qđ ẽ celerius minore ẽt in tpe magnitudinẽ æqualẽ transire. Nã cũ ipsum ad tardius qdẽ cõparatũ maiorẽ i minore tpe:p se aũt sumptũ maiore in tpe maiorem magnitudinẽ trãseat. Tẽpus pfecto E k:i quo C H magnitudinẽ trãsit:maius erit eo tpe quo C G magnitudinẽ trãsit. Sit igit minus illud tẽpus E L. Q uare si E K tempus minus ẽ tpe E F:i quo B tardius obile magnitudinẽ C G trãsit. Et E L pfecto tẽpus E F tpe minus erit:Est .n. minus tpe E K qđ uero est minus minore mius & ipsum est:quare minore in tpe magnitudinem æqualem transibit. Præterea si oẽ qđ mouet:aut in æqli: aut in minore:aut i maiore tpe moueri necesse ẽ. Et id qdem quod in maiore mouetur tardius est: id aũt qđ in æquali æque celere ẽ. qđ uero celerius ẽ:neq; celere æque neq; tardius ẽ:id pfecto qđ celerius ẽ:neq; i æquali tpe:neq; i maiore mouebit. Restat igit tpe ipsum i minore moueri:quare id qđ celerius ẽ tpe in minore magnitudinẽ æqualem trãsire necesse est. Q uoniã ãt ois qdẽ motus i tpe ẽ:& oi i tpe motus fieri põt:oẽ ẽt qđ mouet:& celerius & tardius moueri põt: in oi pfecto tpe celerior tardiorq; motus fieri põt. q cum ita sint tẽpus cõtinuũ eẽ necesse ẽ. Dico aũt cõtinuũ id qđ ẽ diuisibile in diuisibilia sp:hoc.n. tali supposito tẽpus cõtinuũ eẽ necesse ẽ. Nã cũ demõstratũ sit id qđ celerius mouet minore i tpe spatiũ æqle trãsire. Sit celerius qdẽ A tardius ãt B: Atq; B trãseat C D magnitudinẽ i tpe E F. Igit A qđ ẽ celerius magnitudinẽ eandẽ ut:patet i tpe minore trãsibit. Atq; sit i E G tpe motũ. Rursus quoniã ipsum celerius totã C D magnitudinẽ i E G tpe ptrãsiuit:id qđ ẽ tardius minorẽ eodẽ i tpe trãsit. Sitq; illa C H. At quoniã B qđ ẽ tardius i E G tpe magnitudinẽ C H ptrãsiuit. A pfecto qđ ẽ celerius eadẽ in minore tpe trãsit. Q uare rursus tẽpus E G diuidet. Q đ si diuidet:magnitudo quoq; C H rõe eadẽ utiq; diuidet. Q đ si magnitudo diuidet:& tẽpus itidẽ diuidet. Et hoc sp erit:si post celerius mobile tardius: & post hoc celerius:sumamus ac demõstratis utamur. Nã celerius qdẽ mobile tẽpus: Tardius ãt lõgitudinẽ diuidet. Q đ si sp qdẽ uere cõuersio fit: cũ sit uero cõuersio sit diuisio semp patet oẽ tps cõtinuũ eẽ. Patet ẽt simul & magnitudinem oẽm cõtinuam esse. Eisdem.n. eqlibus ue diuisiõibus tã tẽpus q magnitudo diuidat. Insup & ex hisce rõibus q dici solent: patet si sit tẽpus cõtinuũ & magnitudinẽ cõtinuã eẽ. Si qdẽ i dimidio tpis dimidiũ magnitudinis: & simpliciter i miore minorẽ trãsit. Ex dẽ.n. diuisiões tpis: & magnitudinis erũt.







Capitulum tertium.




At cũ si alterũ utrũuis ipsorũ sit infinitũ: & alterũ est infinitũ:& pinde sane ut alterũ. Ceu si tẽpus extremus sit infinitũ:& lõgitudo extremis est infinita. Si diuisione:longitudo quoq; diuisione. Si utrisq; & magnitudo utrisq;. Quapropter & zenonis ratio falsum sumit:fieri inquam non posse : ut infinito in tempore quicq̃ transeat infinita:aut infinita p singula tangat. Dupliciter.n.lõgitudo & tẽpus:& oino oẽ continuũ dicit̃ ifinitũ:aut diuisione:aut extremis. Igit̃ ifinita qdẽ quãtitate: tãgere finito in tẽpore nõ põt. Infinita uero diuisiõe põt. Eteni ipsum tẽpus hoc mõ ẽ ifinitũ. Quare fit ut ifinito i tpe nõ finito qppiã trãseat ifinita:& ifinitis nõ finitis ifinita ẽt tangat. Impossibile ẽ ergo aut ifinitũ finito in tpe:aut finitũ i ifinito transire. Sed si tẽpus sit infinitũ & magnitudo erit similiter ifinita. Et si magnitudo & tẽpus. Designet̃.n.magnitudo q̃dã A.B. terminis desinita. Et tẽpus ifinitũ mẽte pcipiat̃. Sitq; id C:deide excipiat̃ ps aliq̃ finita tpis C: q̃ quidẽ C, D. finibus claudatur. In hoc igit̃ corpus qd' super A.B. mouet̃ aliquã ptem magnitudinis transit: atq; pontaur A.E. iampartem pertransiuisse.

Hæc aũt pars aut æque totã A.B. magnitudinẽ mensurabit aut deficiet:aut excedet. Nihil.n.refert. Nã si semper æqualẽ magnitudinẽ A.E. partim æquali i tpe mobile trãsit:pars aũt hæc magnitudinẽ totã metit̃:tempus totũ in quo magnitudinem totam trãsibit:finitum erit profecto. In partis eni æquales:diuidetur ut magnitudo. Præterea si non oẽm magnitudinẽ id qd' mouet̃ in ifinito tpe transit:sed fieri põt:ut aliquã finito ẽt in tempore transeat ut A.E. partem. Hæc aũt totã magnitudinem metiet̃:deniq; æqualẽ in æquali tpe trãsit:tẽpus ipsum pfecto initũ erit. Patet aũt non in tẽpore infinito partẽ A.E. trãsire: si tẽpus altera ex ptẽ finitũ fuerit sumptum. Nã si in minore ptẽ hãc transit: tẽpus finitũ eẽ necesse est:cũ altera ex pte sit tpis finis. Eadẽ fuerit demõstratio:& si lõgitudinẽ qdẽ ifinitã finxerimus:tẽpus aũt sumpserimus cõtra finitũ. Patet igit̃ ex hisce quæ diximus:neq; lineã:neq; supficiẽs:neq; oino qcq̃ cõtinuũ idiuiduũ eẽ:nõ solũ pp id qd' nup ẽ dictũ:sed ẽt qa fiet:nt indiuiduũ diuidat̃. Nã cũ oi i tpe:& id qd' ẽ celerius: & id qd' est tardius moueat̃. atq; id qd' ẽ celerius plus æquali in tpe spatii trãseat :fieriq; possit ut duplũ sex q alterãq; lõgitudinẽ trãseat. Esse nãq; põt celeritatis hæc rõ:sex q alterã magnitudinẽ eodem in tpe trãseat id qd' cælerius fert̃. Atq; diuidant̃ magnitudines ambæ:ea qdẽ quam mobile celerius transit:q̃ ẽ A.D:in A.B.C.D. tres idiuidnas ptes cõtinuorũ. Ea uero quã ipsum tardius trãsit i E.F.G:duas & ipsas idiuiduas ptes Igit̃ & tẽpus H.M. i tres sane ptes idiuiduas diuidet̃. In æquali nãq; tpe magnitudinẽ trãsit æqualẽ. Diuidat̃ itaq; in H.K.L.M. diuisibiles ptes. rursus cum mobile tardius magnitudinẽ E.F.G. eodẽ i tpe trãseat: diuidet̃ & tps duas i ptes æ

quales. Quo fit ut indiuiduum diuidatur:& id quod mouetur non in indiuiduo:sed in maiore tempore partem indiuiduum transeat. Patet igitur nullam cõtinui partem: parte carere.

Capitulum quartum.

At uero necesse est & ipsum nũc:qđ p se primoq; non per aliud dicit:indiuisibile esse:atq; oi in tpe tale inesse. Est enim extremũ transacti temporis qđdã: citra qđ nihil futuri temporis est:& insuper consequentis:ultra qđ nihil trãsacti temporis est. Quod quidem utrorũq; temporũ finem diximus esse. Hoc igitur si tale per se idemq; demonstrabimus esse:patebit etiam & indiuisibile esse. Necesse est itaq; idẽ nunc ipsum esse:quod finis utrorumq; temporum est. Nam si sit aliud atq; aliud:deinceps alterum quidem ad alterum sane non erit:propterea quod cõtinuum non ex indiuisibilibus constat. Si uero sit seorsum utrũq; inter ea medium tempus erit. Omne nanque continuum tale est:ut iter fines aliquid sit uniuocum. At si tempus sit illud:diuisibile erit ut patet. Demõstratum est enim omne tempus diuisibile esse. Quare sit ut nunc ipsum diuisibile sit. Quod si sit diuisibile:erit aliquid præteriti in futuro:& futuri etiam in trãsacto. Id enim in quo diuidetur præteritum tempus:& consequens terminabit. Præterea nec ipsum nunc per se sed per aliud erit. Diuisio enim non est ipsius quod est per se. Et insuper ipsius nunc:aliud transactum:aliud consequens erit:& non semper idem:aut præteritum:aut futurum:neq; nunc idem. Multis est enim diuisionibus diuisibile tempus. Quod si hæc ipsi nunc inesse non possunt:ipsum profecto nunc:quod est utroq; in tempore:idem esse necesse est. At uero si sit idem:patet & indiuisibile esse. Nam si diuisibile sit:ea rursus euenient quæ antea accidebant. Esse igitur in tempore indiuisile qđ: quod ipsum nunc dicimus esse:ex hisce quæ diximus perspicuum iam euasit. Atqui nihil in ipso nunc moueri ex hisce patebit:quæ deinceps dicemus. Nam si quippiam in ipso moueri possit:fiet ut celerius in ipso ac tardius moueatur. Sit itaq; nunc ipsum D:atq; in ipso celerius mobile longitudinem transeat A B litteris designatum. Igitur mobile tardius minorem in eodem longitueinem pertransibit. Designetur & ipsa & sit A C: Quoniam autem mobile tardius in toto nunc ipso longitudinem A C pertransiuit:celerius mobile per eãdem in minore sane mouebitur. Quare ipsum nũc diuidet:at erat idiuisibile: Fieri ergo nõ potest ut quicquã i ipso nũc moueať.



At uero nec in eodem quicq̃ quiescere potest. Quiescere enim id dicebamus: quod ẽ aptum ut moueatur:& non mouetur tunc:cum aptum est moueri:& ubi:& quemadmodum moueri est aptum. Quare cum in ipso nunc nihil sit aptum moueri,: patet nihil am in eodem quiescere aptum esse. Præterea si nunc ipsum in utrisq; temporibus idem est:fieriq; potest:ut in horum temporum altero toto quippiam moueatur: in altero toto quiescat: atq; id quod toto in tempore mouetur:in quouis ipsius mouebitur:in quo ipsum moueri potest: & id quod quiescit simili modo quiescet: fiet ꝑfecto ut idem moueatur simul:atq; quiescat. Ipsum enim nunc ultimum utrorumq; temporũ est. Insuper id quiescere dicimus:qđ similiter sese habet: & ipsum:& partes:nunc:atq; prius.

At in ipso nunc non est prius ut patet. Quare nunc fit ut i ipso quicquā quiescat. Quæ cum ita sint: necesse est & id quod mouetur: & id quod quiescit in tempore moueat͞ neq; quiescat.

Tractatus secundi. Capitulum primum.



Omne autem quod mutatur diuisibile esse necesse ē. Nam cum e quodā in quoddam sit omnis mutatio. Cum est quidem in eo in quod est mutatū: nō ulterius ut patet mutat͞: cum uero est in eo ex quo ē mutatio: & ipsum: & omnes partes nōdum mutatur. Quod enim eodem modo se hēt & ipsum & partes id nō mutatur. Necesse est igitur ipsum: partim in hoc: partim in altero esse: Neq; enim in utroq;: neq; i neutro esse potest. Dico autem in quod mutatur primum mutatione: ut fuscum cum ex albo mutat͞: non nigrum. Nō.n. id qđ mutat͞ in utrouis extremorū eē necesse ē. Patet igit͞ oē qđ mutat͞ diuisibile eē. Motus aūt duobus est diuisibilis modis: uno quidē modo tēpore: altero uero rōe partium eius: quod subit motū. Veluti si A G totum mouetur: & A B & B C sane mouebit͞. Atq; sit partis qdē A B motus: D E ptis uero B C motus E F. Totū igitur motū

D F ipsius A C mobilis motū esse necesse est. Etenim hoc ipso motu mouebit͞: quippe cum utraq; ps utroq; moueat͞ motu: & nihil alieno motu: sed proprio moueat͞. Quare totus motus totius ē magnitudinis motus: Præterea si motus quidē ois alicuius ē motus: totus āt D F motus neq; A B: neq; B C est ptis: ps.n. ptis ē motus: neq; cuipiam tribuit͞ alii. Cuius naq; totius totus est motus: eius & prīū ptes sunt. Partes āt D E F Prtiū A B C: & nō aliorū sunt motus. Pluriū enī unus motus eē nō potest: totus profecto motus D F totius A C magnitudinis motus erit. Insuper si totius A C magnitudinis alius quidam sit motus: ceu G K auferentur ab ipso utrarumq; partium motus: qui quidem æquales erunt motibus D E: & E F: Vnus enim unius est motus. Quare si totus G K motus in motus partium diuidetur: motus G K motui D F erit æqualis. Sin uero stabit aliquid ut H K: hic nullus erit motus ut pate. Neq; enim totius neq; partium: quia motus unius est unus. At neque cuiquam alii tribuetur: continuus enim motus continuorum quorundam est motus. Eadem erit profecto ratio: & si D E F excesserunt in diuisione motus G K. Quare si hoc esse non potest: Eundem atque æqualem esse necesse est.

Hæc igitur diuisio ratione partium eius est quod mouetur: atq; cuislibet partibilis ipsam esse necesse est. Alia autem est temporis ratione. Nam cum omnis motus in tempore sit: & omne tempus sit diuisibile: minor aūt i minori tpe fiat ois motus uti tps diuidat͞ necesse ē. Cū āt oē qđ moue͞t i aliquo moueat͞: & tpe aliquo: mobilisq; totius sit motus easdē eē diuisiōes & tpis: & motus: & ipsius moueri: & eius qđ mouetur: & etiam eius

in quo

in quo est motus necesse est. Verum non oium similiter:in quibus est motus:sed quantitatis quidem per se:qualitatis uero per accidens. Accipiatur enim tps in quo quippiam moueť & sit A: & motus sit B. Si igitur in toto tpe motum ē: in illius dimidio motu minore est motum. Quo rursus diuiso:minore motu rursus est motum:& sic semper motus diuidetur ut tempus.

A Tempus

B Motus

C Mouere

Simili modo si motus est diuisibilis:& tempus est diuisibile. Si.n.toto in tempore motum ē:dimidio in dimidio & minore rursus in minore est motum. Ipsum quoqȝ moueri mō diuideť eodē.Sit.n.ipsum moueri C:in dimidio igiť motus minus erit toto: & i dimidio rursus dimidii:& ita semp diuideť.Licet ēt ipsum moueri qď est partis utriusqȝ motus D E:& E F designādo totū totius dicere esse. Nā si sit aliud plura motus eiusdē erūt moueri: sicut & motum i motus ptiū prius ostēdimus diuisibilē eē.Accomodatū.n.ipsum moueri pti utriqȝ motus: cōtinuū totū erit.

C Ipm moueri

E

D F Motus

Similiter & lōgitudo & oē id oino i quo fit mutatio diuisibile demōstrabitur: & si qdā p accidēs diuisibilia sunt:ppea ꝙ id qď mutať ē diuisibile. Nā si unū diuidať: Oia diuidenť. Similiter sese habebūt hæc oia infinitiōis ēt atqȝ oppositi rōne. Ab eo autē maxime qď mutať:hoc est sequutū:oia iquā diuidi ifinitaqȝ eē.Cōtinuo.n.ei qď mutať diuisibilitas ac infinito inest. Diuisibilitas igitur prius est demonstrata. Infinitio autem in sequentibus innotescet.


Capitulum secundum.


CVm aūt oē qď mutať e quodā in quoddā muteť:ipsum mutatum:cū primo mutatum est:in eo esse in quo est mutatū necesse est.Id eni quod mutatur exit ab eo ex quo mutať:aut ipsum relinquit.Atqȝ aut idē est mutari atqȝ relinquere:aut sequitur relinquere quidem mutari:reliquisse autem esse mutatum.Nā ad utrūque similiter se habet utrūqȝ. Cū igitur una mutationū sit ea:cuius termini cōtradictoriam subeūt oppositionē:patet cū mutatū ē qppiā i id qď est ex eo qď haud est:id iam ipsum qď haud est reliquisse.Quo fit ut sit in eo qď est.Oē nāqȝ quoduis:aut eē:aut nō esse necesse est.Patet igiť ipsum mutatū ea mutatiōe cuius termini cōtradictoriā subeūt oppositionē: in eo eē in qď est mutatū. Quod si in hoc ita est:& i cæteris ita erit.Similiter enim in una & in cæteris hoc sese habet. Præterea si quæqȝ sumať: hoc etiā in uniuersis eē patebit:si ipsum mutatū alicubi aut in aliquo esse necesse ē.Quoniā.n.id e quo est mutatū relinqt:atqȝ ipsum alicubi eē necesse ē:aut i hoc erit aut i alio.At si i alio ut in C:id pfecto qď i ipsum B ē mutatū:rursus i B mutatur ex C:Ipsum nāqȝ C nō erat ipsi coherens B: Mutatio.n. cōtinua ē:quo fit ut ipsum mutatū.Cū est mutatū: ad id muteť id qď est m utatū:qď fieri nequit.Id ergo qď est

C


A D


mutatũ:i eo eẽ in quod eſt mutatũ neceſſe eſt. Patet igiẽ & ipſum factũ tũ eẽ:cũ factũ eſt:& ipſum corruptũ tũ non eẽ cũ eſt corruptũ.Hoc.n.& ſi de oĩ mutatiõe eſt dictum: maxime tamẽ in ea dilucidũ eſt:cuius termini cõtradictoriã ſubeunt oppoſitionem.Patet igitur ipſum mutatum ĩ eo eſſe in quod eſt mutatum:cum mutatum eſt primo. Id autem in quo primo quippiam eſt mutatum:idiuiduum eſſe neceſſe eſt:atq; id dico primum quod non ex eo eſt tale quia aliquid ipſius eſt tale. Sit enim diuiſibile. Litteris A C deſignatum: atq; diuiſum in B: Si igitur in A B:aut rurſus in B C eſt mutatum:non in ipſo primo A C eſt mutatum:ſin ĩ utroq; mutatur:In utroq; enim aut mutatum eẽ: aut mutari neceſſe eſt:& in toto ſane mutatur.At mutatum eſſe ſupponebatur.Eadẽ ẽ rõ & ſi in altero mutaẽ:in altero ẽ mutatũ:Erit.n.qđ prius primo.Quare nõ erit id diuiſibile in quo eſt mutatũ. Patet igiẽ tã corruptũ:q̃ generatum idiuiduo corruptũ eẽ ac generatum. Biſariã autẽ dr̃ id in quo prio qppiã ẽ mutatum. Vno mõ in quo prio finita mutatio ẽ. Tunc.n.uere dicere licet illud eſſe mutatũ. Altero in quo primo mutari cœpit. Id igiẽ qđ in fine mutationis dr̃ primum ẽ uereq; dr̃ eſſe.Nã & fit ut finiaẽ tãdẽ mutatio:& ẽ exitus finiſue mutationis. Quẽ iã & oſtẽdimus indiuiſibilẽ eſſe:ꝓpterea qđ ultimum ẽ.At qđ in principio mutatiõis dr̃ primum:id oĩno nõ eſt.Nõ eſt.n.mutationis principiũ:nec id in quo primo tpis mutabiẽ.Sit.n.primũ A D:hoc igiẽ indiuiſibile qdẽ non eſt.Accidet.n.ut ſint herentia ipſa nũc.Præterea ſi ĩ F A tpe toto qeſcit: ponaẽ.n.ĩ illo qeſcere:& in A quoq; qeſcit. Quare ſi ipſum A D ptibus uacet ſimul qeſcet atq; erit mutatũ.In A nãq; qeſcit ĩ D uero mutatũ ẽ. Cũ ãt nõ ſit ptibus uacãs:diuiſibile neceſſe ẽ eẽ.Atq; ĩ q̃uis eius pte mutatum eſſe.Etenim A D diuiſo ſi in neutra quidem parte mutatum eſt:neque in toto ſane mutatum eſt.Sin in ambabus mutatur:in toto quoq; mutatur. Quod ſi in altera eſt mutatum:non in toto prio mutatũ eſt. Quare neceſſe eſt in q̃cunq; eẽ mutatum. Patet igitur nõ eſſe id in quo primo mutatũ ẽ:qppe cum diuiſiões ſint finitæ. At uero nec ipſius mutati qcq̃ erit primum qđ eſt mutatum.Sit.n. ipſius D F mutatum primum D G:Nã oẽ quod mutaẽ demõſtratum ẽ diuiſibile eſſe. Tẽpus ãt in quo D B mutatũ eſt ſit H k.Si igiẽ in illo toto ipſum D G eſt mutatum: in dimidio minus fuit mutatũ:& primus ipſo D G:& hoc rurſus aliud prius & ſic ſemper.Quare nihil erit eius qđ mutaẽ qđ primum ẽ mutatum. Patet igiẽ ex hiſce q̃ diximus neq; eius qđ mutaẽ:neq; tpis in quo mutaẽ primum aliqd eẽ.Ipſum aũt quo mutaẽ nõ eodẽ mõ ſeſe habebit.Tria nãq; eẽ dicunẽ ĩ ipſa mutatiõe:id qđ mutaẽ:& id ĩ quo atq; id quo mutaẽ. Vt hõ:tẽpus:atq; albedo.Homo igiẽ ac tẽpus diuiſibilia ſunt:Sed de albedine ẽ alia rõ: atq; tamẽ ꝑ accidẽs oĩa diuiſibilia ſunt.Cui nãq; albedo uel q̃litas accidit:Ideſt diuiſibile.Nã neq; ĩ his erit primũ:q̃ ꝑ ſe:& nõ ꝑ accidens dicunẽ diuiſibilia q̃les ſunt magnitudines ipſæ.Sit.n.mobile. A B:motũ ex B in C primum.Igiẽ ſi ĩdiuiſibile ſit ipſum B C pte uacãs erit herẽs pte uacãti.Sin diuiſibile erit aliqd ipſo C: prius ĩ qđ eſt mutatũ:& illo rurſus aliud prius: & ſic ſp: Nunq̃.n.diuiſio deficit. Quare nõ erit qcq̃ pri












mũ in quod eſt mutatum. Similiter res ſeſe habet & in quantitatis mutatione. Nam & hæc in continuo eſt. Patet igiť in ſolo qualitatis motu per ſe indiuiſibile eſſe poſſe.

Capitulum tertium.

CVm autem omne quod mutatur in tempore mutetur: mutari uero in tempore dicatur: & ut in primo: & ut per aliud: quo pacto in anno mutari dicitur: quia mutať in die: id ſane qđ mutať in q̃cunq̃ eius tẽporis parte mutari: in quo primo mutatur neceſſe ẽ: id ita eſſe. Patet quidem & ex diffinitiõe ipſius primi. Sic enim ipſum antea diffiniebamus. Patebit autẽ & ex hiſce quæ deinceps dicemus. Sit enim tẽpus A B: in quo quippiã prio moueatur. Atq̃ cum omne tempus ſit diuiſibile diuidať in C: In tẽpore igitur A C mouetur: aut non mouetur: & eodẽ modo rurſus in ipſo C B. ſi igitur neutra in tempore mouetur: in toto ſane quieſcit: alias impoſſibile eſt. n. moueri: ſi nulla in pte eius moueať. Sin in altera tãtũ moueť: nõ in A B tpe primo moueť: p aliud. n. in ipſo moueť: ergo quacũq̃ i pte tpis moueať neceſſe ẽ. Hoc ãt demõſtrato: patet oẽ qđ moueť prius neceſſario motũ eẽ. Nã ſi in A B tpe prio per F G ſpatiũ qppiã motũ eſt: id quod æqua celeritate moueť ſimulq̃ icœpit p dimidium in dimidio tpis erit motum. Quod ſi id tpe in eodem motũ ẽ per magnitudinẽ aliquã: & alterũ p eandem neceſſe eſt motum. Quare motũ ẽ id uti dixius qđ mouetur



Præterea ſi i A B toto uel quouis omnino tpe propterea motũ dicimus qppiã eſſe: qđ ipſius ultimũ nunc accipimus. Id eſt. n. qđ terminat. Atq̃ inter ipſa nũc ſemp eſt tẽpus: in cæteris ẽt ſane ſimili mõ motũ eſſe diceť. Dimidii autẽ extremũ eſt ipſa diuiſio. Quare & in dimidio motũ erit: & in quacũq̃ oĩno pte. Sẽper. n. p diuiſionẽ cõtinuo tẽpus ab ipſis nũc terminatũ euadit. Qđ ſi oẽ tẽpus eſt diuiſibe: & id qđ eſt inter nũc ipſa tẽpus eſt uti dixius: oẽ pfecto qđ mutatur infinities ẽ mutatũ. Præterea ſi id qđ cõtinue mutať & nõ ẽ corruptũ: neq̃ ceſſauit a motu: aut mutari: aut eſſe mutatũ in quocũq̃ neceſſe eſt. Vt muteť aũt i ipſo nũc fieri nequit. In quocũq̃ ſane tpis pũcto mutatũ ſit ipſum neceſſe eſt. Quare ſi temporis puncta ſint infinita: oẽ nimirũ qđ mutať infinities eſt mutatũ. Nõ ſolũ aũt id qđ mutatur neceſſe eſt eẽ mutatũ: ſed ẽt ipſum mutatũ prius muteť neceſſe ẽ. Omne nãq̃ quod ex quopiam in quippiam eſt mutatum: in tempore ẽ motatum. Sit enim in ipſo nũc ex A mutatum in B.

A ——•——•—— B

In eodẽ igiť nunc in quo eſt in A mutatũ nõ eſt. Nã & in A: & in B: ſimul erit. Ipſum nãq̃ mutatũ nõ eſſe in hoc ipſo cũ eſt mutatũ: antea demonſtrauimus. Quod ſi in alio ſit mutatũ: inter illa pfecto mediũ tẽpus erit: non ſunt. n. herentia ipſa tpis puncta. Cũ igitur in tpe ſit mutatũ: tẽpus aũt oẽ ſit diuiſibile: i dimidio ſane mutatũ eſt: & in dimidii dimidio rurſus: & ſic ſemp. Quare antea mutabať. Præterea id qđ dictũ eſt i magnitudine magis eſt manifeſtũ: ppea qđ magnitudo cõtinuũ ẽ: in q̃ mutať id quod mutať. Sit. n. ex C qppiã mutatũ in D. Si igiť C D indiuiſibile ſit: partibus uacãti: partibus pfecto uacãs herebit. Qđ ſi id fieri nequat: mediũ ipſum magnitudinẽ eẽ neceſſe ẽ: diuiſibileq̃ eẽ in iſinita. Quare prius in illa mutatur.



Oē ergo mutatū prius mutari necesse est. Eadē ē.n.& i hisce quæ non cōtinua sunt de mōstratio:ut in contrariis:& in hisce quæ contradictoriā subeunt oppositionem.Sumemus.n.id tēpus in quo ē mutatū:& eadē rursus dicemus.Quare mutetur ipsum mutatū & mutatū sit id qđ mutať necesse est.Atq; mutari prius ē ipso mutatū eē:& mutatum eē ipso mutari:ac nunq̄ primū sumeť.Cā āt huius ē:ptibus uacās nō eē uacāti ptibus herēs in ifinitū.n.ipsa diuisio ꝑficisciť:ut in cresentibus ac decrescētibus intueri lineis licet.


Quæ cum ita sint:patet necesse esse:& id quod est factū fieri prius:& id quod fit antea factum esse:modo diuisibilia atq; continua sint.Non tamen semper quod fit factum est prius.Sed interdum aliud:ceu illius aliquid:ut in ædibus fundamētum.Similiter fit:& in eo qđ corrūpiť & corrupto.Inest.n.ei qđ fit:& ei qđ corrumpiť ifinitio quædam Quippe cum continuum sit utrūq;. Et ipossibile est aut fieri nō factū aliqđ:aut factum esse non fiens aliquid:Similiter & in ipso corrūpi atq; corruptū eē.Sp.n.corruptū eē antecedit corrumpi:& corrūpi corruptū eē.Patet igiť:q; id quod ē factū prius necesse ē fieri:& id quod fit antea factū esse.Est.n.oīs magnitudo:omneq; tempus diuisibile semper. Quare in quocunq; sit:non erit in illo ut primo.


Capitulum quartum.

Cum autem omne quod mouetur in tempore moueatur: in maioreq; maiorem magnitudinem trāseat:fieri profecto non potest:ut magnitudinem infinito in tempore transeat qcq̄ finitam:modo non per ipsam eandem semper nec p aliq̄ eius partem:sed per totam toto in tempore moueatur. Patet igitur si quippiam æqua moueatur celeritate:necesse esse finitam magnitudinem illud finito in tempore pertransire.Sumpta nanq; parte quæ mensurauerit totam:in tot æqualibus tēporibus quot sunt magnitudinis ptes: totā illā ꝑfecto magnitudinē ptrāsibit.Quare cū hæ quæq; finitæ sit q̄titatis: & oēs nūero sint finitæ: tēpus ēt ipsum ꝑfecto finitum erit Tātū.n. totiēs erit q̄tū ē tēpus ptis:totiēs repetitū: quot sunt magnitudinis partes.

Nihil āt itereft:& si nō æqua celeritate moue tur. Sit.n. spatiū qdē A B finitū: qđ ifinito in tpe pertrāsiuit. Tēpus āt ifinitū. C D. Si igiť p priorē aliam alia ptē motū eē necesse ē:patet in priore tpis parte posteriorive aliā aliāue ptransiuisse.Sēp.n. maiore ī tpe p aliā motū erit.Idq; nō minus fiet siue æqua:siue nō æqua celeritate muteť:& siue intendatur motus:siue remittatur:siue ī eodē persistat.Accipiatur itaq; pars aliqua spatii quæ metie-

Demonstratio probans q; si magnitudo est finita: q; tempus infinitum esse non potest.









tur A B lõgitudinẽ totã:atq; A F litteris designetur. Hãc igiť aliqua in parte transiuit tpis isiniti:qppe cũ impossibile sit eã i isinito tpe trãsiisse. Totũ.n.spatium i isinito ptransit. Et rursus si aliã sumpsero tãtã q̃ta est ipsa. A F:necesse est & hanc eadẽ rõne finito in tpe trãsiisse:& sic usq; ad ultimã pficiscar. Cũ igiť isiniti qdẽ nulla sit pars quæ metieť ipsum:ut patet:fieri.n.nõ põt:ut infinitũ ex finitis æq̃libus & inæqualibus cõstet:ppea quod ea q̃ multitudine magnitudineq; sunt definita:siue æqualia:siue inequalia sint: mensurari tadẽ aliquo uno possunt. Spatiũ autem finitum q̃titate partis A F mẽsureť:finito pfecto in tpe tale ẽt mobile p magnitudinẽ A B finitã moueť. Similiter & de qete dicendũ ẽ. Quare fieri nõ põt:ut idẽ unũq; genereť sp uel corrũpať. Eadẽ sane rõne pbabiť:fieri ẽt nõ posse ut finito i tpe qcq̃ :aut isinitã magnitudinẽ transeat:siue uniformiter:siue difformiť moueať :aut qete isinita qescat. Sumpta nãq; tpis aliqua pte:quæ totũ metieť tempus:in illa ptẽ aliq̃ magnitudinis:non totã magnitudinẽ transit. Totã.n.toto in tẽpore trãsit:& rursus i alia pte æquali ptẽ aliã magnitudinis trãsit:& i unaquaq; simili mõ:siue æquales sint primæ parti siue ẽt inæquales. Nihil.n.refert mõ sit quæq; finita. Patet .n.exhausto tpe isinitã magnitudinẽ exhaustã nõ fore:si ablatio fiat magnitudine nũeroq; finita. Quare nõ isinitã magnitudinem finito i tpe trãsit:atq; nihil iterest altera ex parte tãtum an ex utraq; infinita sit magnitudo. Eadẽ.n.sp accomodabitur.rõ. His demõstratis patet neq; fieri posse:ut magnitudo finita finito i tpe trãseat magnitudinẽ isinitã cãm ob eãdẽ. In parte nãq; tpis finitã partẽ trãsit:& i una quaq; simili modo. Quo fit ut toto i tpe finitam trãseat magnitudinẽ. At uero cũ magnitudo finita nõ trãseat finito in tpe magnitudinẽ isinitã:patet neq; magnitudinem infinitam: longitudinem finitã transire. Nam si infinita magnitudo finitam pertranseat:& finitam infinitam transire necesse est. Nihil.n.interest:utra sit ea q̃ motu cietur. Vtroq; nãq; mõ infinitã trãsit finita. Nã cũ A magnitudo isinita mouetur:erit aliqua pars eius finita:ut Eiceu D C & aliaq; atq; alia rursus & sic sp. Quare fiet ut simul isinita p finitã:& finitã p isinita sit mota. Nec enim fortasse fieri põt:ut aliter isinita p finitã sit mota:q̃ hoc pacto ut finita transeat infinitam uel latione pgendo p ipsam uel metiẽdo. Quare cũ hoc sit ipossibile:infinita sane finitã pertrãsire nõ põt. At uero nec isinita isinitã finito i tpe trãsit. Nã si trãsit: & infinitã finita sane trãsibit. Inest.n.i infinita finita. Præterea & tpe sumpto eadẽ demõstratio erit. Cũ igiť nec isinitã finita: nec isinita finitã:nec ẽt isinitã isinita finito i tpe transeat:patet neq; motũ isinitũ i tpe fore finito. Quid.n.interest:motus an magnitudo sit infinitũ. Nam si utrumuis fuerit isinitũ:& alterum isinitum esse necesse est. omnis enim latio est in loco.

C

A —————————— D

B ————

Capitulum quintum.

Cum ãt id oẽ moueať aut qescat q aptũ ẽ moueri q̃do:& ubi & quemadmodũ aptum ẽ:ipsum pfecto stãs cũ stat moueri necesse ẽ:nã si non moueť qescit. an fieri nõ põt ut ad qetẽ pficiscať id qđ qescit. Quo demostrato:patet necesse esse & in tpe stare. Oẽ nanq; qđ moueť :in tẽpore sane mouetur: ipsum ãt stans moueri ostẽdimus. Quare necesse est i tpe stare. Præterea ipsum celerius atq; tardius in tpe dicimus esse. At fit ut tardius atq; celerius stetur. At uero id quod stat:stet quacũq; in parte temporis eius i quo primo statur necesse est. Tpe nãq; diuisio si neutra i parte stat: neq; toto pfecto in tpe stat. Quo fit ut nõ stet idipsum quod stat sin i altera:non in toto stat primo. In hoc.n. per aliud stat:ut de eo qđ moueť antea diximus. Vt ãt nõ ẽ qcq̃ in quo primo moueť id qđ motu cieť :sic neq; quiq̃ est i quo stat id prio qđ dicimus stare.


Neq; enim ipsius moueri:neq; ipsius sta re quicquã est primum. Sit enim id quod A ——— B primo stat A B litteris designatum. Hoc igit̃ uacare partibus impossibile est. Non ẽ enim ĩ eo motus quod partibus uacat: propterea q; id qđ mouetur motũ esse necesse est. Id uero qđ stat: moueri iã demonstrauimus. Quod si diuisibile est quacũq; in parte ipsius stat: hoc enim prius ostendimus: in quo inquã primo quippiã stat: in eius hoc parte quacũq; stare. Cum igit̃ tẽpus sit id ĩ quo primo stat: & non indiuiduũ: oẽ uero tẽpus in infinitũ sit diuisibile: nõ est profecto id in quo primo stat̃. Neq; igitur id est in quo primo quiescens ipsum quieuit: in eo nã que non quieuit: qđ partibus uacat: quia nõ est ĩ indiuiduo motus. In quo uero quiescit quippiam: in eo ẽt & mouetur. Tunc enim quiescere quippiam dicimus: quãdo & ĩ quo est aptum ut moueatur: & non mouetur. Præterea tũc quiescere quippiam dicimus cũ similiter nũc sese habet & prius: nõ uno quodã sed duobus hoc minimis diiudicãtes. Quare id in quo quiescit: partibus non uacabit. Quod si partibile est tẽpus: erit profecto: atq; in quauis ipsius parte quiescet. Sic enim hoc ostẽdetur: ut & ĩ prioribus ẽ demõstratum. Quare nihil erit & in hoc primũ. Est autem huius hæc causa. Omne inquam quiescere atq; moueri in tpe. Tempus uero nullũ eẽ primum: neq; magnitudinem: neq; omnino cõtinuũ cum oẽ sit diuisibile in infinitũ ut patuit. Cum aũt omne quod mouetur in tẽpore moueat̃: atq; ex quopiam in quippiã mutet̃: impossibile est eo ĩ tpe quo per se quippiã moueẗ: & nõ in aliquo illius ipsum in aliquo primo esse. Quiescere nãq; quippiã est in aliquo eodẽ & ipsum & partem ipsius quaq; tempore quodã esse. Sic enĩ quiescere dicimus: cum ĩ alio uere dicere licet: ipsum in eodẽ partesq; ipsius esse. Quod si id est quiescere: non fit profecto ut id quod mutat̃ in aliquo si totum ipso tpe primo. Est enim diuisibile tẽpus omne. Quare alia in parte ipsius atq; alia uere dicere licebit: in eodẽ: & ipsam: & quãq; partem ipsius esse. Quod si nõ sit hoc pacto ĩ aliquo: sed uno in tpis puncto: nõ erit in aliquo profecto tpe ullo: sed in tpis tantũmodo fine. In ipso uero nũc est quidem semper ĩ aliquo non tamẽ quiescit. In ipso nãq; nunc neq; moueri q̃ neq; quiescere potest. Sed uerũ quidẽ est in ipso nũc nõ moueri: atq; in aliquo esse. In tempore aũt ut quiescens esse non potest: eueniret enim ut id quod fertur quiescat.

Tractatus tertii. Capitulum primum.




Zeno uero praue ratiocinatur. Dicit enim si semper omne quiescit: aut mouetur cum est in sibi æquali. Id autem quod fertur: est in sibi æquali spatio ĩ ipso nũc semper. Immobilem eam esse sagittam quæ fertur. Hoc autem est falsum. Tempus enim non ex ipsis nunc indiuisibilibus constat. Quemadmodum nec ulla alia magnitudo. Quatuor autem zenonis de motu sunt rationes: quæ difficultatem soluentibus afferunt. At prima quidem est ea qua motus ex eo tollitur: quia prius ad medium q̃ ad finem id quod fertur peruenire oportet: de qua distinximus antea. Secunda uero est ea quæ nuncupatur achilles: qua motus rursus ex eo tollitur: quia nunquã id quod celertime currit id consequetur quod tardius currit. Id enim quod persequitur eo perueniat ante necesse est: unde id quod fugit fugam arripuit. Quare tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat necesse est. Est autem & huius rationis eadem uis: sed hoc differt: Quod magnitudinem quæ accipitur non in dimidia diuidit. Accidit igitur ut tardius ipsum non attingatur ex ratione nimirum ipsa. Fit autem ob diuisionem: qua quidem & antecedens utitur ratio. In utrisque enim fit ut non perueniatur ad finem magnitudine subeunte: & si non eodem modo diuisionem. Sed in hac additur tanq̃ tragice decantatum: neq; celerrimum unq̃ tardissimum attingere perse-

quendo. Quare solutionē utriusq; eandem esse necesse est. Id uero quod censet nunquā id attingi quod antecedit: falsum est profecto: nā cum antecedit nō attingitur: Attamen attingit tandem: si dabit magnitudinem finitam id quod mouetur transire: hæ sunt igitur duæ rationes zenonis. Tertia uero est ea: quæ quiescere dicit sagittam cum fertur: de qua pauloante diximus. Accidit autem id ex eo: quia tempus sumitur ex suis punctis constare. Quod si non dederis: ratio continuo expirabit. Quarta est ea quæ de iis est æqualibus molibus: quæ propter æquales alias moles æquali celeritate partim e calce stadii partim econtra mouentur. Vbi fieri putat ut duplo tempori dimidium sit æquale. Rationis autē fallacia in existimatione illa consistit. Ea nāq; quorum alterum fertur propter quiescens: alterum propter id quod mouetur: æqualem magnitudinem celeritate æquali transire in æquali tempore censet: hoc autem falsum est. Sint quiescentes quidem æquales moles. AAAA. Super has autem moueantur moles. BBBB. incipiēdo a medio ipsarum molium. A. numero & magnitudine æquales. CCCC. uero his æquales modo eodem & æque celeres super ipsas. B incipiēdo a prima quæ est in medio ipsarum. A. motu contrario moueantur.



Accidit igitur primam B: Atq; C molem simul in ipsis esse extremis: &. C quidē uniuersas A moles: B uero dimidium ipsarum pertransiuisse. Quare fit ut sit dimidium tēpus. Vtraque enim æquali in tempore molium unamquanq; transiuit: & insuper accidit B per omnes moles C transiuisse. Prima nanque C & B moles in contrariis sunt extremis: tanto in tempore per unamquanq; B molium mota: quanto quanque molium. A transiuit: ut dicit: propterea quod utraque æquali in tempore per A moles est mota. Ratio igitur hæc est. Fit autem ob id quod diximus falsum. At uero neque in ea mutatione cuius termini contradictoriam subeunt oppositionem: impossibile quicquā nobis eueniet. Veluti quippiam si e non albo i album mutatur: atq; in neutro est: neque album: neq; non album esse. Non enim si nō totum in utrouis sit nō dicetur album: aut nō album esse. Album enim dicimus: aut non album. nō quia totum sed quia plurimis partibus sit: aut maxime præcipuis tale. Non est autem idem non esse in hoc: & nō esse i hoc totum. Similiter res sese habet & in eo quod est: atq; in cæteris quæ contradictoriā subeūt oppositiōem. Etenim in oppositorū quidem altero necessario erit totum aūt in neutro semper erit. In circulo rursus ac sphæra: & in iis oīno quæ in seipsis mouenť. non eueniet ipsa qescere. In eodē enim loco tēpore quodam ut iquiunt & ipsa & partes sunt. Quo fit ut qescant simul ac moueanť. Primo nanq; partes nō sunt eodem in loco tempore ullo. Deīde totum etiā




in alium semper locum mutatur. Non est enim eadem circumferētia: quæ ab A. & B. & C. sumitur: cæterorumq; quolibet puncto: nisi ut musicus homo: & homo: quid id accidit. Quare in aliam alia semper mutatur: & nunquā quiescet. Idem est modus & i sphæra: atq; in cæteris quæ in seipsis mouentur.

Capitulum secundum.



Emonstrantis autem his dicimus id quod partibus uacat moueri non posse: nisi per accidens: ueluti si corpus uel magnitudo in qua est moueatur. Quemadmodum si id quod est in nauigio latoine nauigii: uel totius motu pars moueatur. Vacare autem id partibus dico quod est indiuisibile quantitate. Partium enim motus & inter sese differunt: & a totius etiam motu: atq; in sphæra maxime differentiam ipsam quispiam intuebitur. Non enim eadem erit celeritas earum partium quæ propinquæ sunt centro: & earum quæ sunt ab eo distantes totiusque sphæræ. Quo patet nō unum omnium esse motum. Vt igitur diximus. sic ipsum quod Partibus uacat moueri potest: ut hisce qui sedet in curren te naui mouetur: per se autem moueri nō potest. Mutetur enim ex A. B: in B C. siue in magnitudinem ex magnitudine: siue in formam ex forma: siue ex termino in oppositum contradictoriæ terminum tempus autē i quo primo mutatur sit. D.



Igitur ipsum eo in tempore quo mutatur: aut in A. B: aut in B. C: aut partim in hoc: partim in altero esse necesse est. Omne nanque quod mutatur sic se habeat. At aliquid ipsius in utroq; non erit: fuerit enim partibile. Neque erit in B. C: erit enim mutatum: supponitur uero mutari. Restat igitur ipsum in A. B esse eo tempore quo mutatur. Quiescet ergo. Quod enim est in eodem tempore quodam. id quiescere dicebamus. Quare non fit ut id quod uacat partibus moueatur: aut omnino mutetur: hoc tantum pacto motus ipsius esse: si tempus suis ex punctis constaret. Semper enim in ipso nunc motum esset atq; mutatum: ut moueatur quidē nunq̄: semper uero sit motū: at hoc eē nō posse prius est demonstratū. Neq; eni tēpus ex nunc ipsis: neq; linea ex punctis: neq; motus ex suis momentis constat. Nam nihil aliud asserit qui id dicit: q̄ motum ex hisce quæ partibus uacant constare: perinde atq; si tempus ex nunc ipsis: assereret: aut magnitudinem ex pūctis constare. Præterea neq; punctum neq; indiuisibile quicq̄ moueri ex his etiam patet fieri nanq; non potest: ut id q̄d motū cieť. maius seipso transeat: prius quā: aut p æq̄le aut minus se moueatur. Quod si ita sit: & patet & punctū seipso minus: aut æquale: prius transire. At cum indiuisibile sit: fieri non potest: ut per minus antea moueatur: per æq̄le ergo sibi mouebiť. Quo fit ut ex punctis linea constet. Punctū eni trāseundo sibi semper æquale: totam quam transit lineam mtieť. Q đ si id esse non potest: fieri quoq; nequit ut indiuisibile moueatur. Insuper si omne quod motu cietur in tempore: & nihil in ipso nunc moueatur: omneq; tempus sit diuisibile: erit utiq; tempus eo tempore minus: in quo transit id quod mouetur æq̄le spatium sibi. Id enim in quo mouetur: tempus erit plane: propterea q̄ omne quod mouetur in tempore motu cietur. Tempus autē omne diuisibile esse prius est demonstratum. Si igitur punctum mouetur: erit aliquod

tempus eo tempore minus: in quo motum est ipsum per æquale spacium sibi: at esse non potest. In minore nanq; transeat minus necesse est: quo continuo fit ut indiuisibile in se minus sit diuisibile: quemadmodum & tempus in tempus. Enimuero unice id quod par tibus uacat atque indiuisibile moueretur: si fieri posse ut ipso nunc indiuiduo quippiam moueatur: eiusdem enim est rationis in ipso nunc moueri: & indiuisibile quid moueri.

Capitulum tertium.


MVtatio autem nulla est infinita: e quopiam enim in quippiam est omnis & ea quæ in contradictoriis: & ea quæ in contrariis est. Quare mutationum quidē earum quæ in contradictoriis sunt affirmatio atque negatio finis est generationis quidem id quod est: corruptionis autem id quod non est. Mutationum uero quæ inter contraria sunt: ipsa contraria sunt extrema: hæc enim ultima sunt mutationis: quare & alterationis omnis. Alteratio nanque ex contrariis est quibusdam: similiter & accretionis decretionisue. Nam accretionis quidem id est extremum quod est magnitudinis perfectæ quæ accomodatur naturæ finis. Decretionis uero: casus ab hoc ipso remotioue.

Latio autem hoc quidem modo non erit finita: non enim omnis est in contrariis: sed quoniam quod hoc pacto est: impossibile diuisum fore: ut non cōtingat ipsum fore diuisum: id ut diuidatur non potest. Multipliciter enim impossibile dicitur. Atq; quod ita est impossibile secari non possit. Et omnino quod factum fore non potest: id fieri non contingit: & id profecto quod mutatum fore non potest: in id mutari nequit in quod mutatū fore non potest. Si igitur id quod fertur in quippiam mutatur: & i illud sane fore mutatum potest: Quare motus non est infinitus: neq; quicq̄ per infinitum feretur. Fieri enim non potest: ut illud unq̄ pertranseat. Patet igitur hoc pacto nullam infinitam esse mutationem: ut non sit finibus terminata. Verum considerandum est si sic esse possit ut una eademq; tempore sit infinita. Nam si non fiat una: nihil forsitan prohibet. Veluti si alteratio fiat post lationem: & accretio post alterationem: & generatio rursus post illam. Sic enim semper quidem erit tempore motus: sed non unus: quia non est unus ex uniuersis. Vt autem unus infinitus tempore fiat præter unum non potest: hic autem est ipsa conuersio.


Explicit Liber sextus.

Aristotelis de naturali auscultatione. Liber septimus. Io. argilopylo interprete.


Capitulum primum.



Omne quod mouetur ab aliquo moueatur necesse est. Si igitur in se non habeat principium motus: ab alio patet ipsum moueri. Si in se habeat: accipiatur ipsum A B: quod quidem moueat ut non ex eo quia quid sui cietur. Primum igitur A B putare a se moueri: quia & totum ab externo nullo mouetur: simile ē atque si quis cum ipsum D G mouet ipsum G F simulque cum eo mouetur ipsum D G F a seipso moueri putaret: quia non perspicit utrum ab utro moueatur: utrum D G a G F an G F ab ipso D G.



Deinde q̃d a seipso mouet: id nunq̃ ex eo moueri desinet: quia aliquid aliud stetit mo uerięq; cessauit. Igit si quid ex eo moueri desi nit: qa qppiã aliud stetit: id ab alio moueatur necesse est. Hoc.n. patefacto: omne quod mouet ab aliquo moueat necesse est. cũ eni ipsum A B moueri sit sumptum: diuisible erit ꝑfecto. Omne nãq; quod mouetur diuisibile est. Si igitur diuisum in. C.



igit B C quiescente: & ipsum. A B. qescat necesse ẽ. Q uod si nõ qescat: mẽte sumatur moueri B C igitur qescente. A C mouetur Nõ ergo p se mouet ipsum A B: at p se prio moueri supponebatur. Patet igit B C qescẽte &. A B qescere: ac tũc cessare moueri. At si qd ex eo moueri desinit: qa qescit aliud: id ab alio plane mouet. Patet igitur oẽ qd mo uet ab aliquo motu cieri. Oẽ.n. qd mouet ẽ ut patuit diuisibile: parteq; qescente: & totũ ipsum quiescit.


Capitulum secundum.



Vm autẽ oẽ qd mouet ab aliquo moueat necesse ẽ: & id qd in loco mouetur ab alio moueat: & id igit qd mouet aa alio moueatur necesse est: cũ mouetur: & ipsum: & hoc ab alio rursus. At nõ infinitũ hoc ꝑficiscit: sed stabit tãdem ali cubi: atq; erit qppiam quod primo cã erit ut oĩa moueantur. Q uodsi non sit ita sed sit ĩ infinitũ ꝑfectio: moueatur A quidem a B ipsum: autem B moueatur a C: & rursus a D: & hoc in ifinitũ hoc mõ ꝑficiscat.



Cũ igitur simul moueatur & id qd mouet: simul A. & B mouebuntur. Nã cũ B mo uetur: mouebit & ipsum A: & itẽ cũ B mouet: ipsum C sane mouebit: & similiter cum C mouet mouebit ipsum D: motus igit ipsius A: simul erit cũ motu ipsius B: & cæte rorũ cuiusq;: & unũ qdq; igit ipsorũ: & motũ cuiusq; poterimus sumere. Nã & si a singu la: simul mouent: nõ minus tamẽ uniuscuiusq; motus unus est numero & nõ ifinitus ex tremis. Cum oẽ quod mouetur: e quodam ad quoddam proficiscatur. Fit enim ut aut numero: aut genere: aut specie sit idem motus: numero igitur eum motũ dico eundem eẽ qui in eodem numero tpe ex eodem ĩ idem numero fit: ut hisce qui hac ex albedine quæ est una numero: hanc in nigredinem: hoc in tẽpore quod sit unum numero fit. Nam si in alio fiat: unus specie non numero motus erit. Genere autẽ idem est motus: qui eodem in prædicamento: aut in substantia: aut in alio genere fit. Spẽ uero est unus: quo ex eodẽ specie ad idem specie pergitur. Vt motus q est ex albo in nigrum: aut in malũ e bono. Hæc aũt & in superiori bus dicta sunt. Accipiatur igitur mo tus ipsius A: & sit E: & motus ipsius B: & sit F: & motus item ipsius C: atque D: & sint G: atq; H: Sumatur præterea tẽ pus in quo A mouetur & sit K.



Atq; cum definitus sit motus ipsius A: definitum erit & k tempus: & non infinitum. At A & B & cæterorum unumquodque eodem in tempore mouebatur. Ac

cidit igit̃ ut motus E F G H infinitus in k definito tp̃e fiat.eo.n.in tẽpore quo A mo uebat̃:& ea oia infinita quæ post ipsum A collocata deinceps sunt mouebantur. Quare tempore in eodẽ mouentur. Etenim motus ipsius A æqualis aut erit motui ipsius B aut maior:nihil autẽ refert accidit enim oĩno ut infinitus motus tp̃e fiat finito. Hoc autẽ fieri nequit. Hoc igit̃ pacto qd' proposuimus uidebit̃ demõstrari. Non tamẽ demonstratur q̃a nullũ absurdũ emergit. Fieri enim põt ut finito in tp̃e motus sit ĩfinitus: nõ tamẽ idẽ:sed alius:si multa sint ea quæ mouent̃ ac infinita:qd' & in hisce quæ nũc sumpsimus accidit. At si id quod primo mouet in loco motuq; corpori accomodato tangere necesse est id quod mouetur:aut cõtinuum esse:ut in uniuersis fieri cernimus:totũ ipsum unum ex oibus aut cõtinuũ erit. Id igitur quod fieri potest:eẽ sumatur & sit magnitudo quidem aut cõtinuũ ipsum A B C D:Motus aũt huius sit E F G H:Nihil autem interest infinitum sit an finitum:similiter enim finito in tempore K:aut infinitum:aut finitum in finito mouebitur motu:horũ ãt utrũq; est impossibile. Stabit igitur tãdem ut patet:id ipsum:& non in infinitũ p̃ficisceretur:ab alio inquam semper moueri:sed erit quippiam quod primũ motu ciebitur:nihil autem intersit aliquo supposito id ostẽdi. Eo nãque posito quod esse potest:nullum absurdum accidere oportebat.

Tractatus secundi. Capitulum primum.



D autẽ quod primum mouet non ut id gratia cuius cætera sunt uel fiunt:sed ut id unde est principiũ motus:simul cũ eo est quod mouetur. Atq; simul dico:q̃a nihil est inter ipsa:hoc enim oibus mouẽtibus cõiter cõpetit & subeũtibus motum. Cum autem tres sint motus:is inquam qui ad locũ:is q ad qualitatem:& is q ad q̃titatẽ accomodat̃. Quoq; primus est latio. secũdus alteratio. Tertius accretio atq; decretio:& ea sane quæ mouentur tria eẽ necesse est. Atq; primo delatione dicamus. Hæc enim primus motuum est. Omne itaq; quod fertur:aut a seipso mouetur aut ab alio. Si igitur a seipso mouetur. Patet cum ĩ ipso sit id quod mouet simul esse: & id quod mouet & id quod mouetur & nihil inter ipsa medium esse. Sin ab alio mouetur quatuor modis mouetur. Motus enim qui ab alio afferuntur:quattuor sunt. Pulsus:tractio:uolutio:uectio:etenim fit ut oẽs alii ad hos reducantur:Pulsio igitur alia ẽ impulsio:alia expulsio. Atq; impulso quidem est:cum id quod mouet non deserit id quod mouetur. Expulsio uero cum deserit:uectio autem in tribus est motibus. Non enim per se:sed per accidẽs mouetur quod uehitur. Ex eo nãq; mouetur:q̃a ẽ in eo uel super id quod mouetur:at id qd' uehit:aut pellitur:aut trahitur:aut uoluitur:patet igitur uectionem tribus ĩ motibus eẽ. Tractio uero ẽ:cũ motus trahentis aut ad se aut ad aliud celerior eius est motu quod trahitur:neque seiungitur ab eodem: etenim & ad seipsum est tractio & ad aliud. Ad has & cæteræ tractiones eædem spẽ reducentur:ut inspiratio:& spiratio:& sputatio:& eæ q̃bus aut emittuntur corpora:aut accipiuntur. Quarũ aliæ sunt cõgregatiões:aliæ segregationes. Et omnis igit̃ ad locũ accõmodata motio:congregatio est nimirum & segregatio:uolutio uero ex tractione pulsioneq; componitur. Mouens enim partim pellit:partim trahit quod motu hoc agitatur:perspicuum igitur est:si pelens ac trahens ẽ cũ eo qd' pellitur atq; trahit̃:nihil esse inter ea quorũ alteq; mouet̃:alteq; mouet. hoc & ex diffinitionibus patet. nam pulsio quidem est:aut ex se:aut ex alio in aliud motus. Tractio autẽ ex alio uel ad se: uel ad aliud: Insuper compulsio atq; dispulsio. Proiectio uero est:cum motus celerior fit naturali motu corporis eius quod fertur pulsione uehementiore nimirum facta:quod quidem eousq; fertur quousque motus is uehementior sit illo motu. Quæ cum ita sint: Patet esse simul id quod mouetur & id quod mouet:& nihil iter ipsa medium esse. At uero nec inter alterans & id quod alterat̃ medium quicq̃ cadit:quod

quidē ita esse p inductionē patere pōt. In uniuersis. n. fit ut id qđ ultimum alterat & id qđ primū alteraťsint simul. Omne. n. quale ex eo alteraťquia sensibile ē. Sensibilia uero sunt ea: quibus inter sese corpora differūt: ut grauitas: leuitas: durities: mollities: sonus huius uacuitas: albedo: nigredo: dulcedo: amaritudo: humiditas: siccitas: densitas: raritas & ea quæ inter hæc sunt similiter & cætera quæ sensui subiiciuntur: caliditas inquam: & frigiditas: & leuitas: & asperitas. Hæc enim affectus sunt qualitatis subiectæ: & his inter se differūt sensibilia corpora: aut horū gradibus: atq; qa aliquod horū patiunť: alterari dicimus tā aīata corpa q̄ inaīata: & aīantiū ptes quæ aīæ sunt expertes: calefiūt. n. aut frigefiūt: aut dulcia fiūt: aut amara: aut aliquo alio prædictoꝝ afficiunť. Ipsi quoq; sensus alteranť: patiunť. n. nā ipsorū actio motus est p corpus patiēte aliqđ sensu. Atq; quibus alteranť inaīata: his uniuersis aīantia ēt alteranť. At quibus aīantia alteranť: hisce non alteranť inaīata. Per sensus. n. nō alteranť: neq; sentiūt inaīata cū alteranť. Nihil tamen phibet ut & aīantia cū alteranť nō sentiāt: q̄do nō p sensus accidit alteratio. Si igiť affectus q̄dā sensibiles sunt: p hos āt fit alteratio: patet iā simul eē patiēs ipsum atq; affectū: & nihil iter ipsa mediū eē. nā huic quidē aer cōtinuus ē: aeri uero cōiūgiť corpus: & supficies q̄dē lumini: ui sui uero lumē coheret. Similiter & auditus ac odoratus prio mouētī cōiūgiť. Sapor ēt simul est mō eodē & gustus. Simili mō fit & in hisce quæ sunt expertia aīe atq; sensus id ēt: qđ augeť & id qđ auget eodē mō se habet. Accretio nāq; q̄dā additio est. Quare simul sunt qđ auget & qđ augeť. Et i diminutiōe eodē mō. Cā nāq; decretiōis ablatio q̄dā ē. Patet igiť nihil eē mediū iter id qđ ultimū mouet & id qđ prio mouetur.


Capitulum secundum.

DEinceps aūt uniuersa quæ alteranť a sensibilibus alterari: & eorū alterationem esse dumtaxat quæ per se ab hisce pati dicunť: p hæc cōtēplenť oportet. Maxime nāq; q̄spiam i figuris formis atq; habitibus & horū deiectionibus acq̄sitionibus ue alterationem esse existimabit. Videť enim in his alteratio esse. Verum nō ē: sed cū q̄dā alteranť: hæc fiunt. Cū densať inquā: aut rarefit: aut calefit aut frigefit materies ipsa. Sed alteratio nō ē: Nō. n. statuæ formā noīe dicimus eius ex quo forma est orta: nec eius etiam ex quo ē pyramidis aut lecticæ figura: pyramidem aut lecticā: sed de nominātes: aliud æneū aliud terreū aliud ligneū appellamus. At id quod alterať dicimus. Ipsum. n. æs humidū eē dicimus: aut calidū aut durū. Et nō solū hoc pacto: sed etiam ipsum humidū atq; calidū eē dicimus æs: affectus noīe materiā nūcupantes. Cū igitur id quidē ex quo est forma & figura: & id qđ ē ortū figurarū noīe nō dicať. Id uero qđ alterať noīe dicať affectuū: patet alterationē in solis sensibilibus eē. Præterea absurdum est & alio mō dicere. Dicere nāq; hoiem alteratū esse: uel domū sumpto fine ridiculū est: si pfectionē domus: aut parietes: aut tegulā alterationē esse dixerimus: & si cū parietibus domus claudiť: aut tegiť ipsum dixerimus alterari. Patet aūt alterationē in hisce non esse: quæ generanť: atq nec in habitibus alteratio ē: habitus. n. uirtutes ac uitia sunt. Virtus āt oīs & uitiū ad aliqđ est: queādmodū sanitas tēperatio q̄dā est calidorū ac humidorum aut internorū aut ad cōtinens. Similiter & pulchritudo & robur ad aliqđ sunt. Sūt. n. dispositiones quædā eius qđ præstantissimū est ad id qđ est optimū. Atq; id præstantissimū dico: qđ cōseruat ac circa ipsam naturā disponit. Cū igiť uirtutes quidē ac uitia sint ex hisce quæ sunt ad aliqđ. Hæc āt generationes nō sunt: nec ipsorū sit generatio nec alteratio oīno: patet circa habitus alteratiōes nō esse. At uero neq; circa uirtutes animi uitiaq; alterationes esse uidenť. Virtus nāq; pfectio quædā est. Vnūquodq;. n. maxīe tū est pfectū: cū ppriā uirtutē ē cōsecutū: & maxīe secūdū naturā. Sicut circulus tūc maxīme secūdū naturā ē quādo maxīe circulus ē. Vitiū uero corruptio ē hoꝝ atq; remotio.

Fit igit̄ cū aliquid alterat̄ uirtutis acceptio. uitiiq̄ʒ deiectio:neutrū tamē horū est alterari aūt aliqd inde patet. Nā uirtus qdē aut affectuū est uacuitas:aut eorundē mediocritas quadā. Vitiū aūt aut ē ōis affectuū cōcitatio:aut est perturbatio uirtuti contraria. Atque oino fit ut uirtus morū in uoluptatibus doloribusue consistat. Voluptas eni. aut cū agimus. aut cū recordamur. aut cū speramus:effici solet. Atq̄ʒ si cū agimus prouenit. sensus est causa. Si cū recordamur aut speramus:ab ipso rursus efficit̄. Afficimur enim uoluptate:aut recordātes ea q̄ nos delectarunt:aut sperātes euenire ea q̄ nos afficient uoluptate. Atq̄ neq̄ʒ ad ptem itellectiuā aiæ alteratio accomodat̄. Sciens.n.maxime ad aliquid dicit̄. Hoc autē ita esse perspicuū inde fieri pōt:per nullā nāq̄ʒ potentiā motis fit in nobis scia:sed prius aliquo orto. Experientia nāq̄ʒ particulariū sciam uniuersalē cōsequi mur. At neq̄ʒ ipsa operatio generatio ē:nisi uisionē tactūue generatiōes q̄spiā dixerit. Tale ē.n.ipsa opatio. Acceptio autem a pricipio sciæ nō ē generatio:nec alteratio. Ex eo nāque qa perturbationes sedant̄ atq̄ʒ tranqlla fit aia:sciens q̄spiā atq̄ʒ prudēs euadit. Quē admodū igit̄ cū exprectus est q̄spiā dormiens:aut cū ab ebrietate sese recipit:aut cum a morbo cōualuit:non factus est tūc sciēs:q̄q̄ antea non uti scia poterat opariq̄ʒ p eam:sed extincta pturbatione:mēteq̄ʒ iā inde ad tranqllitatē redacta aptus ac idoneus ad sciētiæ usum euasit. Sic ēt cū a principio orit̄ in nobis scia:simile qd sane fieri solet. Fit enim perturbationis sedatio qes atq̄ʒ tranqllitas q̄dā:accidit eodē & id qd̄ in pueris natura fieri solet. Non enim discere pueri: neq̄ʒ peride sensibus:atq̄ʒ ii q̄ sunt puecti magis ætate discernere possunt:est enim uehemens in eius turbatio atq̄ʒ motus. Sedantur autem nōnunq̄ a natura:nonunq̄ ab aliis desinūtq̄ʒ turbari:atq̄ʒ in utrisq̄ʒ fit ut aliqd alteret̄: perinde atq̄ʒ cum aliquis experrectus factusq̄ʒ sobrius actus ad opationē euadit. patet igit̄ alterationē in sensibilibus & in parte animæ sensitiua:& nullis in aliis nisi per accidens esse.

Tractatus tertii. Capitulum primum.

Dubitabit autem quispiam si sit ōis motus oī motui cōparabilis nec ne. Nā si sit atq̄ʒ id celeritas sit:æq̄ quod i tpe æq̄li spatiū trāsit æquale:erit aliqua circūferētia æqualis lineæ rectæ:& maior etiam atq̄ʒ minor. Præterea alicui lationi alteratio erit æqualis:cum i æquali tempore aliquod fuerit alteratum aliud latum: Affectus ergo lōgitudini erit æqualis at eē nō pōt. At.n.cū inequali tpe q̄ppiā p æqualē mouetur tū illud æq̄ celere ē. Affectus uero nullus lōgitudini est æqualis. Quare nō erit alteratio lationi æqualis:nec minor:quo fit ut non ōis motus sit comparandus. Sed in circulo rectaq̄ʒ linea quonam accidet modo. Nam absurdū ē:si nō fit:ut hoc similiter super circulo:& hoc super recta linea moueat̄. Sed cōtinuo celerius alterū. aut tardius moueri necesse ē:q̄si hoc sit decliue:illud accliue. Præterea nihil refert ad rōnē:si q̄spiā necessitatē dixerit eē celerius cōtinuo. aut tardius moueri. Erit.n.circūferentia maior & minor linea recta q̄re & eq̄lis. Nā si i eodē A tpe hoc qdē B:illud uero C lineā ptrāsiuit. Maior erit B linea pfecto. ipsa linea C:Hoc.n.pacto celerius mobile diffiniebatur. Et si in minore igitur æqualem transierit: celerius erit: quare pars quædam erit tēporis A:in qua celerius mobile ptē aliquam transit ipsius circūferentiæ B:toto in tpe mobili tardior transeunte totam lineam. C.



At uero si comparabilia sint:accidit id qd̄ nuper est dictum: lineā inquam rectam equalem circūferētiæ esse. At comparabilia nō sunt:nec igit̄ motus ipsi cōparabiles sunt. Sed ut uidetur ea cūcta cōparabilia sunt:q̄ non æquinoca sunt. Veluti cur comparbilia non


sunt. stilus & uinũ:aut ultima fidiũ:utrũ acutius sit. Quia nãq; æquoca sunt: iõ cõferenda nõ sunt. Sed ultima fidũ. & penultima cõparabiles sunt:quia acutum idem significat in utrisq;. Non igit idem est celere hic & ibi. & multo ẽt minus in alteratione ac latione.

An id uerũ non est si nõ equoca sint:cõparabilia eẽ. Multũ.n.idẽ in aere atq; aq̃ significat. Cõparabilia tamẽ nõ sunt. Q d si hoc nõ sit:At duplũ est unũ. Est.n.id qd rõnẽ duorũ hẽt ad unũ nõ tamẽ cõparabilia sunt. An & in his eadẽ est rõ. Nã & ipsum multum æquocũ est. Sed sunt quoq; & rõnes æquocæ sunt:ceu si qspiã dicat multũ id eẽ qd ẽ tãtũ ac ultra:& æquale æquocũ:& si forte fuerit & ipsum cõtinuo unũ. Q d si hoc ẽ æquocũ:& ipsa ẽt duo æquoca sunt Nã cur alia cõparabilia:alia nõ cõparabilia sunt:si natura ẽ una. An qa in alio prio sunt susceptiuo. Equus igit & canis cõparabilia sunt:utrũ ipsorũ albius sit. Est.n.ipsa supficies idẽ:in qua prio ẽ ipsa albedo. Et de magnitudine modo eodẽ. At uox & aq̃ cõparãda nõ sunt:i alio nãq; ẽ susceptiuo. An hoc pacto omnia quispiã faciet unũ. Vnũquodq; aũt in alio dicet eẽ:atq; erit idẽ æq̃le & dulce & albũ: sed in alio susceptiuo. Præterea susceptiuũ nõ ẽ quoduis:sed unũ unius primũ. At uñ non solũ ea q̃ cõparant nõ æquoca eẽ:sed ẽt nec id qd inest:nec id in quo inest differentiam hr̃e oportet. Dico ãt hoc mõ. Color hẽt diuisionẽ:non igit hoc ipso fit comparatio:ueluti utrũ magis sit coloratũ nõ aliquo colore:sed colore ut color ẽ. sed albedie fit. Si igit & circa motũ id ẽ æque celere:qd in æquali tpe.p æquale est motũ:tantũ inquã:longitudinis huius. Sed si aliqd fuerit alteratũ:aliud latũ:erit ne æqualis hæc alteratio lationi:atq; eiusdẽ celeritatis:at absurdũ ẽ sane & cã ẽ:spẽs motũ hr̃e. Quare si ea q̃ in æquali tpore p æqualẽ lõgitudinẽ lata sunt:æqualis celeritas sint:recta linea circũferẽtiæ erit æqualis. Vtrũ igit huius est cã:utrũ lationẽ an lineã genus eẽ. Tẽpus.n.semp est idẽ ac indiuiduũ spẽ. An simul illa spẽ differunt. Etenim latio spẽs habet: si id sup quo fit motus species hẽt. Præterea si id quod fit motus spẽ differat:latio quoq; erit diuersa. Veluti si pedes sint:ambulatio est:si alæ uolatio. At nõ hoc sed figuris alia est latio. Quare q̃ in æq̃li tpe magnitudinẽ eadẽ transeunt:ea celeritatis æq̃lis sunt:eandẽ aũt nõ differentẽ spẽ:quæ si est & motus non diuersus spẽ erit. Quare cõsiderandũ est quænã sit differẽtia motus Atq; hic sermo significat genus ipsum nõ esse qd unũ:sed ob hoc multa latere. æquocatio nũ ãt aliæ nimiũ distant:Aliæ similitudinẽ quãdã habẽt:Aliæ sunt ꝓpinquæ:aut genere aut similitudine rõnis. Quapropter & si æquocatiões sunt:nõ eẽ tamẽ uidenť: Quãdo igit diuersa est spẽs. Vtrũ cũ idẽ in alio:an cũ aliud in alio est:& quænã ẽ diffinitio: aut quonã: diiudicabimus idẽ albũ uel dulce aut aliud eẽ:ex eo ne qa i alio diuersum appet: an ex eo qa oĩno nõ idẽ est. At uero quonã mõ alteratiões æq̃ celeres sint. Si igit sanari est alterari: fit ãt ut alius celerius:alius tardius sanet:& aliq simul. Sunt alteratiões ꝑfecto celeritatis æq̃lis:in tpe nãq; æquali sunt alterati. Sed qd est id qd ad alterationẽ accomodat. Non.n.dr̃ hic æquale:sed ut æqualitas in quãtitate:sic similitudo dicit hic. Verũ sit cũ æqualitate tpis idẽ:in quo celeritas alterationis æqua cõsistit. Vtrũ igit eo i quo est affectus:an ipso affectu cõparare alterationes oporteat. Atq; hic qdẽ eadẽ sanitatem eẽ:q̃ neq; magis neq; minus sed similiter inest: sumere licet. Sed si affectus alius sit:ut si hoc dealbetur:illud sanet:his nihil est idem:uel æq̃le:uel simile:ut hæc alterationis spẽs faciunt:nec una ẽ alteratio sicut nec tibi latio. Quare sumẽdũ ẽ quot alteratiõis & quot idẽ lationis spẽs sunt. Si igit ea q̃ mouent spẽ differũt:quorũ motus per se sunt:& non ꝑ accidens:& motus sane spẽ differẽt. Si genere:genere:si numero:numero. At si alterationes sint æque celeres utrũ ad affectũ si sit idẽ uel similis:an ad id qd alteratur respicere oporteat:ueluti si huius qdẽ tãtũ:huius aũt tãtũ sit dealbatũ. An ad utrũq; at eadẽ est aut alia:si idẽ aut alius sit affectus:æq̃lis uero aut inæq̃lis: si æquale aut iæquale sit illud.

In generatione e͂t & corruptiõe idem cõsiderandũ e͂st. Quoniã mõ e͂st æque celeris atque celerior generatio. An æque celeris e͂st: si inæquali tpe generetur idẽ ac indiuiduum ut hõ: sed nõ aial: celerior aũt si inæquali diuersum. Nõ.n. habemus q̃nã sint ea duo: in q̃bus e͂st ipsa diuersitas. Quẽadmodum habemus ea i q̃bus ẽ dissimilitudo. Quod si sub stãtia numerus e͂st: plus erit & minus numeri spẽi eiusdem. Sed ipsum cõe noĩe caret: atque utrũq; q̃le e͂st. In q̃litate qdẽ plus affectus aut excedens magis: i quãtitate ãt maius.

Capitulum secundum.

Cum aũt oẽ qđ mouet: & aliqd semper moueat: & in aliquo: & usq; ad aliquod Atq; in aliquo dico: quia i tempore. Vsq; ad aliquid: quia per quãtitem aliquã mouet. Semp.n. simul mouet ac mouit. Quare quantitas q̃dã erit p quã ẽ motum atq; in quanto. Hæc inquam cum ita sint: si A quidem sit id quod mouet: B uero id quod mouetur: & C sit lõgitudo p quã: & D tempus in quo e͂st motum. In tempore ni mirũ æquali: potentia æqualis A dimidium ipsius B: p duplum mouebit ipsius C: p ipsum ãt. G. i dimidio tpis D. sic.o. erit rõnis similitudo.



Et si potẽtia eadẽ hoc in tpe p tãtũ spaciũ moueat p ipsius e͂t dimidiũ idẽ in dimidio sane mouebit. Et dimidiũ potentiæ dimidiũ p æquale spaciũ i tpe mouebit æquali: Ipsius.n. potentiæ A sit dimidiũ F: & ipsius B sit dimidiũ G: Vires igitur ad põdera similiter sese habẽt ut patet. Quare p æquale in tpe mouebit at æquali. At si. F. moueat ipsum. G in tpe. D. p longitudinem. C: nõ necessario fit ut F inæquali tpe duplũ ipsius G moueat per dimidium spacii C: Si igit̃ A p C spacium totũ in. D tpe: B mouebit dimidium ipsius A: qđ e͂st. F: nõ mouebit B totum in D tempore: aut in eius aliq̃ parte p aliquã. C spacii pte͂: q̃ rõnem eandem ad totũ habebit C: quã. F ps uel q̃uis alia ad totã A potentiã hẽt. Oino.n. si forte fuerit nullã partẽ mouebit. Nõ.n. si totæ uires q̃ppiã per tãtũ mouerũt spaciũ: dimidiũ ipsarũ p quãtũuis spacii quouis in tpe idẽ mouebit. Nã unus eã trahet pfecto nauim quã centũ traxere: si uires eoꝝ tã in ipsorũ numerũ: q̃ in spacii diuidant̃ partes: q; nauim oẽs simul traxere. Quapp zenonis rõ nõ e͂st uera: qua cõcludit q̃uãuis ptem milii facere sonum. Nihil.n. phibet: ut nullo in tpe eũ moueat aerem: quẽ totus modius mouit cum cecidisset. Neq; pars si p se fuerit id mouebit: qđ una cũ toto mouere põt: neq; ẽ.n. pars ulla nisi potentia in toto. Si uero duo q̃dã seorsum per tãtũ spaciũ tanto in tpe duo seorsum pondera mouent: & composita per longitudinẽ æqualẽ æqualiue i tpe cõpositum ex põderibus utrisq; mouebunt. E͂st.n. in eis eadẽ rõ. Sunt ne igit̃ eadẽ & in alteratione atq; accretione. E͂st.n. aliquid id qđ auget: & id e͂t qđ auget̃: atq; in tẽpore tãto & tãtũ. aliud auget: aliud auget̃. Et id qđ alterat: & qđ alterat̃ similiter e͂st aliquid: & tantum intensione remissioneue e͂st alteratum: & in tempore tanto. In duplo duplum: & duplum in duplo. Dimidium autem in dimidio temporis: aut i dimidio dimidium: aut inæquali duplum. Si uero id quod alterat aut auget: tantum in tanto auget aut alterat: non necesse e͂st & dimidium in dimidio: & i dimidio dimidium alterare uel augere. Sed nihil si forte fuerit alterabit uel augebit: quemadmodum & in pondere.

Aristotelis de Naturali auscultatione Liber octauus.

Capitulum primum.



T ortus ne aliquādo ē motus ante aq̄ nō erat: rur susq̄ adeo corrumpēt: ut nihil penitus moueaṫ: an neq̄ factus est neq̄ corrumpiṫ: sed semp erat: & semp erit. Atq̄ hoc hisce q̄ sunt i mortale ac incessabile inest: quasi sit uita quædā iis uniuersis q̄ natura cōst ant. Motum igiṫ oēs inquiunt esse: qui de natura aliquid dicūt: tū qa mundū faciunt: tū qa contēplatio ipsis omnis est de generatione corruptiōeue: quā īpossibile est eē: si non sit motus uerū qui mundos infinitos esse: & alios ipsorū fieri: alios corrumpi dicunt: ii motū īquiunt semp esse. Sint enim generatiōes & corruptiones ipsorū: cū motu necesse est. Qui uero mūdū aut unum & semper eundē esse dicūt: aut unū quidē sed nō semp: ii de motu quoque similiter opinanṫ. Si igitur cōtigit aliquādo nihil moueri: dupliciter id accidere necesse ē. Aut. n. ut Anaxagoras censet. Dicit enim cū oīa simul essent atq̄ quiescerent: tpe īfinito mētē mouisse ac segregasse. Aut ut Empedocles dicit interdum res moueri: interdū qescere. Moueri quidē: cum aut unum ex multis cōcordia: aut ex uno multa discordia facit. Quiescere uero in hisce temporibus quæ inter hæc media cadūt. Dicit. n. hoc modo.

Nam quo de multis nasci consueuerit unum.
Atq̄ iterum ex uno generato plura renasci.
Hoc fiunt: fixumq̄ sibi non pmanet æuum.
At quo mutantur nunq̄ cessante recursu.
Hoc si perpetuo stabilem uersantur in orbem.

Cū enim dicit. At quo mutanṫ nunq̄ cessante recursu: id empedoclē arbitrandū est intelligere: hinc inquā illuc & illinc huc fieri motum. Considerādū est igiṫ de hoc quonā mō se hēt. Est. n. opere præciū hāc pspicere ueritatem: & nō solū ad naturalē contemplatiōnē: sed & ad eā doctrinā q̄ circa principiū primū uersatur uehementer cōducit. Ex his aūt ordiemur: quæ prius a nobis in libris naturalis sciētiæ sunt definita. Dicimus itaque motū ipsius mobilis hoc actū eē: quo mobile est. necesse ē ergo res eas eē: q̄ unoquoque motu moueri possunt & sine definitiōe ēt motus quiuis pfecto fatebiṫ necessarium esse id moueri: qḋ singulis motibus moueri pōt: ceu alterari qdem id qḋ ē alterabile: ferri āt id qḋ loco mutabile est. Quare sit antea cōbustibile q̄ cōburaṫ: & cōbustiuū antea q̄ cōburat oportet. Igiṫ & hæc ipsa necesse est aut si nō erāt aliquādo facta esse: aut ppetua esse. Si igiṫ unūquodq̄ mobiliū ac motiuorū ē factū: necesse est ante motū accepiū aliā mutationē motumq̄ fuisse. Quo qdem ortū id est: qḋ aut moueri: aut mouere pōt. Sin semper erant motus: tamē nō erat absurdū & ex sese qdē si animaduertaṫ uidetur magis tamē si pficiscamur ulterius hoc necesse ē euenire: nā si q̄dā sunt mobilia: q̄dā motiua & interdū ē actu qd primū mouēs: & aliqd qḋ moueṫ iterdū nihil: sed quiescit: hoc prius mutetur oportet. Erat. n. aliquid cā profecto qetis. Quies. n. ē priuatio motus. Quare ante primā mutationē mutatio prior erit. Nā q̄dā unicē: q̄dā & motibus contrariis mouēt. Ignis nāq̄ calefacit: sed nō frigefacit. At scia una cōtrariorū eē uideṫ. Illic ēt simile qd eē uideṫ. Nā frigidū uersum quodāmō atq̄ abiens calefacit: sicut & hisce q̄ scit peccat sua sponte: cum econtra scia utitur. Verū ea quæ agere aut mouere: & ea quæ

pati aut moueri possunt:non omnino hoc possunt:sed si sic se habent:atq; ad propinqua sibi euadũt.qre cũ id fuerit:aliud mouet aliud moueť:& cũ id euenerit ut aliud sit mobile aliud motiuum. Si igiť non semper mouebatur nõ ita sese habebant:ut alterum mouere:alterum moueri possit ut patet. Sed alterum ipsorum mutari oportebat. In his enim quæ sunt ad aliquid id accidere necesse est: Veluti si duplum non erat:& nunc duplum euasit. Si non utrunq;:alterum saltem mutatum esse necesse est: Erit ergo quædam mutatio prior prima. Insuper quonam modo prius atq; posterius erit:si non sit tempus:aut tempus:si non sit motus. Quod si tempus numerus motus:aut quidam sit motus:si tempus est semper & motum perpetuum esse necesse est. At de tempore uniuersi præter unum consentire uidentur. Omnes enim tempus inquiunt ingenitum esse. Atq; per hoc democritus impossibile esse demonstrat omnia esse facta:tempus enim dicit non esse ortum. Plato uero solus ipsum ortum esse ait:etenim una cum cœlo dicit ipsum ortũ fuisse:cœlumq; factum asserit esse. Quod si impossibile quidem ẽ tempus esse, ac intelligere sine nunc ipso. Nunc autem ipsum medium est quoddam principii simul finisue subiens rationem:principii quidem futuri:finis uero transacti:tempus sit semper profecto necesse est. Vltimum nanque temporis eius quod sumptum extremum est in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil enim in tempore præter nunc ipsum accipi potest. Quare cum ipsum nunc principium sit atque finis: citra ipsum:ac ultra: tempus sit semper necesse est. At si tempus semper esse necesse est: patet & motum necessario semper esse. Quippe cum tempus affectus sit quidam ipsius motus ut patuit. Eadem erit ratio & qua motum corrumpi non posse probabitur. Nam ut si motus ortus esse dicatur: fit ut prima mutatione sit aliqua prior:sic hic fiet, ut ultima mutatiõe posterior aliqua sit. Nõ enim moueri desinet:& esse mobile simul:ceu comburi,& combustibile esse. Est nanque combustibile potest: & non comburi. Nec item desinet simul motiuum & mouens esse.

Et ipsum aũt corruptibile corruptũ fore oportebit:cum corrumpiť: & post hoc rursus id quod huius est corruptiuũ:Corruptio nãq; mutatio quædam est. Quod si hæc fieri non possunt:patet motũ perpetuũ esse:& non aliquando esse:aliquando non esse. Etenim ita dicere potius simile est figmento. Et item dicere sic esse aptũ:atq; hoc oportere principiũ esse putare. Quod qdem Empedocles dixisse uideť:rebus inquam competere necessario:ut nũc concordia:nũc discordia uincat:ac eas moueat:in medio uero tempore quiescant. Fortasse etiam & hi principium unũ faciũt ut Anaxagoras hoc dixerũt modo. At uero nihil eorũ quæ natura secũdũq; naturam fiunt ordine uacat. Natura nãque uniuersis est ordinis causa. At infinitũ nullam rationem habet ad ifinitũ. Omnis uero ordo ratio est. Infinito aũt quiescere tempore:deinde aliquando moueri:huiusq; differentiam nullam:cur nunc magis q̃ prius:nec ullum ordinem esse:non est profecto ipsius opus naturæ. Nã id quod natura fit. Aut simpliciter sese habet:ut ignis sursum natura fertur:& non interdum sursum:interdũ non sursum. Aut rationem habet: si non simpliciter se habet:eodemq; modo. Quocirca præstabilius est rem ita sese habere:ut empedocles:& si quis alius ita dixit:interdum inquam quiescere:iterdum moueri. Tale enim ordinem iam quendam habere uidetur. Verum & eum qui ita dicit:nõ solum id dicere sed ipsius causam etiam afferre:& non ponere neque censere ullam sine ratione sententiam:sed aut inductionem aut demonstrationem afferre oportet. Ipsa enim quæ sunt supposita non sane causæ sunt:neque hoc erat concordiæ uel discordiæ esse:sed illius quidẽ cõgregare: huius disgregare officium est. Quod si insuper assignauerit ipsum iterdum. dicẽdum est & in quibus sic sit:ceu esse apud nos aliquid quod congregat homines ami-

citiam inquã:& esse etiam aliquid quod inimicos seiungit:inimicitiam inquam. Hoc eni & in ipso toto esse supponit. In quibusdam enim sic esse uidetur. Per æqualia uero ita fieri tempora alicuius indiget rationis. Omnino autem hoc principium sufficiens esse putare:semper inquam esse sic:aut fieri:non rectæ sese habet:ad quod democritus cãs naturales reducit:sic inquiens & prius fiebat. Ipsius autem semper non quærere principium cẽset. In quibusdam hoc recte dicens: in omnibus autem non recte. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semper æquales habet. Attamen æternitatis huius est alia causa. Principiorum tamen quæ quidem sunt perpetua non est alia causa. Tot igitur a nobis sint dicta:qbus iã patet nullũ unq̃ fuisse uel fore tẽpus:quãdo non erat.aut nõ erit tẽpus.

Capitulum secundum.

Ea uero quæ sunt hisce contraria non est difficile soluere:nam ex hisce uidebit̃ p osse maxime motum esse ortũ:& antea nunq̃ fuisse. Primo quia nulla mutatio perpetua est:omnis nãq; mutatio suapte natura e quopiam ad quippiã est. Quare mutationis omnis finis sint ea contraria inter quæ fit:& nihil in isinitum mouea tur necesse est. Deinde uidemus id posse moueri:quod neq; mouetur:neq; motum in se ullũ habet. Quod intueri licet in expertibus animæ quorũ neq; pars ulla:neq; totum mouet̃. Sed quiescentia aliquando muent̃. At oportebat aut semper aut nunq̃ moueri: si non oritur prio motus:sed sp erat. Multo aũt magis hoc in ipsis animãtibus patet. nullus enim interdũ in nobis est motus:sed quiescimus: & tamẽ aliquãdo mouemur:& fit i nobis a nobisipsis pricipiũ motus:ẽt si nihil prorsus extrinsecus moueri. Hoc eni experti bus aiæ fieri similiter non uidemus:sed semp aliquid aliud eoꝝ quæ sunt extra ipsa nimirũ mouet: Animal aũt ipsum dicimus seipsum mouere. Quare si aliquãdo oino quiescat:Fiet in ipso sane imobili motus a seipso: & nõ ab ullo externo. Quod si id in aiali fieri põt: qd ꝓhibet ut in uniuerso ẽt idẽ fiat:nã si in paruo fit mũdo: & in magno ẽt fiet:& si in isto:& in infinito ẽt fiet:si mõ fieri possit ut infinitum totum moueatur atq; quiescat.

Horũ igit̃ id qđ primo est dictũ:eũ inquã non eũdẽ semper: unũq; nũero motum eẽ quo ad opposita itur:rectæ admodũ dr̃. Hoc enim fortasse necessariũ est:si fieri neq̃t ut semper is unus idẽq; sit motus:qui unius eiusdẽq; mobilis est. Dico aũt utrũ unus idemque sit sonus unius chordæ quæ similiter sese habet:atq; mouetur:an alius atq; alius semper. Verũtamẽ utrouis modo id sese habeat nihil obstat: ut hoc motus aliqs idẽ sit quo cõtinuus atq; ꝑpetuus est. Atq; hoc ꝑ ea quæ posterius dicent̃:magis patebit. Moueri aũt qppiã qđ prius nõ mouebat̃ nõ est absurdũ:si nunc adsit:nũc nõ adsit id extremum quod illud mouet. Hoc tamẽ quærẽdũ est. Quonã sit pacto idẽ inquã ab eodẽ motiuo nũc moueri nũc nõmoueri. Nihil enim aliud dubitat q id dicit q̃ cur nõ semp aliæ rerũ quiescũt:aliæ mouentur. Maxime uero tertiũ illud dubitationẽ hr̃e uidebit̃: ꝓpterea ꝙ fit motus nullo alio præcedẽte:id inquã ipsum:qđ in animantibus fieri solet. Nã aial prius quiescẽs postea mouet̃ ac ambulat:a nullo ut ur̃ externo motu impulso. Hoc autem est falsum. Cernimus enim semp aliqd eorũ quæ natura insunt in aial moueri. Huius aũt motus cã non animal est:sed ipsum fortasse continens. At aial ipsum seipsum mouere dicimus:non oi motu:sed eo q ad locũ accomodat̃. nihil igit̃ prohibet:quin potius fortasse necessarium est:complures a continenti in corpe fieri motiones:& harũ non nullis mentẽ uel appetitũ moueri. Hæc uero totũ iã aial ipsũ mouere. Quale accidit circa somnos. Nam tametsi nullus tunc sensitiuus in aialibus inest motus:inest:tamen aliqs motus:& animalia rursus expergiscuntur. At enim hæc per ea qua sequuntur patebunt.

Tractatus secundi. Capitulum primum.

P Rincipiũ aũt considerationis id erit:quod fuit & dubitationis.Cur nam aliqua eorum quæ sunt interdum mouentur:interdũ quiescũt.Necesse est ita aut uniuersa semper quiescere:aut uniuersa semper moueri: ut heraclitus:aut quædã moueri quædam quiescere.Et horum rursus aut ea quæ mouentur semper moueri:& ea quæ quiescunt semper quiescere.Aut uniuersa esse apta simul ut moueantur atq; quiescant:aut id esse qđ restat:atq; tertiũ est.Eorũ inquã quæ sunt alia semper immobilia eẽ:alia semper moueri:alia utrũq; moueri inquã atq; quiescere posse:qđ quidẽ a nobis dicẽdum est:hoc enim eorũ oĩum quæ dubitanť solutionẽ hẽt & huiusce nostræ tractationis est finis. Vniuersa itaq; censere quiescere & huius quærere rõnem ipsum post habendo sensum ĩbecillitas est ꝑfecto mentis ac hebetudo:& de toto quodã. sed nõ de parte q̃dam est controuersia.Neq; solũ est aduersus philosophum naturalẽ:sed aduersus ẽt omnes scientias ut simpliciter dicã opinionesq; oẽs. Propterea ꝙ omnes motu utunť.Præterea ut ĩficiationes principiorũ in rõnibus mathematicis nõ ad ipsum mathematicũ pertinẽt:ĩ cæterisq; simili mõ.Sic neq; idipsum refellere quod nũc est dictũ ad naturalẽ philosophum attinet:est enim apud ipsum hoc suppositũ:naturã principiũ motus esse.Asserere ãt cũcta moueri ẽ quidẽ fere falsum at minus sciẽtiæ naturalis fines egrediť. Q uãq̃ enim in naturalibus posita est natura motus principiũ & quietis. Tamẽ motus naturale magis esse uř. Atq; inqunt quidã nõ eorũ q̃ sunt alia moueri alia nõ moueri:sed uniuersa semp q; moueri:non tamẽ uideri:sed latere id nřum sensum.Q uibus & si nõ distiguunt quonã motu an oĩbus dicãt. non est difficile occurrere:falsamq; hãc sniam eẽ ostẽdere .Fieri enim nõ põt ut incremẽta cõtinue uel decrementa suscipianť.Sed est & medium ipsum. Est aũt hæc snia persimilis ei quæ est de cõsumptione lapidis a gutta:& de diuisioue saxorũ cũ a plantis quæ inde pullulãt discinduntť.Nõ enim si tãtũ pepulit plãta: aut abstulit gutta: & dimidiũ in dimidio tẽporis pepulit aut abstulit prius:sed ut ĩ nauis fit tactu:sic & tãtũ tot guttæ mouent.Pars aũt ipsarũ nullo in tẽpore tãtũ mouet:atq; diuidiť quidẽ id qđ est ablatũ plures in partes.Attamẽ illarũ nulla seorsum est mota: sed totũ simul est motũ. Patet igitur nõ necessariũ esse semp aliqd:abire:qa diuidiť ĩ infinita decretio:sed totũ interdũ abire.Similiter & in quauis alteratione dicẽdũ est.Non enim si id qđ alterať in infinitũ est diuisibile:ideo & alteratio fit simul p ptes:sed persæpe fit simul ut congelatio.Præterea cũ qspiã ægrotauerit necesse est tẽpus ĩ quo sanabiť fieri: & nõ in temporis fine mutari:atq; sanitatẽ & ad nihil aliud muteť necesse ẽ.Q uare alterari cõtinue dicere rebus est perspicuis admodũ aduersari.Alteratio enim ad contrariũ est trãsitio.Lapis ẽt neq; durior fit neq; mollior. Atq; de latione mirabile est ꝑfecto si lapis latuit deorsum ferri aut in terra manere.Præterea terra:cæteraq; singula corpa necessario suis in locis manẽt.Ex his aũt uiolenter moueť.Q đ si quædã ipsorũ sunt suis in locis:neq; loco oĩa moueri necesse est. Ex his igiť atq; similibus aliis crediderit qspiam fieri nõ posse. ut aut oĩa semp moueanť:aut oĩa semp quiescant.At uero neq; fieri põt. ut alia semp moueanť:alia semp quiescant:& nihil interdũ moueať. interdũ quiescat.Atq; dicẽdũ est:ut antea dicta esse non possunt:sic & hæc esse nõ posse. Videmus enim dictas mutationes fieri in eisdẽ:& insup is qui contendit:rebus profecto manifestissimis aduersatur.Neq; enim accretio:neq; uiolentus motus erit ꝑfecto:si nõ præter naturã moueb itur prius qescẽs.Præterea generationẽ hæc snia corruptionẽue tollit: pene aũt & ipsum moueri fieri quoddã uniuersis & corrumpi uř.At quod enim qppiã mutať. Id fit aut in hoc. Ex quo uero mutať in id corruũpiť aut hinc. Q uare pspicuũ est rerũ eẽ nõnullas q̃ moueń interdũ atq; quiescũt.Oĩa aũt interdum moueri interdũ quiescere cẽseret

hoc iam ad olim dictas rões est adiungendũ: principium aũt idem rursus qđ prius fecimus: post hæc est sumẽdum quæ mõ determinauimus. Aut enim uniuersa quiescũt: aut uniuersa mouent: aut quædã quiescũt quædã mouent. Et si quædã eo⁊ quæ sunt qescunt: quædam mouent: aut cuncta nũc quiescãt: nunc moueant: aut alia semp qescant: alia semp moueant: alia interdũ moueantur: interdum qescãt necesse est. Impossibile igitur esse cuncta quiescere dictum qdẽ & prius est: dicamus aũt & nũc idipsum atq₃ pbemus. Nã & si uere res ita se habet quidã inqunt: id qđ est infinitũ esse atq₃ imobile: non tantũ sensu sic esse ur: sed eo⁊ quæ sunt cõplura mouent. Si igitur sit opinio falsa: uel omnino opinio: & motus ẽt est: & si imaginatio ẽt sit: & si interdũ sic: de qbusdam interdum aliter uideat. Imaginatio enim & opinio motus quidam esse uident: sed de his qdem cõsiderare & eorũ quærere rõnem quæ melius habemus: q̃ si rõnis idigeremus hominis est pfecto: male id qđ est melius: & id qđ est deterius: id quod est credibile: id qđ nõ est credibile: principium deniq₃ & non principiũ discernẽtis. Similiter autem est ipossibile & oĩa moueri: aut alia moueri sp: alia qescere sp. Ad hæc.n.oĩa una ẽ sufficiens fides. Videmus enim quædã interdũ moueri interdũqescere: q̃re patet ipossibile eẽ similiter cuncta qescere: & oĩa cõtinue moueri: ac alia moueri sp: alia qescere sp. Restat igit cõtemplãdũ esse utrũ uniuersa talia sint ut moueant atq₃ qescant: an alia quidẽ talia sint: alia uero semp quiescant: & alia cõtinue moueant. Hoc enim iã a nobis est demonstrandum.

Capitulum secundum.



Orum igitur quæ mouẽt: & quæ mouentur: alia p accidens: alia per se mouent atq₃ mouent. Per accidens quidem ea quæ sunt in hisce quæ mouẽt aut mouentur: & quæ p partem. Per se aũt ea quæ mouẽt aut mouent: nõ ex eo quia sunt in hisce quæ mouent aut mouent: neq₃ rursus ex eo qa ps aliqua sua mouet aut mouet. Eo⁊ autẽ quæ per se mouent: quædã a seipsis: quædam ab alio motu cientur. atque alia natura alia uiolẽtia prætero₃ naturam mouent. Id enim quod a seipso mouetur: natura sane mouet: ut aialiũ unũquodq₃. Animal enim a seipso motu cietur. Ea uero natura moueri dicimus: quorũ principiũ motus in ipsis inest. Quamobrem totum qdem aial natura seipsum mouet: corpus tamẽ & natura & præter naturam moueri põt. Interest eni tali ãn tali moueat motu: & exquo magis elemento constet. Eorũ aũt quæ mouent ab alio quædam natura: quædam præter naturam mouent. Præter naturã terra sursum t ignis deorsum. Partes isup aialium sæpenumero præter naturã mouent ob positiones motusque modos. Atq₃ maxime qdẽ perspicit id q mouet ab aliquo motu cieri in hisce q̃ præter naturã mouent: Propterea qđ ab alio moueri patet. Postea uero quæ præter naturã mouent: pspicitur ĩ hisce quæ natura qdẽ mouent: at se aũt ipsis motu cienẽ. In aialibus inquã. Nõ est enim obscurũ: si aial ab aliquo moueat: sed quonã pacto distinguere oportet id qđ mouet ipsis: & id qđ mouet. Nã ut in nauigiis: & in hisce quæ non natura cõstant: sic & in aialibus qđ mouet: & qđ mouet diuisum esse ur: atq₃ hoc pacto tum ipsum animal seipsum motu ciere. Maxime uero dubitat reliquũ dictæ diuisionis ultimo mẽbrũ: eorũ enim quæ motu cientur ab alio: quædã præter naturã moueri diximus: quædam natura moueri: hæc aũt sint quæ dubitationẽ afferũt: a quonã mouentur ceu leuia grauiaq₃: hæc eni ad opposita quidem loca ui pulsa mouentur. Ad propria uero leuia quidem ad supera: grauia uero ad infera suapte natura feruntur. A quonam ãt mouent. Nã impossibile est a seipsis ipsa moueri est enim hoc officium uitæ ac animãtium proprium: Consistere etiam a seipsis possent. Nam si quippiam sibi causa sit ambulandi: est etiam causa sibi non ambulandi. Quare si collocatum esset in igne moue-

tentiã aliquã generis eius potẽtiæ:quæ in magnitudine ẽ infinita:quæ finitã potẽtiã infinitæ magnitudinis metieẽ. Ex his igiẽ quæ dicta sunt patet fieri non posse ut infinita in magnitudine uires sint infinitæ: aut in ĩfinita finitæ. Sed de his quæ ferunẽ bene sese habet:aliquã prio dubitationẽ afferre. Nam si oẽ qđ moueẽ ab aliquo moueaẽ:quo pacto eorũ q seipsa mouẽt cõtinue nõnulla mouenẽ:eo q mouerat nõ tãgẽte ut corporum ea q pioiciunẽ. Q uod si hisce q mouit:& aliqđ aliud simul mouet ut aerẽ:q qdẽ mouet subiẽs motũ:simili modo pfecto fieri neqt ut illa moueanẽ ipso prio nõ tãgẽte neq; mouẽte. Sed simul oia moueantur:rursusq; moueri tũ desinãt. Cũ id qđ prio mouet desinit mouere necesse est:& si pinde facit ut magnes ueluti si mouet qđ mouet. At enĩ hoc dicaẽ necesse ẽ:id qđ primũ mouit facere ut mouere ẽt possit aut aer aut aqua:aut aliquid tale qđ qdẽ ẽ aptũ mouere motũq; subire: sed nõ simul definit mouere atq; moueri:sed definit qdem moueri:cũ is q mouet moueri desinit. Est aũt adhuc mouẽs. Q uapropter moueẽ alii herẽs:ut in hoc eadẽ rõ ẽ. Desinit aũt cũ mouẽdi potẽtia minor sit ĩ eo qđ heret. Pœnitus ãt desinit:cũ antecedẽs nõ ulterius mouẽs fecerit:sed motũ subiẽs solũ. Hæc ãt simul desinere alterũ mouere alterũ moueri totũq; motum necesse est. Is igiẽ motus ĩ hisce fit:q nõnũq̃ moueri nõnũq̃ qescere possũt:& nõ ẽ cõtinuus sed appet. Nã aut dein

ceps collocatorum:aut tágētiū ē.Nō est enim unū mouēs:sed plura:quorū aliud alii heret. Quocirca talis motus in aere fit & in aqua:quē qdam antiperistasim eē dicūt. Impossibile autem est alio mō soluere ea q̄ dubitata sunt:q̄ dcō mō:ipsa aūt antiperistasis cuncta simul mouere mouerīq; facit.Quare & desinūt simul.Nūc aūt unū quod cōtinue ab aliquo moueri uidet:nō eni ab eodē mouet. Quoniā aūt in hisce q̄ sunt cōtinuū eē motū necesse est.hic uero est unus:atq; unū motū magnitudinis cuiuspiā eē necesse est. Nō enim id mouet:qd' magnitudinis est exps:& unius esse atq; ab uno:alioquin continuus nō erit:sed herens alius alii atq; diuisus: Id qd' mouet si unum est:aut subiens motū mouet:aut immobile est. Si igit' mouet:simul sequat' ipsum atq; mutet':& isup ab aliquo moueat' oportet.Quare stabit', atq; ad id accedetur: qd' mouet & est imobile. Hoc eni nō simul mutari necesse est:sed poterit semp mouere:nam hoc pacto mouere sine labore profecto est.Est hic motus aut solus:aut maxime est uniformis.Id.n.qd' mouet nullam subit mutationē.Id ēt qd' ab illo mouet:ut motus sit similis:nō subeat mutationē oportet. Atqui illud aut in medio:aut in orbe esse necesse est.Hæc eni principia sunt.At ea quæ ꝓpinquissima sunt moueti: summa cū celeritate mouent. Talis aūt est ipsius totius motus.Illic igit' est id qd' mouet. Existit aūt dubitatio si fieri possit:ut qppiā motū subiens cōtinue moueat: sed nō ut id qd' iterū iterūq; pellit ex eo continue mouet: qa motus deiceps sunt.Aut enim ipsum pellere uel trahere uel utrūq; facere oportet:aut aliud aliudq; succedens perinde atq; fit in hisce quæ proiiciuntur:ut antea diximus: si cum facile diuisibilis sit uel aqua uel aer:alius semp mouet subiens motū. At neutro modo motus unius esse potest: sed plures herētes erūt.Solus igit' is est cōtinuus motus:quo id qd' est immobile mouet.Semper enim similiter sese habēs:& ad qd' mouet similiter & continue sese habebit. His hoc pacto determinatis:patet impossibile esse primum mouens, atq; imobile magnitudinē ullā habere. Nā si habet:aut finitā, aut infinitā ipsam esse necesse est. At demonstratum est prius in naturalibus:fieri non posse ut magnitudo sit infinita:& nūc demonstrauimus finitā magnitudinē infinitas uires habere non posse:& impossibile insuper esse īfinito in tempore quicquā a magnitudine finita moueri. Primum autem mouens æterno motu infinitoq; tēpore mouet. Patet igitur ipsum idiuisibile ac uacareq; partibus:ac magnitudinem nullam prorsus habere.

Aristotelis de naturali auscultatione Liber Octauus & ultimus finis.Ioā.Argiropilo interprete.


Præfatio ioannis argiropili bizantii de libris de cœlo aristotelis.ad reuerendissimum patrem dominum ioannem panonem archiepiscopum strigoniensem fœliciter incipit.

IOannes argiropilus bizantius reuerendissimo patri ioanni panono archiepiscopo strigoniensi.S. perpetuūq; fœlicitatem.Si res præclare uiris insignibus probitate sunt offerendæ:cui nam potius hoc opus alii pater optime q̄ tibi offerendum:nam & ipsum tā dignitate auctoris:q̄ excellentia rerum de quibus ex tructum est in nobilitatis culmine collocatum est:contendereq; cum primis siqua sint gradū hūc consecuta uidetur.Est enim auctor quidem aristotelis ille diuinus.Res uero mundus ac uniuersum ipsum omni cum suppellectili sua.Quo quid naturæ præstabilius ex cogitari fingiq; pōt:& te pater præstabilissimū hominem eē pfectūue celeberrima fama nostras iam ad aures detulit:nihil ē.n.eorꝫ sane q̄ perfectum hoiem ac exactissimū efficere solēt quod ipsa tibi nō accumulatissime tribuit:omni liuore prorsus inuidiaq; semota:te

tẽperatũ exacte:te fortẽ:te iustũ:te sapientem asseret esse:te liberalitate:te magnificentia te magnitudine animi:te singulari humanitate:oi te omnino uirtute morũ:oibus humanitatis ornamentis pollere dicit. Tecũ ẽt egisse praeclare subiecisseq; uirtuti sese fortunã uti dicet enarrat:quo nihil tibi bonorũ oino desit:quo nihil impedimẽto accumulatissime tuae sit ꝓbitati:quo nihil in te suppellectilis eius desideret:quae ciuitatibus fortunatis hominẽ illũ foelicẽ atq; beatũ reddere solet. Addit & egregia rua facinora pulcherrimasq; actiones uniuscuiusq; tuae uirtutis:atq; ea copia eoq; nũero sane, ut nihil penitus tuae uitae tpis sumi possit:qd probitatis operationibus careat:nullũq; uirtutis munus atque officium metiatur: affert insuper una oium uoce quasi hoc ipso uera sese praedicare probare uellet. optimã gentis tuae nationisue nobilissimae gubernationẽ statũq; perpulchrũ:quae qdem ultro sese tuae pruddẽtiae tradidit recte:singularicq; tua uirtute cõtinuesummaq; sapientia gubernatᶜ iomitto recensere q̃ te obseruãtia:q̃ cura:qua diligẽtia singularis sanctissimae religionis nostrae uirtutes colere, atq; amplecti decãtat. sed quae dii immortales ad nos:quãtaue de tua scia desert:tibi ingenuã habilitatem naturae:tibi uim mẽtis eximiã:tibi summã solertiã: tibi deniq; cõtẽplãdi cupiditatẽ:atq; amorẽ incredibilẽ tribuit:te disserẽdi facultatẽ:te naturae:te altissimarũ diuinarũq; rerũ cognitionẽ:oẽ te oino genus summo studio cõsecutũ eẽ sciae refert. Quae cũ ita sint dubitabit ne q̃sq̃:quin tibi primae ptes in ꝓbitate sint tribuẽdae:atq; hoc opus tibi potius q̃ cuiuis alii sit offerendũ:atq; eqdẽ ut haec clarissima fama nr̃as puenit ad aures:tibi cõtinuo libros hos offerrededicareq; institui: ut hac potissimũ pte occasionẽ nactus, & mihiipsi, & uirtuti ẽt satisfaciam:neq; eni me qcq̃ magis q̃ uirtus ipsa delectat:&ꝓbitati nihil iocũdius, nihil gratius, nihil accomodatius, hoc genere muneris esse puto. Accipe igiᵗ hosce libros sapiẽtissime pater i Romanã e greca linguã:a nobis nup tua uir optie cã:tuoq; noie uersos: & ꝑlege foelix:nõ mediocrẽ ex hisce te puto uoluptatẽ sumpturũ:inuenies.n.i ipsis & dilucidi tatẽ summã:q̃s nãq; snias oli p obuscuras iterpetrãdi modus ille rudis efficiebat:eas nũc ois claras atq; dilucidas ultro sese afferre uidebis:& cõcinitates, ac aelegãtiae satis:quoad ipse uertẽdi modus aflagitare, materiesq; pati uř:nõ eni ut scis i talibus puagari licet:neque cãpus amplus ad dicẽdũ cõcediᵗ:accedet & illud isuper:qd magis q̃ caetera praesertim in libris talibus exoptatur. Vale:& tibi persuade neminẽ te mihi chariorem ob probitatis excellentiam esse.

Aristotelis de coelo Liber primus Ioanne Argirophilo Bizantio interptete.

Capitulum primum.



Cientia naturalis fere plurima circa corpa, magnitudines, atq; horũ affectus, motusue:& isup circa pricipia, quae sunt substãtiae talis uersari uř. Eorum enim quae natura sunt: alia sunt corpora, magnitudinesue:alia corpora, ac magnitudinem habẽt: alia principia habẽtiũ sunt. Cõtinuũ igiᵗ ẽ:qd in diuisibilia semp diuisibile est. Corpus aũt est qd est diuisibile oi ex parte. At magnitudinis:ea quidẽ quae ad unũ est diuisibilis, linea est. Ea uero q̃ ad duo, supficies:at ea q̃ ad tria ẽ corpus. Atq; praeter has nulla alia ꝑrsus ẽ magnitudo: ꝓpterea qd ipsa tria oia sunt & ter ipsum oi ex pte:nã ut pitagorici ẽt inquiunt ipsum oẽ, ac omnia tribus sunt definita:finis.n.mediũ, atq; principium ipsius ois numeꝝ habẽt:haec autẽ trinitatis. Quapropter hoc a natura nũero sumpto, peride atq; q̃dã illius lege:& in

deorum sacrificiis celebrandis uti solemus. Assignamus insuper & appellatiões hoc mo do duo: enim ambo dicimus: & duos ambos: atq; utrosq; non omnes: at de tribus hãc ap pellationem dicimus primo. Hæc autem ita dicimus: quia sequimur uti diximus ipsam sic ꝑficiscentem naturã. Quare cũ oia: omne atq; pfectũ inter sese nõ differãt forma: nisi materia tãtũ: & hisce de quibus dicunt. Corpus ꝑfecto magnitudinũ solũ pfectum erit: solũ enim istis tribus est definitũ: hoc aũt est omne: atq; cũ sit tribus ex ptibus diuisi bile: oi ex parte atq; omnino est diuisibile. Cæt erarum aũt magnitudinũ: altera ad unũ: altera ad duo est diuisibilis: nam ut numerũ subeunt: sic & diuisionis cõtinuationisue par ticeps sunt: alia.n. ad unum continua est: alia ad duo: omni ex parte: atq; omnino ẽ talis.

Quæ igit magnitudinũ sunt diuisibiles: eæ cõtinuæ quoq; sunt. At si oẽs quoq; cõti nue diuisibiles sint: nondũ ex hisce quæ nũc diximus patet. Verũ illud emersit: in aliud in quã genus e cope migrationem nõ esse: ut ex lõgitudine in supficiẽ: & ex supficie fit ĩ cor pus. Nõ enim talis profecto magnitudo perfecta erit: fiat enim egressio rõne defectionis necesse est. At pfectũ defectionẽ hr̃e negãt. Est enim oi ex pte: eorũ igit corporũ quæ par tis subeũt formã: tale est unũquodq; p rõnẽ: oẽs enĩ habẽt dimẽsiones. Attamẽ ad id qđ est ꝑpinquum tactu est definitũ: iccirco corporũ unũqđq; multa quodãmõ est. Ipsum ãt omne ac uniuersum cuius hæc sunt partes perfectũ esse necesse ẽ: & omni ex parte atq; omnino ut nomen ipsum significat: & non partim esse partim non esse.

Capitulum secundum.

De ipsius igitur uniuersi natura: siue sit magnitudine infinita siue tota mole fini ta posterius consideremus oportet. Nunc de partibus ipsius per speciem di cẽdum esse uidetur: huic exordio sumpto. Omnia nãq; corpora naturalia ma gnitudinesue mobiles per se loco dicimus eẽ. naturam enim principium ipsis in situm esse motus asserimus: omnis autem motus ad locum accomodatus: quem lationem con sueuimus appellare: au t rectus est: aut circularis: aut ex hisce mixtus. Simplices enim ii duo sunt soli: propterea quod & magnitudines hæ solũ simplices sunt: recta & circularis circularis igit is est qui circa mediũ fit: Rectus autem quo sursum itur atq; deorsum ea sursum iri dico: quo e medio pgit. Eo uero deorsum quo ad mediũ proficiscit. Quare lationum simplicium aliã ad mediũ aliã circa mediũ esse necesse est. Atq; hoc cum rõ ne: ea quæ initio dicta sunt secutũ esse uidet. Nam & corpus tribus cõfectũ est: & ipsius ẽt motus. Cũ aũt corporũ alia simplicia sint alia ex hisce composita: atq; ea simplicia dico quæ motus secũdũ naturã principiũ habent: ut ignẽ terrã horũq; spẽs: & ea quæ sunt hisce propinqua. Motiones ẽt alias simplices alias quodãmõ mixtas esse necesse ẽ: simplicium qđem simplices: cõpositorũ aũt mixtas mouetq; composita nutu eiusce sim plicis: quod in his ipsis dominat ac superat. Si igit simplex in rõne reꝝ est motus: con uersio autẽ motus est simplex. At corpis simplicis simplex est motus; & simplex motus corpis simplicis ẽ. Nam si compositi sit: per id illi simplex quod superat cõpetit. Simplex quippiã esse corpus in rõne reꝝ ꝑfecto necesse est: qđ qđe sit aptum circulari motu sua pte natura ferri. Eteni fieri põt ut ui q̃ppiã eo moueat motu: q ad aliud corpus acco modat: at ut eo moueat secundum naturam fieri neq;. Si uniuscuiusq; corpis simplicis unus sit motus ei cõpetẽs secũdũ naturã. Si hisce præterea motus q præter naturã ẽ ei q secũdũ naturã ẽ aduersat: unumq; uni cõtrariũ ẽ: cũ cõuersio sit motio simplex: si nõ secũdũ naturã ei corpi qđ fert iest: præter naturã insit eidẽ necesse ẽ. Si igit ignis sit qđ aduersat: aut q̃ppiã aliud tale: naturalis ipsius motus cõuersioni contrarius erit. At unũ uni cõtrariũ est: atq; motus iis quibus infera superaq; loca petunt: inter sese cõtrarii sunt.

Sin uero quippiã aliud corpus adsit:qđ præter naturam in orbẽ fert:erit alius qspiã motus ipsius secũdũ naturã. Ad id eẽ nõ põt:nã si sit hisce motus quo sursum itur. ignis. uel aer erit. Sin hisce quo deorsum accedat. terra erit. uel aqua. At uero talem lationẽ & primã esse necesse est:perfectum enim iperfectum antecedit natura:atq; circulus qdẽ perfectũ est:linea uero recta nulla est sane pfecta:neq; enim infinita:terminũ enim atq; finem haberet:neq; finitarũ ulla ratio. Est enim qppiã extra oẽs:qppe cũ fieri possit. ut cuius incrementũ addatur:quasi si prior quidẽ motus corporis sit prioris natura:conuersio uero prior sit recto:atq; ipse rectus corporum sit simplicium motus: ignis enim loca recto motu supera petit:& terra corpora eodem ad infera mediumq; feruntur:& ipsam sane cõuersionem cuiuspiã corporis simplicis esse necesse ẽ. Mixtoꝝ enim lationẽ eiusce nutu simplicis fieri diximus:quod in mixtione dominat ac superat. Ex his igitur patet aliam quandã in rõne reꝝ corporis substantiã esse:præter eas corporũ constitutiones quæ hic sunt diuiniorẽ his uniuersis atq; priorẽ. Præterea si motus oĩs aut secũdũ naturã aut præter naturã est:& qui motuum est cuipiã præter naturã: is alii naturalis est. qđ qdem intueri licet in hisce motibus qbus sursum itur. atq; deorsum: alter enim igni: alter terræ secũdũ naturã. & præter naturã est:cõuersionẽ ẽt cũ horũ respectu sit præter naturã:alii cuipiã cõpetere secũdũ naturã:necesse est. Insup si cõuersio cuipiã cõpetit secũdũ naturã:patet esse qppiã corporũ simpliciũ atq; primoꝝ.qđ qdẽ sic suapte natura uersat ut ignis sursum:& terra deorsum fertur. Si uero corpora quæ uersant circa mediũ præter naturã ferunt:mirabile sane metasq; penitus egredi rationis uidet hũc solũ motuũ continuũ esse perpetuũue:q qdem præter naturã illis corporibus inest:in cæteris enim ea quæ præter naturã sunt:citissime corrumpi. perireq; uidẽtur. Quare si ignis sit id quod uersatur. ut quidam inquiunt:non minus hæc motio præter naturam est ipsi:q ea qua infera loca petuntur:ignis enim eum esse motum uidemus. quo recta pergit e medio sursum. Quapropter ex his omnibus quispiam rationibus corpus: quippiã aliud esse:crediderit: præter ea corpora:quæ hic & circa nos sunt. separatum:tãto præstabiliorem habens naturam:q̃to plus ab istis corporibus distat.

Capitulum tertium.



Vm eorum quæ dicta sunt. alia supposita sint. alia demõstrata:patet non omne corpus leuitatem aut grauitatem habere. Atq; supponatur quidnam sit id quod leue:& qd id quod graue nuncupamus oportet:quo ad satis est ad usum præsentem:exactius autem rursus dicemus: cum substantiam ipsorum considerãdum aggrediemur. Graue igitur id sit. quod aptum est ad medium ferri:leue id quod aptum est medio ferri. Grauissimum id quod sub his omnibus collocatur:quæ deorsum feruntur:leuissimum id: quod super omnia collocatur:quæ sursum pergunt. Omne autem quod fertur sursum. aut deorsum. aut leuitatem. aut grauitatem habeat. aut utrũq;. At non ad idem necesse est. Ad alia nanq; grauia sunt leuiaq;: ut aer ad aquam: & aqua ad terram. Corpus igitur id quod uersatur: impossibile est grauitatem. aut leuitatem habere. Fieri enim non põt:ut ipsum. aut secũdũ naturam. aut præter naturam ad medium. aut e medio moueat:latio.n.recta non competit ipsi. natura:nã uniuscuiusq; corpis simplicis una eẽ latio dicebatur: quare erit idem quod ignis aut cæterorum quippiã corporũ quæ recto motu cietur. quod si præter naturã feratur:si ea latio qua deorsum itur. sit præter naturam:ea sane qua sursum pergitur ipsi competit secũdum naturam. Si præter naturam fit ista:secundum naturam illa competet sane. Posuimus enim si contrariorum motuũ:alter est cuipiam præter naturã:alterum eidem cõpetere secundũ naturam.

Cũ aũt ad idẽ totũ & pars secundũ naturam ferat̃:ueluti tota terra paruaq̃ gleba:primo quidẽ fit ut neq̃ grauitatẽ neq̃ leuitatẽ habeat ullam:nã aut ad medium aut e medio sane ferri suapte natura posset:deinde fieri nequit:ut ipsum moueatur motu ad locũ accomodato:aut sursum aut deorsum subiens detractionẽ:Neq̃ enim secũdũ naturam neq̃ præter naturam alio motu moueri potest:ut ipsum aut pars ulla. Eadem enim ẽ oratio de toto & parte. Simili modo rõni consentaneũ est: & ingenerabile atq̃ incorruptibile ipsum esse existimare:& neq̃ incrementa decrementaq̃ suscipere:neq̃ alterationibus subiici posse:propter ea q̃ omne quod generatur ex cõtrario & ex subiecto fit quodã:& idẽtidẽ qđ corrumpitur:subiecta materia & a cõtrario & ad cõtrariũ sane corrumpitur:ut primis in sermonibus diximus:cõtrariarũ uero rerũ & lationes:contrariæ sunt. Si igit̃ nihil huic cõtrariũ esse põt: ꝓpterea qđ & conuersioni nullus est contrarius motus:natura recte id a contrariis excepisse uidetur:qđ ingenerabile & atq̃ incorruptibile est. Generatio nãq̃ corruptioq̃ in ipsis cõtrariis est. At uero & id quod accrescit a propinquo quodã accedente subeunteq̃ resolutionẽ ĩ materiã augetur:hoc autem nõ habet id ex quo est ortũ. Quod si neq̃ accrescere neq̃ corrũpi põt:eiusdem ẽ profecto sniæ: & alterationibus ipsum subiici non posse putare:alteratio enim motio est in qualitate. Qualitatis aũt habitus quidẽ & dispositio nõ sine mutationibus in passionibus fuit:ut sanitas atq̃ morbus. Quæ uero naturaliũ corporũ in passionibus mutãtur:ea uniuersa incrementa suscipere decrementaq̃ uidemus:ut animaliũ corpora partesq̃ ipsorũ:atq̃ plantaꝝ ẽt & elementorũ simili mõ. Quare si corpus quod uersat̃ neq̃ incrementa neq̃ decrementa suscipere potest:expers ipsum & alterationum esse consentaneũ est rõni:patet igitur ex hisce quæ dicta sunt: id qđ primũ est corporũ perpetuũ esse: & neque accrescere neq̃ decrescere neq̃ senescere neq̃ alteratiõibus neq̃ passionibus subiici: si quispiã hisce quæ sunt supposita credit:uidet̃ autẽ & ratio testis iis esse quæ apparent: & ea quæ apparent testes esse ẽt ratiõi. Oẽ enim hoies de diis existimationẽ habẽt: & uniuersi qui deos esse putãt tã græci q̃ barbari:ipsum supremũ locũ diis tribuerunt: propterea qđ ĩmortale ad ĩmortale est accomodatum. Alio nãq̃ modo est impossibile. Si igit̃ quippiam est diuinũ:quẽadmodũ & est:ea sane quæ de prima corporũ substantia dicta sunt bene recteq̃ sunt dicta. Emergit autem hoc & per sensum respectu fidei humanæ sufficienter:In toto nanque præterito tempore pertraditam successione memoriam posteris non mutatum ullo pacto fuisse uidetur:aut in toto ultimo cœlo aut in suarum partium ulla. Videtur autem & ipsum nomen usq̃ ad hoc tẽpus ab antiquis hæc opinatis:quæ & nos dicimus successione traditum esse:Non enim semel neq̃ bis:sed infinities easdem opiniones ad nos accedere putare oportet. Quapropter quia primum corpus diuersum quoddam est a terra igne aere atque aqua:ætherem superum locum appellauerunt a semper currendo perpetuo tempore posita appellatione. Anaxagoras uero hoc nomine abutitur non recte:pro igne enim ætherem dicit. Patet autem ex dictis:& cur impossibile est numero plura esse ea quæ simplicia corpora dicuntur. Simplicis enim corporis motum simplicem esse necesse est:solos autem motus hosce simplices dicimus esse: circularem & rectum:& huius duas partes:unam qua a medio alteram q̃ ad medium pergitur.


2° Meteor.


Capitulum quartum.





On esse autem aliam lationem conuersioni contrariam:ex compluribus quispiam sumere fidem potest. Primo quidem ex eo quia circunflexe lineæ rectã oppositã maxime ponimus.

Concauum enim & curuũ non solũ iter sese opposita eẽ uident:sed etiam recta cõ uicta simulq; sumpta. Quare siqua est cõtraria latio:eũ motum maxime qui fit sup linea recta cõuersiõi cõtrarium eẽ necesse est. At ii q sup linea recta fiũt:iter sese oppositi sunt ob loca:supra enim & infra differentia loci atq; contrarietas est. Deinde si quispiam eandem ẽt rationem & i recta linea & in circunflexa lationẽ.n. ab A ad B:ei contrariam eẽ dicit:qua a B ad A pergit:Is eã lationẽ dicit quæ sup linea recta fit:hæc enim finita ẽ:circũflexæ ãt circa eadẽ puncta ifinitæ esse possunt. Similiter & i semicirculo uno uelut.a C ad D:&.a D ad C:est.n.illa quæ sup diametro fit. Semp enim unũquodq; p lineam rectã distare ponimus. Similiter res sese hẽt & si qspiã circulo facto lationem eam quæ sup altero fit semicirculo:ei contrariã posuerit lationi q sup altero fit:ueluti toto in circulo eã qua ab E ad F itur sup G semicirculũ:ei q̃ ab F ad E pgit i semicirculo.H. Quod si & hæ sunt contrariæ:at nõ eæ sunt ob hoc inter sese cõtrariæ latiões:q̃ sup toto circulo fiũt. At uero neq; ea latio circularis qua B ab A petit:ei cõtraria est qua ab.A ad C proficiscitur. Ad idem enim hæc ex eodẽ est motio: cõtraria uero latio cõtrariis est locis definita. A Contrario enim ad cõtrariũ itur. Quod si circularis motio circulari eẽt cõtraria frustra altera esset. Ad idẽ eni fit profecto p utrasque: Præterea id qđ uersat : a quocũq; signo icœperit ad oia similiter accedere cõtraria loca necesse ẽ:sunt aũt loci cõtrarietates:supra & ifra:ante & retro: dextrũ & sinistrũ:lationis uero cõtrarietates per locorũ sunt cõtrarietates. Si igit æqualia essent:motus ipsorũ nõ esset. Si alterũ superaret:alter pfecto nõ esset. Quare si utraque eẽnt:frustra sane corpus alterũ eẽt:suum nõ subiẽs motũ.frustra.n.calceũ eũ dicimus eẽ:cuius usus nõ ẽ. At deus & natura nihil prsus faciũt frustra. Veꝝ ubi hæc satis emerserũt:dereliqs cõsidereũs oportet.











Tractatus secundus. Capitulum primum.


Atq; primo considerandum est: utrū sit corpus quippiā infinitum ut complures antiquorum putarunt: an idipsum unū quid sit eorꝫ quæ fieri nequeūt: hoc enim an illo modo res sese habeat: non parum sed totum ad ueritatis contemplationem utiq; refert. Etenim hoc fere contrarietatem omnium hisce quæ de natura tota aliquid dixerūt: principium & fuit & fieri sane pōt: siquidē & paruus exitus a ueritate sit hisce qui exorbitarunt: si longe progrediantur: decies milies maior: ueluti si quispiā magnitudinem aliquam minimam dixerit esse. Hic enim minima magnitudine introducte: maximas rerum mathematicarum utiq; dimouebit. Atq; huius causa est principiū in maius q̄ magnitudine esse. Iccirca quod in principio paruum est: id in fine ualde magnum emergit. Infinitum autem & principii uim & quantitatis maximam habet. Quare non absurdum neque egreditur rationem: admirabilem differentiam esse ex infiniti positione: si quispiam sumpserit ifinitū corpus in ratione rerū quippiā esse. Quaobrē a pricipio repetētes de ipso dicamus oportet. Omne itaq; corpus aut simplex: aut compositum esse necesse est. Quare & infinitum ipsum: aut simplex: aut compositum erit. Atqui patet si simplicia sint finita: compositum necessario finitum esse. Quod enim ex multitudine finitis ac magnitudine constat. Id & multitudine & magnitudine est finitū. Tantum enim erit quanta sunt ea ex quibus componitur atq; constat. Restat igitur uidere utrum simplicium quippiam corporum ifinitum magnitudine eē possit: an hoc fieri nequeat. Atq; prius hoc de primo corpore uiso ac pertractato: de reliquis deinceps cōsideremus. Corpus igitur quod uersatur: necessario omne finitum esse ex hisce patere potest: nam si corpus quod uersatur est infinitum: infinitæ profecto erunt & rectæ lineæ quæ e medio protrahunt. Infinitarū aūt interuallum infinitum etiam est. Atq; interuallum linearum id dico. Extra quod nulla magnitudo tangens lineas sumi potest. Hoc igitur infinitum esse necesse est: finitarū .n. interuallū semper finitū erit: fieri præter ea potest: ut eo maius semper summatur quod datum est. Quare eadem ratio est & de spacio: quemadmodum numerum ex eo dicimus ifinitum: quia maximus non est. Si igitur fieri nequit ut infinito transitus fiat: atq; si cœlū sit infinitum: interuallum etiam infinitum esse necesse est: fieri profecto non potest ut ipsum cœlum uersetur. At uersari cœlum uidemus: rationeq; iam definimus conuersionem corporis motionem cuiuspiam esse. Præterea si a finito tempore finitum tempus abstuleris: & reliquum finitum esse: principiumque habere necesse est. Si tempus autem ambulationis principium habet: & motionis etiam principium est. Quare pricipium & magnitudinis eius erit super qua ambulatio fuit: eadem est & in cæteris ratio. Sit itaque A.B.C. linea altera ex parte infinita: qua ipsum est C. & rursus alia infinita utraque ex parte D.E.




Si igitur ab A centro circulum linea A B C describat: lineam secans D E in orbem aliquando lata finito in tempore erit. Totũ enim tempus quo uersatum est cœlum finitum est: & id ergo tempus finitum est quod est ablatum: in quo secans linea ferebatur. Erit igitur principium quoddam quo primũ A B C linea: D E lineam secuit. At eẽ non potest. Non ergo fieri potest: ut infinitum uersetur. Quare neque mundus si infinitus esset. Præterea ex his etiã patet fieri non posse: ut infinitum motu sit agitatum. Sit enim linea A quæ propter B lineam feratur: finita inquam propter finitam. Simul igitur A lineam a B: & B ab A absoluam fore necesse est.




Quantum enim alterius altera occupabit: tãtum illius & altera occupabit. Si igitur ambæ in contrarium moueantur: citius absoluentur. Sin altera prope manentem alteram: moueatur tardius: si modo eadem quod prope illam moueť cœleritate feratur. Verum illud est manifestum fieri non posse: ut finito in tempore quicquã transeat infinitum: transibit ergo in tempore infinito. Hoc enim est demonstratum prius in hiscæ: quæ de motu sunt pertracta. Nihil autem interest finita prope infinitam feratur: an infinita prope finitam. Nam cum hæc prope illam mouetur: & illa p. hanc transire uidetur. Similiter & si moueatur: & si non moueatur. Verum si moueantur ambæ citius absoluentur: q̃q̃ nihil prohibet eam interdum quæ prope quiescentem mouetur citius q̃ eam quæ fertur contra transire. Si quispiam eas quidem quæ cõtra mouentur utrasque ferri tarde posuerit eam uero quæ prope quiescẽtem moueť multo celerius illis ferri. Nullum igitur rationi prorsus impedimentum afferetur: si prope quiescẽtem altera moueatur. Cum fieri possit: ut A si prope B lineam moueatur: motionem & ipsam etiam subeuntem tardius transeat uti diximus. Si igitur id infinitũ ẽ tẽpus quo



finita subiens motũ absoluitur: & id sane quo infinita infinitam transiuit infinitũ esse pari rõne necesse ẽ. Vt ifinitum ergo sit motũ minime fieri potest: nam tẽpus fiat infinitum necesse ẽ. Etiam si per minimum fuerit motum. At cœlum tempore finito uersatur: totumq; fertur in orbem. Quare totam eam transit circumferenti am quæ est itus ceu A B finitam. Impossibile est ergo id infinitum eẽ: quod subit conuersionẽ. Præterea ut eẽ non põt linea ifinita ex ea parte qua finis est: nisi ad lõgitudinẽ fine careret: sic & supficies ifi-



nita esse non potest ex ea parte qua finis est. Cum uero fuerit terminata nulla ex parte ē infinita. Quadratum enim aut circulum aut phæram infinitam esse non dixeris: quēadmodum neq; lineam bipedalem. Si igitur neq; sphæra neq; circulus neq; quadratū ē infinitum: atq; si circulus non est conuersio non erit: & si infinitus non est: infinita non erit: si ipse circulus infinitus non est: uersari profecto corpus infinitū non potest. Præterea si C sit centrum: A B uero sit infinita: & E sit erecta ad rectos angulos infinita: & insuper infinita sit C D subiens motū: nunquā ipsa C D ab E linea absoluetur: sed semper perinde atq; A B linea sese habebit. Secat enim in ipso F puncto. Non ergo infinita uersatur. Insuper si cœlum est infinitum atq; uersatur: infinitum profecto finito tempore pertransibit. Sit enim cœlum quidem quod manet infinitum: id autem quod in hoc mouetur æquale. Quare si uersatum fuerit: Cum sit infinitum: æquale sibi infinitum: tempore finito transibit. At hoc esse impossibile dicebatur. At qui dicere contra etiam licet. Cum finitum sit id tempus in quo ē uersatum: magnitudinem quoq; finitā esse necesse ē eam quam cōuersione trāsiuit. At æquale sibi cōuersiōe trāsiuit: & ipsum ergo cœlum finitum est.




Corpus igitur id quod uersatur exitu non uacare: nec infinitum esse: sed finem habere ex hisce iam quæ diximus patuit.

Capitulum secundum.

At uero neq; id quod e medio: neq; id quod ad mediūm fertur: infinitionem subibit. Lationes enim eas quibus sursum itur atq; deorsum contrarias esse constat. Contrariis autem contraria loca petuntur. Atq; contrariorum si alterum definitum est: & alterum definitum erit. Medium uero est definitum. Nam si undeuis deorsum feratur id quod sub omnibus collocatur: fieri nō potest ut ultra medium sit definitum: & superum locum definitum esse necesse est. Quod si loca sunt definita atq; finita: & corpora sane erunt finita. Præterea si superus ac inferus locus est definitus: & id quod est inter hæc definitum esse necesse est: nam si definitum non est: motus infinitus erit profecto. Hoc autem impossibile esse antea demonstrauimus: ergo medium ipsum est definitum. Quare & id corpus definitum est sane: qd' in hoc est aut fore pōt. At id corpus: qd' sursum & deorsum ferē: in hoc fore pōt. Aliud enim e medio: aliud ad medium ferri suapte natura potest. Ex his igitur patet corpus infinitum in ratione rerū esse posse. Et insuper si pondus non sit infinitum: neq; quicq̄ horom corpoꝝ infinitum eē profecto potest. Infiniti nāq; corporis pondus infinitū esse necesse est. Eadem fuerit ratio & de corpore leui. Nam si est grauitas infinita est & leuitas infinita: si id est infinitum quod super omnia eminet. Quod quidem e x hisce patere potest: Sit enim finitum. Atq; sumaẽ infinitum quidem corpus A B: pōdus autem ipsius C: ab infinito igitur magnitudo finita auferatur B D: atq; pondus ipsius sit E: ipsum igitur E pōdus minus erit ipso pondere C: Minoris enim magnitudinis pondus minus nimirum est. Minus itaque pondus maius mensuret numero aliquo repetitum. Atque ut minus sese habet ad

maius:ita B D. sese habent ad B F. magnitudinem. Fieri enim potest:ut quantauis ab ifinita auferatur. Si igitur magnitudines similitudinem rōnū subeunt cū ponderibus:& minus pondus minoris ē magnitudinis:maius ēt magnitudinis erit maioris:æq̄le ergo finiti pōdus erit ac infiniti. Si maioris præterea corporis maius est pōdus:ipsius B D. pōdus maius erit pondere corporis ipsius. B.F. Quare finiti pōdus: maius erit pōdere infiniti. Inæqualiū ēt magnitudinum idem fuerit pōdus:finitum enim ac infinitū inæqualia esse cōstat. Nihil aūt interest cōmensurabilia ipsa pōdera:an incōmēsurabilia sint.




Eteni eadē erit ratio si incōmēsurabilia sint. Veluti si E pōdus mensurās G pōdus:ter repetitū exupet. Nā si tres totæ magnitudines B D. sumātur:pōdus ipsarū maius erit pōdere C. Quare idē eueniet impossibile. Præterea fieri pōt:ut cōmensurabilia ipsa sumant. Nihil eni interest a pōdere an a magnitudine initiū fiat. Veluti si E pōdus cōmensurabile sumat ipsi pōderi C:atq; ab initio ea magnitudo auferat:q̄ habet ipsum E. pōdus:ceu B D: Deinde allata fuerit alia magnitudo: Ceu B F:ad quam ita B D. magnitudo se habet:ut pōdus se habet ad pondus. Fieri enim potest: ut si magnitudo A B sit infinita:quātauis ab ea magnitudo auferatur:His enim sumptis tam magnitudines q̄ pondera inter sese sane cōmensurabilia erūt. At uero nihil ad demonstrationem etiam refert:similis ipsa magnitudo ponderis ac dissimilis sit. Semper enim æqualis corporis ponderis magnitudinis ipsius B D. ponderi quotquot uis ab infinito sumere aut auferendo aut addendo licet. Quare patet ex his quæ diximus:corporis infiniti pondus finitum non esse:erit igitur in itum. Quod si hoc esse non pōt:nec infinitum quicquā in ratione rerum corpus ēt esse pōt. At qui pondus infinitum quid in ratione rerum esse non posse:ex hisce patere potest. Si enim tātum pondus per tātum spatium hoc in tēpore motu cietur: tantum & insuper in minore sane mouebit. Atq; tempora rationē eam quā habēt pondera cōtra sane habebūt. Veluti si dimidiū pondus hoc in tpe mouetur:duplum i dimidio huiusce mouet. Præterea pondus finitum oē finitum spatiū finito quodam in tempore trāsit. Quæ cum ita sint:si quippiam pondus sit infinitum:moueatur ipsum & non moueatur necesse est. Moueatur enim necesse est:quo tātum quātum est finitū:& īsuper nō moueatur rursus necesse est:quo excessuum quidem ratione ipsum moueri oportet. Cōtraq; maius in minore moueri. Ratio uero infiniti nulla est ad finitum tpis autem minoris est ad maius tempus finitum:sed in minore semper. Minimum autem nō est. Neq; si eēt utilitas ulla esset. Sumptum enim fuisset quippiam finitum maius in eadem rōne:in qua respectu temporis infinitum ad minus esset. Quare æquali in tempore per spatium æq̄le finitum ac infinitum utiq; moueretur: At fieri non potest. At necesse est si infinitum quantouis finito tamen tempore moueatur. Aliud ēt pondus finitum in hoc eodem per spatiū finitū quoddā moueri. Impossibile est ergo pōdus infinitum esse: & similiter leuitatem. Et corpora ergo infinitum pondus habentia leuitatemue in ratione rerum esse non possunt. Patet igitur corpus infinitum non esse:& si hoc modo contemplatio de ipso fiat per rationes particulares: & si uniuersaliter consideretur non solum per rationes eas quæ in sermonibus de principiis a nobis sunt dictæ. Determinatum est enim & illo in loco de infinito uniuersaliter:prius quomodo est:& quomodo non est:sed etiam nūc alio modo. Post hæc aūt considerandum est:si infinitum quidē uniuersum corpus nō


sit tãtũ tamen sit:ut plures sint cœli. Forsitã enim hoc quispiam dubitauerit nihil obstare:ut hic quo nos circundat mundus est constitutus:sic & plures alios esse cœlos plures quidem uno,non tamẽ infinitos. Prius autem uniuersaliter de infinito dicamus.

Capitulum tertium.


Mne itaq; corpus aut finitũ aut infinitum esse necesse est:& si infinitum ẽ aut similium aut dissimilium partium esse:& si dissimilium partium est aut ex finitis spẽ aut ex infinitis constare. Patet igit̃ ex infinitis cõstare non posse:si quispiam nobis primas suppositiones manere sinat. Nam si primi motus finiti sint:species quoq; simplicium corporũ finitas esse necesse est.Etenim simplicis quidem corporis motio simplex est .Simplices autem motiones finitæ sunt:atq; omne naturale corpus motionem habere necesse est.At uero si infinitum ex finitis erit: & quamq; partium infinitam esse necesse est.Dico autem aquam uel ignem.At hoc esse non potest. Demonstratũ est enim neq; põdus:neq; leuitatem in rõne rerũ infinitam esse. Præterea loca quoque ipsarum magnitudine infinita esse necesse est.Quare & motus oĩum infinitos esse: hoc autem esse nequit:si primas suppositiones posuerimus ueras esse:& neq; id quod deorsum:neq; id quod sursum fertur in infinitũ moueri possit.Impossibile ẽ enim fieri id: quod ortum subire non põt:tam in qualitate:q̃ in quãtitate:q̃ ẽt in ubi. Dico aũt hoc pacto.Si impossibile est albũ quippiam fore:aut pedale: aut in ægypto:& fieri quicq̃ horũ impossibile est.Impossibile est igit̃ & illuc ẽt quicq̃ ferri:quo nullũ corpus peruenire potest subiens lationem. Præterea & si seiuncta sunt : non minus tamen hisce qui est ex oĩbus ignis infinitis esse põt. At corpus est id:quod omni ex parte dimẽsionem habet. Quare qui fieri põt ut plura quidẽ sint dissimilia:unũquodq; aũt ipsorũ sit infinitum. Omni enim ex parte quodq; infinitũ esse oportet. At uero neq; similium partium infinitũ eẽ põt.Primo enim nõ ẽ alius præter hos motus:horũ igit̃ unum habebit. Quod si hoc cõcedet̃:eueniet sane grauitatẽ aut leuitatem infinitam in rõne rerũ esse.At q̃ impossibile est id quod uersat̃ infinitum esse.Fieri enim nõ põt:ut infinitũ ipsum uerset̃.Nihil enĩ iterest hoc:an cœlũ infinitũ esse dicat̃:hoc aũt demõstratũ est impossibile esse. At uero fieri oĩno nõ põt:ut infinitũ subeat motum.Aut.n.secũdũ naturã:aut ui motu crebi tur.Atq; si ui moueat̃ est ipsius ꝑfecto:& secũdũ naturã motus.Quare & locus ꝓprius alius erit:ad quẽ ipsum suapte natura feret̃.At hoc impossibile eẽ constat. Oĩno aũt fieri nõ posse:ut infinitũ a finito patiat̃:aut in quippiam finitũ agat ex hisce patere põt. Sit.n.infinitũ quidẽ A:finitũ ãt B:& tẽpus i quo finitũ mouit ac infinitum ẽ motũ C.Si igit̃ ipsum A calefactum est:aut pulsum a B: aut aliqd quippiã passum in tpe C: sit D ipso B minus:atq; minus æquali in tpe moueat minus.Sit autẽ E ab ipso D alteratum.Q d̃ igitur D est ad B: idipsum E ad finitum aliqd̃ erit puta F. Atq; alterare ponat̃:æquale q̃dẽ æquali in tpe æquale. Minus autẽ i æquali minus:& maius ẽt maius:atq; tãtum sane:q̃ntũ rõ flagitabit : quã habet maius ad minus.a nullo ergo finito ullo i tpe mouebit̃ ĩfinitum: Minus.n.aliud æquali in tẽpore a minore mouebit̃ : ad qd̃ id qd̃ rõnẽ subit finitũ nimirũ erit.Infinitũ.n.ad finitũ nullã rõnẽ subire põt.



At uero neq; infinitũ ullo in tẽpore finitũ mouebit. Sit.n.infinitũ qdẽ A: finitum uero B: tẽpus autem C. Igit̃ D in C tpe minus B ipso mouebit. Sit illud F: atq; quam rõnẽ B totum habet ad F: eam habeat E ad D: ergo E mouebit ipsum B F in tempore C: finitum ergo & infinitum æq̃li in tẽpore alterabũt. At fieri nõ põt. Supponebat̃ .n. maius minore in tpe alterare: atq; tẽpus sumptũ idem faciet semper. Quare nullũ erit tẽpus: in quo mouebit. At uero fieri nõ põt: ut tpe infinito moueat aut ẽt moueatur finem .n. non habet: actio autem atq; passio habẽt. Atq; neq; fieri põt: ut infinitũ ab infinito aliquid patiatur. Sit.n. tam A q̃ B infinitum: C D autẽ tẽpus: i quo passum est B ab A: pars igit̃ infinitæ q̃ est E: quoniã totũ B fuit passum non æquali tpe passa est idẽ. Supponat̃ eni minus tpe minore moueri: sit E motũ ab A: i tpe D F. Quid igit̃ est ipsum F D ad C D: id ẽ ipsum E ad q̃ppiam finitũ ipsius B: hoc igit̃ ab A in C D tpe motũ esse necesse est. Supponat̃ eni ab eodẽ in maiore tpe: atq; minore maius minusue pati: q̃ qdẽ diuisa sunt per tpis rõnẽ. Nullo ergo tpe finito infinitũ ab infinito moueri põt: in infinito ergo. Sed infinitum qdẽ tẽpus finẽ nõ hẽt: id ãt qd' est motũ habet. Si igitur oẽ sensibile corpus actiuã: aut passiuã aut utrãq; potentiã habet: ĩpossibile est corpus infinitũ sensibile esse.



At uero quæ corpora ẽt sunt in loco oĩa sensibilia sunt. Nõ ergo corpus ullum extra cœlũ infinitũ erit: at neq; ẽt finitum. Nullũ ergo corpus oĩno est extra cœlũ. Nã si intelligibile sit erit: sane in loco. Extra enim & itus locum significat. Quare sensibile corpus erit: sensibile autem nullum ẽ nõ in loco. Licet ẽt & rationes afferre ad artificem differendi magis accomodatas. Neq; enim uersari põt infinitum si sit similium partium: q̃ppe cũ non sit medium infiniti: id uero quod uersatur circa mediũ moueat̃: neq; recta moueri: oportebit enim alium tantum infinitum esse locum: ad quem suapte natura mouebitur; & alium item tantum ad quem præter naturam ferretur. Præterea siue natura motum habeat recte pergendi: siue ui moueatur: utroq; perfecto modo mouentes uires infinitas eẽ oportet. Vires enim infinitæ sunt infiniti: & infiniti uires sunt infinitæ. Quare & id quod mouet infinitum esse necesse est. Est autem in hisce quæ de motu sunt dicta ratio quædam: qua demonstratur nihil finitorum potentiam infinitam: neq; quiquam infinitorum finitam habere. Si igitur id quod secundum naturam mouetur: & præter naturam moueri potest: erunt infinita duo: id inquam quod sic mouet: & id quod mouet̃. Præterea quid est id quod infinitum mouet. Nam si ipsum seipsum mouet: animatum erit profecto. Hoc autem quo nam pacto infinitum aial esse potest. Sin aliud quippiam est: duo erunt infinita profecto: id inquã quod mouet: & id quod mouetur: forma potentiaq; diuersa. Si uniuersum autem non sit continuum: sed ut Democritus dicit ac leucippus corpora uacuo sint distincta: unum oĩum esse motum necesse est. Sunt enim figuris distincta; Naturam autem ipsorum unam inquiunt esse perinde atq; si quodq; separatũ aurum esset: horum autem uti dicimus eundẽ esse motũ necesse ẽ. Quo nãq; una gleba

ferturteo & uniuersa terra mouet̃:& totus ignis atq; scintilla eundem ad locum feruntur Q uare si cuncta pondus habent:nullum corpus leue simpliciter erit.Si cuncta sunt læuia:nullum erit particeps grauitatis. Præterea si pondus habent uel leuitatẽ:aut ultimũ quid uniuersi aut medium erit.Hoc aũt esse nequit:quippe cũ sit infinitũ. Omnino aũt ẽt mediũ nõ est:aut ultimũ:neq; hoc quidem est supra:hoc autẽ infra.Et nullus lationis locus corporibus erit. At hic si nõ fit:motus nõ erit. Moueantur enim aut secundum naturam:aut præter naturã necesse est. Hæc autem definita sunt propriis alienisq; locis.

Præterea si ubi præter naturam manet quippiam aut quo fertur:illum alii locum cuipiam competere natura necesse est:quod quidem ex inductione patere põt.Non omnia sane põdus aut leuitatem habere:sed quædam habere:quædam non habere necesse est. Vniuersi igitur corpus infinitum non esse ex iis quæ diximus patet.

Tractatus tertius. Capitulum primum.

NVnc autem dicamus cur & plures esse cœli non possunt.Hoc enim considerandum diximus esse:si quispiam demonstratum esse de corporibus uniuersaliter non putet:extra mũdũ hunc nihil ipsorũ esse posse:sed sermonẽ dictum ẽ dũtaxat existimet de hisce corpibus quæ idefinitæ ponunt̃.Omnia itaq; corpora & ui & natura & manẽt & ẽt mouent̃:atq; quo in loco non ui manent ad eum secundũ naturã ferunt̃:& ad quẽ nõ ui ferent̃:in eo manent natura. Q uo uero in loco ui manent:ad eũ & ui sane ferunt̃:& ad quem ui ferunt̃:in eo ui quoq; manẽt. Præterea si hæc latio ui fit:cõtrario competit secũdũ naturã. Atq; si ad hoc medium illinc ui terra feretur: hinc illuc secũdũ naturam feret̃.Et si hic terra non ui manet:& huc natura sane ferret̃. Vnũ eni eũ motũ q secũdũ naturam competit esse constat. Præterea mundos uniuersos ex eisdẽ corporibus constare:cũ sint eiusdẽ naturæ necesse est:corporũ ẽt unũquodq; potentiam eadem habere necesse est:ut terram ignẽ & ea quæ inter hæc collocant̃.Nam si hæc solo cõueniũt noie:& nõ forma eadẽ ea quæ illic & hic sunt dicunt̃ : uniuersum quoq; nomine profecto tãtũ mũdus dicet̃.Patet igit̃ ipsorũ aliud e medio:aliud ad mediũ aptum esse suapte natura ferri:si ignis ois eiusdẽ formæ:& unũquodq; etiam cæterorũ:quem admodũ & eæ partes ignis quæ hoc in mũdo sunt. Hæc aũt ita sese habere necessario ex suppositionibus hisce patet:quas de motibus prius attulimus. Nam & motiones finitæ sunt:& unũquodq; elemẽtorũ per unũquemq; motuũ dicit̃. Q uare si motiões æedẽ sunt:& elementa sint eadẽ ubiq; necesse est.Partes igit̃ terræ quæ in alio mundo sunt:ad hoc medium aptæ sunt ferri.Et ignis etiam qui est ibi: ad hoc ultimũ ferri suapte natura potest.At impossibile est.Si enim hoc eueniat: sursum quidẽ terram suo in mũdo: ignẽ autem ad mediũ ferri necesse est.Simili modo & terram quæ ẽ hic e medio secũdũ naturam ferri mediũ illius mũdi petentem necesse est:propterea quod mũdi inter sese talem habẽt positionẽ. Aut enim ponendũ non est eandem corporum naturam simplicium in cœlis pluribus esse:aut si eandem esse ponamus:ipsum mediũ unũ & ultimũ itidem unũ faciamus necesse est.Q uod si hoc absurdum eueniat:uno plures esse mũdos impossibile est. Censere aũt aliã simpliciũ eẽ naturam:si minus aut plus a ꝓpriis locis distẽt: metas egredit̃ rõnis.Q uod enim refert tãta lõgitudine:an tanta distent.Different enim tãto rõne magis:quãto plus distant:formã aũt eandem habẽt. At uero motum ipsorũ aliquẽ esse necesse est:patet enim ipsa moueri.Oibus ne igit̃ motibus ui moueri cõtrariisq; dicemus.At qđ oino moueri aptũ nõ est:id ut ui moueat̃ fieri nequit. Si igit̃ est quispiã motus ipsorũ secundũ:& eorũ sane quæ sunt eiusdẽ formæ & singulorum ad unum numero locum ad hoc inquam medium & ad hoc ultimum motionem esse necesse est.

Si uero ad eadem specie:plura autem numero motus ipsorum sit: propterea quod & singula plura quidem sunt:specie uero non differunt nō huic quidem partium tale, huic aūt non tale:sed similiter omnibus idem accommodabitur.Eadē enim oēs inter se se specie constat esse:numero uero quamuis a quauis differre. Hoc autē ideo dico quia partes quæ hic sunt:& partes quæ in altero mundo sunt, inter sese similiter habent:& ea quæ hinc est sumpta nullam differentiam ad earum partium ullā habet:quæ in alio:& in eodem se habet ad omnes:quippe cum inter sese non differant forma. Quare aut hasce suppositiones mouere:aut medium unum, & ultimum unum esse necesse est. Quod si sit:& ex his eiusdē profecto signis, eisdemq; necessitatibus, unū solum & non plures esse necesse est. Esse aūt quippiam quo ferri terra est apta, ac ignis:ex cæteris etiam patet. Omnino eni id quod mouet ex quopiam in quippiā mutatur.Atq; hæc, ex quo inquā & in quod spē differunt.Omnis aūt mutatio finita est sane. Id enim quod sanat, ex morbo ad it sanitatem:& id qd accrescit, e quantitate parua ad magnam accedit: & id ergo quod fertur, legem eādem subit:& hoc enim ex loco in locum eundo fit. Id ergo ex quo: & id ad quod aptum ē ferri, specie differre oportet:quēadmodum id quod sanatur non quouis sine ullo discrimine pergit:neq; quo uult hisce qui mouet. Et ignis ergo, & terra non in infinitum:sed in opposita sane feruntur:supra autem & infra sunt ea quæ in loco subeunt oppositionem. Quibus efficitur:ut hæc lationis sint fines. Nam & conuersio opposita quodammodo habet ea quæ per diametrum distant. Toti uero non est cōtrarium quicq̄. Quare & ex hisce motio quodammodo in opposita fit, atq; finita. Sit igitur quispiam exitus:& nō sine fine ferantur necesse est. Non ferri autem hæc in infinitū, signū etiam hoc esse uidetur. Terra nāq; & ignis quo ꝓpinquiora sunt locis suis:illa quidem medio:ignis uero supero loco:eo celerius porro ferunt. Quod si ifinitus esset superus locus:ifinita nimirum & celeritas esset. Et si celeritas infinita esset: & grauitas etiam, & leuitas infinita esset. Nā ut id quod inferius pergeret celeritate differens grauitate celere esset:sic si infinita esset huius accretio, & incrementum sane celeritatis infinitum etiam esset. At uero neq; ab alio: neq; ui, ut quidam inquiunt extrusum sursum alterū ipsorū:deorsum alterū fert. Tardius enim maior ignis sursum:& maior terra deorsum utiq; moueretur. Nunc aūt cōtrarium fit. Ignis enim maior:& terra ēt maior celerius semper proprium locum petit. Neq; porro celerius prope finē pergerent:si ui extrusioneq; mouerent. Omnia nāq; quæ ita mouent:Cum longius ab eo quod uim attulit distant, tardius sane ferunt. Atq; unde ui pulsa sunt, illuc non ui: sed suopte nutu ferunt. Quare fides ex hisce sumi hisce, quibus de loquimur satis potest. Præterea per rationes etiam quæ ex prima philosophia adduci possunt. Ex ipsa cōuersione, quā qdem hic, similiter & in cæteris mundis perpetuam esse nece est:hoc idē demōstrari profecto pōt fuerit insuper manifestū cœlū necessario unū esse:& si hoc cōsiderabimus mō. Nā cū tria sint elemēta corporea:tria nimirum & loca elementorū erunt. Atq; unus quidē locus corporis eius erit:qd sub oibus collocat: qui quidē circa medium ē:Alius aūt eius quod orbe fert:qui quidē ultimus ē: Et tertius eius qd ē mediū corpus:qui qdē inter hæc loca medius est. In hoc enim id esse corpus necesse est:qd eminet leuitate. Nam si in hoc non est: extra collocabitur sane. at fieri nō pōt. Aliud enim pondere caret:aliud pondus habet:locus autē eius corporis qd pōdus habet, inferior est:si hisce qui est in medio grauis est corporis locus. At neq; præter naturā in hoc est loco:cōpetet enim alii secundum naturam: at nullum est aliud corpus in rōne ut patuit. In ipso ergo medio, qui est inter dicta loca, hoc esse necesse ē. Huius aūt ipsius quænā sint differentiæ, posterius explicabimus. De corporeis

corporeis igitur elementis quænam· & quot ſunt & quis cuiuſq; locus· & quot inſuper ſunt in beatitudine ipſa loca· ex his quæ diximus patuit.

Capitulum ſecundum.

DIcamus autem deinceps oportet mondum non ſolum unum eſſe:ſed etiam plures eſſe non poſſe:& inſuper perpetuum eſſe.Cum neq; corruptionem neq; generationem ſubire poſſit:primo dubitatione de ipſo allata. Nam ſi hoc pacto conſiderauimus·impoſſibile eſſe uidebitur unum ipſum ac ſolum eſſe. Vniuerſis enim rebus· quæ aut a natura· aut ab arte ſunt factæ:aliud eſt ipſa per ſeipſam forma:& quæ eſt cum materia mixta.Ceu ſphæræ forma aliud eſt:& aurea atq; ænea ſphæra. Et circuli rurſus alia eſt ipſa forma:& æneus circulus· ligneuſue. Sphære nãq; qui ditatem circuli aſſignantes:non aurum·non æs in ratione dicemus:quippe cum hæc ſubſtantiæ hiſce non ſint.Si uero eneam·aut auream ſphæram dicemus: etiam ſi præter ſingulare quicq̃ aliud intelligere·aut ſumere non poſſumus: interdum .n.ut hoc accidat nihil obſtat. Veluti ſi ſolus unus circulus fuerit ſumptus: non minus enim aliud eſſe circuli·& huius circuli erit:& illud quidem forma:hoc autem in materia forma erit·ac ſingulare. Cum igitur cœlum ſenſibile ſit:ſingulare erit profecto.Senſibile enim omne in materia eſt.Singulare autẽ eſt:aliud eſſe huiuſcæ cœli:& cœli ſimpliciter erit.Eſt ergo aliud hoc cœlum:& ſimpliciter cœlum.Atq; hoc eſt ut ſpecies atq; forma:illud ut cũ materia mixtum.Quorum autem forma quædam & ſpecies eſt:eorum aut ſunt·aut eſſe plura ſingulariter poſſunt.Nam ſi ſint·ut quidam inquiunt· formæ hoc accidere ſane neceſſe eſt. Sin nihil ſit talium ſeparatum:nõ minus idem euenire neceſſe eſt.In omnibus enim hiſce quorum ſubſtantia in materia eſt:plura eſſe & infinita ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei uidemus. Quare aut plures ſunt cœli:aut plures eẽ ꝓfecto poſſunt. Ex his igiẗ quiſpiam exiſtimauerit & eſſe plures cœlos: & etiam eſſe poſſe. Conſiderandum autem rurſus eſt:quidnam horũ dicitur recte & quid nõ recte.Aliam igiẗ eſſe formæ rõnem eam quæ ſine materia eſt.Aliã eam quæ in materia eſt recte ꝓfecto dicitur: atq; uerum eſſe ponatur.Nulla tamẽ ob idipſum mundos aut plures eſſe·aut plures eſſe poſſe neceſſitas eſt:ſi hic uniuerſa ex materia cõſtat:& ut cõſtare uideẗ. Hoc aũt mõ forſitan id qđ dicitur magis patebit.Si enim ſimitas cõcauitas eſt in naſo·aut in carne:caroq; materies eſt ſimitatis:ſi omnibus ex carnibus una fieret caro:atq; in hac ſimitas eſſet orta:nullum aliud ſimum·aut eſſet·aut fore omnino poſſet. Simili quoque mõ ſi materies in homine caro ẽ: atq; oſſa:ſi uniuerſa ex carne atq; oſſibus fieret homo:atq; illa diſſolui non poſſent:alius homo profecto eſſe non poſſet.Eadem fuerit & in cæteris ratio.Omnino enim quoꝝ ſubſtantia in ſubiecta materia quadam eſt:eorum nihil oriri poteſt: ſi nõ aliqua materia ſit.

Cœlũ autẽ eſt quidem ſingulare:& ex materia cõſtat.Sed ſi non ex ipſius materiei parte:ſed ex uniuerſa materia cõſtat:eſſe quidem ipſius cœli· atq; huiuſcæ cœli· aliud ẽ:non tamẽ·aut aliud erit·aut plures fieri poſſunt:ꝓpea qđ uniuerſam hoc materiã ẽ cõplexũ. Reſtat ergo hoc demõſtrare.Ex uniuerſo i quã ipſum naturali corꝑe ſenſibiliq; cõſtare.

Dicamus aũt primum quidnã cœlũ eẽ dicimus:atq; quot modis:quo magis id nobis manifeſtũ qđ quæriẗ fiat. Vno igiẗ mõ cœlũ dicimus ſubſtãtiã ultimæ uniuerſi cõuerſiõis:aut id naturale corpus· qđ ẽ in ultima uniuerſi conuerſiõe. Vltimũ.n.ſupumq; corpus cœlũ maxĩe cõſueuimus appellare: in quo & uniuerſum diuinum dicimus eſſe.Alio mõ cœlũ id corpus dicimus:qđ ẽ ꝓximũ ultimæ uniuerſi cõuerſioni:ĩ quo luna· & ſol· & nõnullæ ſtellaꝝ ſunt collocatæ. Hæc.n.in cœlo dicimus eſſe.Inſup alio mõ diciẗ cœlũ id corpus· qđ a cõuerſiõe ultima cõtineẗ:totũ.n.ac uniuerſum· cœlũ dicere conſueui-

mus. Cũ igit̃ cœlũ tribus modis dicat̃:totum id qđ ab extrema cõuersione cõtinetur: ex uniuerso naturali sensibiliq; corpe cõstare necesse est:ppea qđ extra cœlum neq; ẽ qc- q̃ corpus:neq; esse oĩno põt.Nam si extra ultimã conuersionẽ corpus sit naturale:ipsum aut simpliciũ quippiam corporum aut compositorũ eẽ:& aut secũdũ naturã aut præ- ter naturã sese habere necesse est.Simpliciũ igit̃ corporũ quicq̃ oĩno nõ erit.Demõstra- tũ ẽ enim id qđ orbe fert̃ mutare suũ locũ non posse.At neq; id eẽ põt qđ e medio fert̃. neq; ẽt id qđ sub oĩbus collocat̃.Etenim natura quidẽ ibi nõ erũt.Alia nãq; sunt ipsorũ propria loca.Si uero præter naturã sunt:alii cuipiam corporum exterus ille locus cõpe- tet secundum naturã.Q ui nãq; huic præter naturã tribuit̃:is alii cõpetat secundum na turã necesse ẽ.At nullũ aliud præter hæc ĩ rõne rex simplex ẽ corpus.Impossibile ẽ ergo corporũ extra cœlũ quicq̃ simplicium eẽ.Q uod si corpus simplex nequeat ullũ eẽ: ne- que quicq̃ mixtorũ ẽt esse põt.Sint enim & simplicia:si sit mixtũ necesse est.At uero neq; fore ẽt potest.Aut enim præter naturã aut secũdũ naturã:& aut simplex aut mixtũ idẽ- tidẽ erit.Q uare eadẽ rõ sane reddibit.Nihil.n.refert si sit:an fore possit cõsiderare.Patet igitur ex dictis necesse nec fore posse ullius extra cœlum corporis molẽ. Vniuersus enĩ mũdus ex sua tota materia cõstat.Materia nãq; ipsius naturale est atq; sensibile corpus. Q uare neq; nunc plures sunt cœli:neq; fuere:neq; etiam fore possunt:sed unicum ẽ hoc cœlũ atq; perfectum.Patet ĩsuper neq; locũ extra cœlũ esse:neq; uacuũ:neq; tempus.In oĩ nãq; loco corpus eẽ pfecto põt.Vacuũ autẽ id esse dicũt:in quo corpus nõ est sed esse potest.Tẽpus uero motus numerũ esse constat:& motus sine naturali corpore nullus ẽ.

At demõstratũ est extra cœlũ nec esse corpus:nec ẽt esse posse.Patet ergo neq; locũ ex tra cœlũ eẽ:neq; uacuũ neq; tẽpus.Q uocirca neq; apta sunt ea quæ illic sunt eẽ in loco neq; tempus senescere ipsa facit:neq; ullius eorũ ẽ ulla mutatio:quæ sup extima sunt di sposita latione:sed nullis alterationibus nullis passionibus prsus subiecta: optimam in uniuersa sempiternitate uitã & sufficiẽtissimã habent.Diuinæ nanq; nomẽ hoc pnũcia tũ est ab antiqs.Finis.n.qui uitæ uniuscuiusq; cõtinet tẽpus:cuius nihil ẽ cõtra secũdũ na turã: sempiternitas uniuscuiusq; ẽ nuncupatus: p eandẽ ẽt rõnem finis uniuersi cœli ac finis hisce qui tẽpus totũ infinitũq; continet:sempiternitas est:a semp essendo apellatiõe sumpta imortalis sane atq; diuina. Vnde & cæteris aliis exactius:aliis offuscatius ipsum esse uiuereq; dependet. Etenim ut in externis circa diuina sententiis psæpe rõnibus diui- num oẽ necessario mutatione uacare uidet̃: primũ ipsum ac summũ ita se habẽs testis ẽ dictis.Neq; enĩ aliud præstabilius est:qđ quidem moueret:illud enĩ porro diuinius eẽt neq; prauitatis cuiusq̃ ẽ particeps:neq; bonorũ suorũ cuiusq̃ ĩdiget: & incessabili igitur motu non absq; rõne mouet̃. Vniuersa.n.cessant desinuntq; moueri:cũ uenerint suũ in locum.Eius autem corporis quod uersatur:idem est locus in quo incipit & in quo finit.

Tractatus quartus. Capitulum primum.



Hisce determinatis consideremus deiceps oportet:utrum mundus ingenerabilis sit an generabilis:& incorruptibilis an corruptibilis: prius cæterorum opinio nibus recitatis.Demonstrationes enim contrariorum dubitationes de contraiis sunt.Insuper & dicenda magis credentur: si sñiarũ eax quæ in controuersiam ueniunt iura prius fuerint audita.Ablentes enim condemnari minus utiq; uidebuntur:etenĩ eos qui satis iudicauerũt ueritatẽ:non aduersarios sed arbitros eẽ oportet. Omnes itaq; factũ quidẽ asserunt esse:sed factũ quidẽ ppetuũ: quidam caducũ: perinde ut quoduis aliud eorũ quæ natura cõstãt inquiunt esse.Q uidam uicissim interdũ hoc: interdũ alio modo sese habere subeuntẽ corruptionẽ:idq; semper hoc ferri mõ dicũt:ut acrigentinus

Empedocles:ut ephesius Heraclitus dicit.Igiť factũ quidẽ eẽ ppetuum tamẽ esse asserere ex iis est ,pfecto q̃ nequeunt esse.Ea nãq; sola ponẽda sunt:q̃ in multis aut in oibus eẽ uidemus.De hoc aũt cõtrarium accidit:uniuersa eni q̃ fiunt:& corruptionẽ subire uidẽtur. Praeterea qđ nõ habet principium hoc abendi mõ:sed aliter habere prius uniuersa aeternitate nõ põt:id & mutari ,pfecto nequit.Erit.n.aliqua cã: quae quidẽ si prius eẽt aliter id sese habere posset:qđ aliter sese habere nõ põt.Quod si mundus ex aliter prius habentibus constat:si semp sic se habentibus & nõ potentibus aliter se habere:factus ipse profecto non est. Si uero est factus:& illa aliter sese habere posse:& nõ semper ita sese habere necesse est.Quare & cõstituta dissoluenť dissoluta ante constiterunt.Atq; hoc infinities aut sic se habuit:aut poterat sic habere. Qđ si ita est:non uacabit sane corruptũ: neq; si olim aliter sese habeãt: neq; si aliter sese habere possunt. Subsidium autẽ quod quidã eo;qui dicũt mundum incorruptibilem quidẽ esse at tamẽ factum esse: sibiipsis enituntur ferre: uerũ nõ esse uĩ.Inquiunt.n.& se pinde ut geometrae qui designatiões describunt: de generatione mundi dixisse:nõ quia aliquando mundus est ortus:sed gratia doctrinae:quia discentes magis cognoscunt:si ut designationem uiderit factum. Hoc autẽ nõ idem est ut dicimus:nam in designationum quidẽ effenctione oibus positis esse simul accidit idem.In horũ autem demõstrationibus nõ idẽ sed impossibile sane accidit. Ea nãq; quae prius posteriusue sumunť:subcontraria sunt. Ex inordinatis.n.olim inquiunt ordinata fuisse. Vt autẽ idem ordinatum sit simul atq; inordinatũ fieri nequit: sed generationem esse q̃ separat tempusue necesse est.In designationibus uero nihil est tẽpore separatum.Esse igiť ipossibile perpetuũ ipsum simul ac factũ eẽ ex his q̃ dicimus patet. Cõstituere uero mundum uicissim atq; dissoluere nil aliud eẽ uidetur:q̃ ipsum sempiternũ quidem:formã aũt mutantẽ extruere:pinde atq; si quis interdũ corrumpi:interdũ esse putaret quempiã:qui uir ex puero & ex uiro fieret puer.Est.n.pspicuum:si elementa inter sese conueniunt:non quemuis sed eundem ordinem eãdemq; fieri constitutionem:praesertim secundum eos qui hanc sniam dicunt:qui quidem utriusq; dispositionis cõtrarium ipsum cãm inquiũt eẽ.Quare si totum quidẽ corpus cõtinuum pmanẽs interdum hoc iterdum illo disponiť mõ ac pornatur.Cõstitutio uero totius mundus ẽ. atq; coelum:non utiq; mundus:sed dispositiones ipsius fiunt ac corrumpuntur. Hoc autem ortum inquam mundum oino corruptum iri & nõ redire:si sit quidem unus impossibile est.Nã antea q̃ ortus esset cõstitutio praecedens ipsum semp nimirum erat:quã quidem haud factum mutari non posse dicimus. Sin uero sint infiniti:magis fieri põt. At uero hoc etiã si fieri possit nec ne:perspicuum ex hisce quae posterius dicẽtur euadet.


Sunt.n.quibus fieri posse uideť:ut & ingenerabile quippiam corrumpatur:& ortum uacet corruptione.ut in Timaeo asseriť.Illic.n. Timaeus coelum eẽ qdem ortũ:nõ tamen eẽ caducũ:sed reliquo semp fore tẽpore dicit:ad quos naturaliter quidẽ de coelo solum ẽ dictum.Si uero de oibus uniuersaliter considerauerimus:de hoc quoq; fuerit mãifestũ.

Capitulum secundum.

PRimum autem distinguamus oportet:quõ generabilia & igenerabilia:& corruptibilia & incorruptibilia dicimus:nam cum multipliciter dicantur:& si nihil ad rationem refert mentem indefinite sese habere necesse est:si quispiam ut indiuisibili eo utatur:quod multis diuiditur modis. Non est enim manifestum per quã ipsorum naturam ad accidit quod est dictum. Dicitur itaque ingenerabile unõ modo: si sit quispiã nunc qđ antea non erat sine generatione mutationeue: ut ipsum tangi quidam inquiunt atque moueri.Dicunt enim non posse tangẽs generari neque subiens mo


tum. Alio mō si fieri uel ortū esse quippiam possit. & nō sit: nam & hoc ingenerabile dici tur: quia ortū subire potest. Alio mō si quippiā oino factum esse impossibile sit: ut inter dū sit interdum non sit. Impossibile autem dupliciter dicitur: aut enim quia non uerum est dicere ortū esse posse: aut quia nō facile: nec cito: nec bene oriri potest. Eodem mo do & generabile uno dicitur modo: si sit quippiā posterius. qđ prius nō erat: siue per ge nerationē siue sine generatione. Alio mō si possibile sit. siue ueritate. siue facilitate possi bile ipsum sit definitū. Alio mō si generatio sit ipsius ex eo qđ nō est ad id quod est: siue iam sit: p generationē aūt sit: siue & nondum sit. esse aūt possit. Corruptibile. etiam & in corruptibile similiter dicitur: nā si quippiā prius erat: postea uero nō est: aut est quidem: non esse autem potest: siue per corruptionē mutationēue. siue sine corruptiōe: corrupti bile illud dicimus esse. Interdū & id qđ per corruptinē nō esse potest: corruptibile esse di cimus. Et insuper alio mō id quod facile corrūpitur: quod quidē quispiā facile corrupti bile dixerit. De incorruptibili eadē est etiam rō. Aut enim id quod sine corruptione i terdum est: interdū non est: incorruptibile dicimus: quo pacto tactus incorruptibiles eē dicuntur: ppea quod prius erant: & postea non sunt sine corruptione: aut id quod quidē est: non esse aūt potest: aut nō est futurum inquam: nunc autē est. Tu enim es nunc: & ta ctus est ēt nūc: corruptibiles tamē estis: quia erit aliquādo tempus: quando nec te eē. nec hæc tangere uere dicetur. Id uero maxime proprie incorrptibile dicit: quod quidem est: nō pōt aūt sic corruptū esse: ut nunc quidem sit: postea uero nō sit: aut non esse possit: aut & id qđ nōdum corruptū est: non esse autem posterius potest. Dicitur etiā icorruptibile & id quod non facile corrumpitur. Si igitur hæc ita sint: considerādum est quomō pos sibile & impossibile dicimus. Nam & qđ ppriissime incorruptibile dicitur. ex eo dicit sane: quia corrūpti nō pōt: neq; quandoq; eē. quandoq; nō eē. Et ingenerabile id ppriis sime dicit: quod sic generari nō pōt: ut prius quidem non sit: posterius uero sit: qualis est diameter commensurabilis lateri. Si igit quippiam per decem milia passuū moueri potest: aut pōdus leuare: id qđ maximum potest dicere semper solemus: ueluti centum leuare libras: aut per decē milia passuū ambulare: q̄q̄ & ptes quæ citra sunt potest: si & excessum potest: quo patet ad finem atq; excessum diffiniri potentiam oportere. Id igit quod potest tot per excessum: & ea quæ sunt citra necesse est. Ceu si centum libras leua re potest: & duas posse: & si per decem milia passuū ambulare potest: & per duo ambula re posse. Potentia uero ipsius excessionis est & si quippiam tātū nō pōt eo per exuperatio nem dicto: & plura nō pōt. Q ui nanq; centum passus transire nō pōt: is & centū & unū nō pōt. Nihil aūt nos conturbet: id enim quod pprie potest: per finem excessionis ut definitum. Forsitan enim quispiam dicet. id quod dictum est. nō necessario ita eē. Q ui nanq; magnitudinem decem passuum uidet: is non & magnitudines eas quæ sunt citra uidebit: sed contra potius qui pūctum uidere potest. aut paruum audire sonum: is & ma iorum sensum habebit. Verum nihil ad rōnem refert: ipsa enim exuperatio. aut in potē tia: aut in re ipsa sit definita. Id enim qđ dicitur patet. Nam uisus quidē hisce. qui est mi noris. excedit. Celeritas aūt ea quæ est maioris. His autem determinatis: dicenda sunt ea quæ deinceps sequuntur. Si igitur aliqua sint quæ esse & non eē possunt: quoddā tem pus maximum & essendi & nō essendi definitum esse necesse est. Atq; dico rem esse posse & non eē posse in unoquoq; prædicamēto: ut hominem. aut album. aut tricubitum. aut aliquid aliud tale: nam si non erit diffinitum quiddam: sed semper proposito maius & quo non est minus: idem erit profecto possibile eē tempore isinito: & non eē alio tempo re infinito. At hoc eē nequit. Principium autē hinc sumatur. Impossibile enim & fal

sum non idem significăt.Est autē impossibile & possibile & falsum ac uerum ex suppositione. Veluti triangulum impossibile est suos tres angulos duobus rectis æquales habere si hæc sint:& diameter cōmensurabilis est.Sunt autem simpliciter & possibilia & impossibilia: & uera & falsa.Non est igitur idem falsum aliquid esse simpliciter:& simpliciter impossibile.Te nanq; dicere stare falsum ē quidem:sed non impossibile. Similiter & eū qui citharam quidem pulsat:non autem cantat.Cantare dicere falsum est:sed non impossibile est.Simul autē stare atq; sedere:& diametrū cōmensurabilem esse nō solum ē falsum:sed ēt impossibile.Non igit idem est supponere falsum:ac impossibile.Impossibile autem ex impossibili accidit: sedēdi itaq; quippiā standiq; simul potentiam habet:quia quādo habet illam & alterā habet.At non ut simul stet atq; sedeat:sed i alio tpe. Si uero quippiam plurimū potentiam habeat tpe infinito:non est hoc in alio atq; alio tempore:sed simul.Quare si quippiā qđ est tēpore infinito est corruptibile:illud ut nō sit potentiam habet. Si igitur est tēpore infinito:sit id qđ potest.Simul ergo erit atq; non erit actu. falsum igitur accidit:quia falsum suppositum est:sed si ipossibile non esset: non id utiq; accidit quod & impossibile esset.Omne ergo quod semper est:incorruptibile simpliciter ē. Similiter & ingenitum ē: nam si generabile est:erit possibile aliquo in tempore non esse:corruptibile enim id est:quod prius quidem erat:nunc uero nō est:aut quod nunc quidem est:potest autē aliquādo posterius non esse. Generabile uero:id quod prius non esse potest.At non est tēpus aut infinitum:aut finitum in quo id quod semper ē non esse pōt:etenim finito tpe esse pōt:quippe cum esse & tēpore ifinito possit.Non ergo contingit idem ac unum & semper esse & semper non esse posse:at neq; non semper esse: quod patet esse negationem.Impossibile est ergo & semper quippiam esse:& corruptibile esse. Pari modo nec generabile: nam si duo sint termini posteriorq; sine priore: inesse non possit:si ille competere nō potest:& posterior etiam competere nequit.Quare si id quod est semper non esse aliquando non potest:impossibile est & generabile esse. Cū autem negatio quidem eius quod semper esse potest sit id quod non semper esse potest: contrarium autem id quod non semper esse potest:& negatio est id quod non semper nō esse potest:negationes amborum competere eidem necesse est:& esse medium eius quod semper est: & eius quod semper non est:id quod esse & non esse potest: Vtriusque nanq; negatio quandoque competet: si non semper sit. Quare si id quod non semper non est erit quandoque atque non erit:& id quod non semper esse potest:sed quandoque est ut & non fuerit sane atque non erit. Idem ergo possibile erit esse:atque non esse:& hoc est medium utrorumque. Ratio autem uniuersalis hæc est. Nam A & B nulli eidem inesse possint:A uero:aut C & B:aut D:cuilibet insint.Cui igitur neq; A:neque B iest:ei C B cuilibet insint necesse est.Si autem id quod inter A & B medium est E:id enim qđ neutrum contrariorum est: eorūdem medium esse cōstat. Ambo igitur C inquam & D huic i sint necesse est:nam aut A, aut C cuilibet inest.Quare & ipsi E:Cum igitur A impossibile sit esse:inerit ipsum C. Eadem est & in ipso D ratio.




Neque igitur id quod semper est:neque id quod semper nō est generabile aut corruptibile est:patet autem & si generabile aut corruptibile sit:non perpetuum esse. Simul

enim poterit semper esse & non semper esse:hoc auté prius demonstratum est impossibile esse. Si igitur & generabile quippiam est atq; est ens:id ne sempiternum esse necesse est:& pari modo si incorruptibile est.Dico autem ingenerabile & incorruptibile ea quæ proprie dicuntur. Ingenerabile quidem id quod nunc est & prius non erat uerum dicere haud esse. Incorruptibile uero quod nunc est & posterius uerum nō erit dicere haud esse.An si hæc mutuo se sequuntur: atque ingenerabile est incorruptibile ingenerabile: ipsum etiam perpetuum utrumque sequatur necesse est.Et si est quippiam igenerabile & si est quippiam incorruptibile:sit continuo sempiternum necesse est. Hoc ita esse & ex diffinitione ipsorum patet:etenim si corruptibile est:generabile esse necesse est.Aut enim ingenerabile : aut generabile est.At si ingenerabile est:incorruptibile esse supponitur :& si generabile est corruptibile esse necesse est.At enim corruptibile aut incorruptibile est:at si incorruptibile est: ingenerabile esse sane suppōebatur.Sin uero mutuo se nō sequuntur incorruptibile : non necesse est autem ipsum ingenerabile aut incorruptibile perpetuum esse. Sequi autem hæc sese mutuo necessario ex his emergere potest: generabile enim & corruptibile mutuo se sequuntur . Manifestum est autem & hoc ex antea dictis . Est enim id medium inter id quod semper est : & id quod semper non est: quod neutrum sequitur:hoc autem est generabile ipsum ac corruptibile. Vtrumq; enim definito tempore quodam & esse & non esse potest. Si igitur quippiam aut generabile aut corruptibile sit:id medium esse necesse est.Sit enim id quidem quod semper est A:id autem quod semper non est B:C uero sit generabile : & D sit corruptibile . C igitur inter A & B medium esse necesse est .Illorum enim ad neutrum ultimum tempus est : in quo A ipsum non erat:aut B ipsum erat.Generabile autem aut actu aut potentia necesse est esse:ipsis uero A B neutro modo.Tempore igitur quodam ac definito C ipsum & erit & rursus non erit.



Similiter est dicendum & de ipso corruptibili D.Generabile ergo corruptibileue utrunq; ē Generabile ergo corruptibileue mutuo sequuntur.

Sit itaq; igenerabile E:generabile F:icorruptibile G:& corruptibile H.Est igitur demonstratum F atq; H sese mutuo sequi. Quādo autē sic aliq ut hæc iacent:uelut F quidem & H:sese mutuo sequunť.E uero & F nulli eidem competunt:sed alterum omni competit:& simili modo ipsa G atque H : tunc & E G mutuo se sequantur necesse est.E nanq; ipsum G non sequatur:ergo F ipsum sequeť:quippe cum cuilibet ipsum E aut F competat.At H etiam id sequetur:quod sequiť ipsum F:ergo H sequetur G ipsum.At impossibile esse supponebatur.Eadem ratione & G sequi ipsum E demonstrabitur.



At sic se habet igenerabile E: ad generabile F : & incorruptibile G ad corruptibile H.

Dicere āt nihil phibere generatū qppiā icorruptibile eē:& igenerabile qppiā corruptū esse: semel illo generato hoc corrup

to:tollere est aliquid eorum quæ data sunt. Aut enim infinito tempore omnia aut agre aut pati aut esse aut non esse possunt:& infinito propterea quod tempus infinitum aliquo modo est definitum:quo non est maius. Id uero quod aliqua ex parte est infinitum: neque infinitum est neque etiam definitum. Præterea cur magis hoc in signo corruptum est id quod antea semper erat:aut generatum est id quod prius non erat tempore infinito. Nam si non magis in hoc q̃ in alio:& ipsa signa sunt infinita :erat quippiam ut patet generabile & corruptibile tempore infinito:ergo non esse tẽpore infinito potest. Simul enim ut non sit & sit potentiam sane habebit:ipsum quidem prius si corruptibile est:ipsum autem posterius si generabile est. Quare si posuerimus esse quæ possunt: opposita simul erunt. Atque hoc insuper in omni signo similiter erit. Quare ut non sit & sit tempore infinito potentiam sane habebit. At demonstratum est hoc impossibile esse. Præterea si actum potentia anteced it:uniuerso tẽpore erit:& quo in generabile erat atque non ens: fieri potens tempore infinito. Simul igitur non erat: & ut sit potentiã habebat:& ut tunc sit & postea tempore finito. Patet autem & alio modo impossibile eẽ quippiam corruptibile non aliquando corrumpi. Semper enim simul & corruptibile & incorruptibile erit actu. Quare simul erit possibile semper esse:& non semper esse. Corruptibile ergo aliquando corrumpitur: & si generabile est:ortum est. Possibile enim est ortum esse:& non semper esse. Possumus autem & hoc contemplari modo impossibile esse:aut si ortum aliquãdo quippiam est incorruptibile esse:aut si ingenerabile est & antea semper erat corruptionem subire. Nihil enim casu aut incorruptibile:aut ingenerabile esse potest. Quod enim causa est atq; fortuna:est præter id quod semper aut plærumque aut est aut fit. Quod uero infinito tempore aut simplicitur aut ab aliquo tempore est. Id autem semper aut plærumq; est ens. Talia igitur interdum esse:interdum non esse natura necesse est. Talium autem eadem potentia est contradictionis:& ut sint & non sint causa materies est. Quare opposita simul esse actu necesse est. At uero neque uerum est dicere nunc transacto in anno esse:neque transacto in anno nunc esse. Impossibile est ergo si aliquando non est:posterius perpetuum esse:habebit enim posterius & potentiam non essendi. Verum nõ ut tunc non sit quando est. Est enim ens actu sed in anno prætenito temporeq; transacto. Si igitur id actu:cuius potentiam habet. Verum igitur:si transacto in anno non esse dicatur. At impossibile est. Nulla nanque potentia est respectu ipsius fuisse:sed esse uel fore. Similiter & si prius sempiternum erat & posterius non est:habebit enim potentiam eius quod actu non est. Quare si posuerimus id quod potest:uere dicetur nunc hoc esse transacto in anno in temporeque omnino exacto. Naturaliter etiam & uniuersaliter si consideremus:impossibile sane uidebitur aut corrumpi posterius quod perpetuum prius erat: aut posterius sempiternũ eẽt quod prius non erat. Corruptibilia enim & generabilia & alterabilia sunt uniuersa:alterant̃ autẽ contrariis:& ex quibus constant ea quæ sunt natura:ab iis ipsis & corrũpunt̃.

Aristotelis de cœlo Liber secundus. Io. Argilopilo interprete.

ipsum superum atque inferum:sed ea quæ sunt præter polos latera dicere consueuimus quo patet hanc ipsius cœli longitudinem esse.Id est enim latus quod est præter superum inferūq;.Polorum autem is:quidem qui apud nos uidetur:pars infera est .is autem q no bis manifestus non est.partis rationem superæ subit. Dextrum enim uniuscuiusq; id eē dicimus:unde principium ad locum accomodatæ motionis emerget.Conuersionis uero cœli principium id est:unde oriuntur stellæ.Quare hoc erit dextrum.Id uero ubi fiunt occasus leuum.Si igitur a dextris incipit & circūfertur ad dextra:polum eum qui non ui detur superum esse necesse est .Si enim erit is qui uidet̄:motus ad partes erit sinistras qđ quidem non dicimus. Patet igitur eum polum qui non uidetur a nobis cœli partē superam esse:& eos quidem qui illic habitant in semisperio supero esse atq; in dextris:nos āt in infero ac sinistris: cōtra atq; pithagorici dicunt.Illi.n.nos supra faciūt dextraq; i pte:illos infra atq; in leuis.Contrarium autem accidit.Verū secūdæ cōuersionis ueluti uagarum stellarum:nos quidem in superis dextrisq; sumus:illi uero i inferis sunt atq; sinistris.Est enim hisce principium motionis contra:propterea quod lationes cōtrariæ sunt. Quare fit ut nos in principio simus:illi i fine sint collocati.De partibus igitur per dimēsiones locoue definitis tot a nobis sint dicta.

Capitulum tertium.



CVm autem conuersio conuersioni non sit cōtraria: considerandum cur plures sunt lationes.Quāq̄ eminus facere inquisitionem conamur.Eminusq; non ab eo loco: sed multo magis hocipso quod accidentium ipsis cœlis per paucorū sensum habemus.Dicamus tamen:atq; de ipsis causam hinc sumamus oportet : eorum quodq; quorum est opus:operis ipsius esse gratia constat.Dei uero operatio immortalitas est.Hoc autem est perpetua uita:quare deo ppetuum inesse motum necesse est.Cum aūt cœlum sit tale:est enim corpus quoddam diuinum:ideo corpus rotūdum habet:qđ suapte natura semper conuertitur.Cur igit̄ totum corpus cœli tale non est.Quia corporis eius qđ uersatur aliquid:id inquā qđ est in medio manere necesse est.Huius aūt ma nere nulla pars aut oīno aut i medio pōt. Naturalis enim ipsius motus ad ipsum medium esset.At ipsum suapte natura uersatur.Motus enim sempiternus non esset:quippe cum nihil præter naturam sit sempiternum.Id enim qđ est præter naturam:posterius ē eo quod est secundum naturam. Sit igitur terra necesse est : hoc enim in medio sane quescit. Atq; nūc quidem hoc supponatur : posterius aūt de ipso dicet̄.At si terram eē necesse ē:ignem ēt eē necesse ē.Cōtrariorum enim si alterū est natura:& alterum eē natura necesse est: si sit contrarium : atq; aliquam ipsius esse naturam.Est enim eadē cōtrariorū materies & affirmatio priuatione ē prior ueluti calidum frigido.Quies uero ac graue p leuitatis motusue priuationē dicunt̄. Atq si terra est atq; ignis:ea quoq; corpora esse quæ sunt iter ipsa necesse ē.Elementorū.n.unūqđq; cōtrarietatē ad quodq; nimirū hēt. Atq; hoc ēt nūc supponat̄:posterius aūt est demonstrandū.Hæc cū sint:patet necessario generationē esse ,ppterea qđ nihil ipsorū ppetuū esse pōt.Agunt.n.inter sese contraria ipsa:mutuoq; a sese patiunt̄ ac corrūpūtur. Nō ē præterea cōsentaneum rōni mobile quippiā ppetuū esse.Cuius motus secūdū naturā perpetuū eē nō pōt .At horū ē motus. Ex his igit̄ patet necessario generationē esse.Qđ si generationē esse necesse ē:& aliā lationē aut unā aut plures eē necesse ē.nā ut sese hēt totius motio cœli:sic elementa corporū inter sese respectu generationis hre necesse est.Et hoc ēt in sequentibus dilucidius declarabit̄.Nūc tātū patet quā ob cām plura sunt corpora:quæ uersant̄:generationem.n. esse necesse est:& generationem:si & ignem esse necesse est:& hanc propterea quod con-


sistat aliquid maneatq; semper necesse est:& si moueri quippiam semper oportet.

Capitulum quartum.

Figuram aūt cœlum rotundam hēre necesse est. Hæc enim est accomodatissima substātiæ ipsius:& natura etiam prima. Dicamus autem uniuersaliter quæ nā & in plantis & in solidis figura sit prima. Omnis itaq; figura plana aut a relictis lineis aut a circumferentia cōtinetur:& illa quidem a pluribus: hæc ab una linea solum. Cum unum igitur in unoquoq; genere prius sit multis natura. Compositoq; simplex: figurarū planarum profecto circulus erit prima. Præterea si perfectum id est extra quod nihil eorum quæ sunt ipsius accipi potest: quemadmodum prius est definitum:& lineæ quidem rectæ semper additio fieri pōt: lineæ uero circulari nunq̄: patet pfectam eam lineā esse quæ ipsum circulum continet. Quare si perfectū prius est imperfecto: ob hæc & circulus prima erit figura: eodem & spæra modo solidarū prima erit figura. Sola nāq; ab una superficie continetur: rectarum uero linearū figuræ a pluribus cōtinentur. Vt enim in planis circulus sese habet: sic in solidis spæra. Qui præterea solida diuidunt in plana: atq; ex planis corpora generant. His testes fuisse uidentur. Solam enim figurarū solidarum spæram non diuidunt: ut non plures superficies q̄ unam habētem. Diuisio enim in plana non perinde efficitur ut quispiam diuidens in partes diuidet totum: sed ut in specie diuersa. patet igitur spæram figurarum esse solidarum primam.

Est insuper maxime consonū rationi: si ordo per numerū ēt assignatur. hoc ipsam modo disponere. Vnitatem quidem circulo: dualitatem autem triangulo tribuendo: cū duobus æquales suos angulos habeat rectis. Si uero unitas triangulo tribuatur. Circulus nō erit sane figura. Cum autem prima figura primi sit corporis. Primum uero corpus id sit quod est ultima in conuersione: rotundū id erit sane qđ fertur conuersione:& id ergo quod illi heret: quod enim heret rotundo id rotundū ēt est. Similiter & ea quæ in medio collocant̄: ea nāq; quæ a rotundo corpore continent̄ ac tangūt: rotūda esse cūcta necesse ē. Atq; sunt sub uagarū spæra superā spæram tangūt. Quare ipsum uniuersum rotūdū erit. Omnia nāq; tangunt herentq; spæris. Præterea cum uideatur ac supponatur uniuersum ipsum uersari: demonstratumque sit extra cōuersionem extimā neq; locum neq; uacuū esse: rotūdū ipsum esse ob hæc ēt ipsa necesse est. Nā si rectarum linearum erit figuræ: eueniet & locū esse & corpus & uacuū extima. Nam cū rectarū linearum figura uersatur: nunq̄ eundem occupabit locum: sed ubi prius erat corpus nunc non erit: & ubi nunc non est rursus ob angulorū transitionē erit. Eadem euenient:& si quispiā aliquā figurā aliā ipsi tribuerit: nō habentē eas lineas quæ ex medio pgrediunt̄ æquales ueluti lentis figuræ similē aut oui. In omnibus enim eueniet & locū esse & uacuum extra cœlum. Præterea quod totū non eundem occupat locū. Præterea si cœli latio qdem mensura est motuū. Propterea qđ sola cōtinuus ē & uniformis sempiternusq; motus. In unoquoq; aūt genere mēsura id ē qđ ē minimū. Minimus uero motus is ē celerrimus: patet cœli motū oium motuū celerrimū eē. At eorū quæ ab eodē ad idē pergūt: minima ipsius circuli linea est: p minimā aūt est motus celerrimus: quare si cœlū cōuertitur celerrimeq; mouet̄: rotundum ipsum esse necesse ē. Summere ēt quispiam & ex hisce corporibus quæ circa mediū collocantur hanc fidem pōt. Si enim aqua quidem est circa terram: aer autē circa aquam:& ignis circa aerem collocatur. Et supera corpora per rationem eandem ita se habent. Etenim continua quidem non sunt: tangunt autem hæc: aquæ uero superficies rotunda est sane. Atq; quod rotundum tangit: circaque rotūdum est situm:& ipsum tale esse necesse est. Patet hac etiam ratione cœlum rotūdum esse.

At uero sup̃ficiẽ quæ talẽ eẽ putabit si suppositionem sumpserimus:aq̃ suapte natura semper ad magis concauum locum cõfluere: & eum locum magis cõcauum esse qui est propinquior centro. Ducantur igitur ex A centro rectæ lineæ A B:& A C:& ex B in C linea p̃ducat̃ B C:ad quam ab A perpendicularis ducatur A D: & protrahatur in E. patet itaq; lineã A D minorẽ eẽ lineis A B & A C:ergo hic locus magis cõcauus est:q̃re affluet aqua: quousq; fuerit i æq̃litatẽ redacta. At A E æqualis ẽ hisce quæ a cẽtro sunt ductæ. Q uare aquã ipsam i hisce esse quæ sunt ex cẽtro ductæ necesse est. Tũc.n.q̃escit. At ea quæ tangit eas q̃ sunt ex cẽtro ductæ: circũferẽtia ẽ. Rotũda ẽ ergo sup̃ficies aquæ q̃ q̃dẽ ẽ B E C.



Patet igit̃ ex hisce:quæ dicta sunt mũdum esse rotundum:atq; adeo exacte ut nihil eorum quæ manu conficiuntur:nec aliud quicq̃ eorũ quæ apud nos oculis cernuntur sit tam exacte rotũdum. Nihil.n. eorũ ex q̃bus cõstat adeo uniformitatem exactamue rotunditatem suscipere põt:ut ipsius corporis abeuntis natura:Manifestum est enim rationẽ eam subire:quam aqua subit ad terram:& ea quæ plus semper remota sunt atq; distant.

Capitulum quintum.



Vm autem in circulo duo motus fieri possint ut ab A unus ad B aliter ad C: nõ esse q̃dẽ hos cõtrarios prius ẽ dictum. Sed si nihil in æternis eẽ fortuito aut a causa potest. Cœlum uero perpetuũ est atq; ipsa conuersio:quam ob cãm ad altera & nõ ad altera fert̃. Nam & hoc principium esse:aut ipsius principiũ esse necesse est. De nonullis igitur atq; de omnibus eniti quippiam dicere nihilq; prætermittere: aut isignis stulticiæ forsitam:aut ualde parati animi uidebitur eẽ. Nõ tamẽ oẽs similiter sint increpãdi:sed dicẽdi cãm quænam sit uidere oportet:& quo præterea mõ se hẽt i credendo. Vtrũ humanæ:an ita ut asserat atq; persistat. Cũ igit̃ quispiã exactiores necessitates fuerit nactus: tũc hisce qui inueniũt gratias agere oportet. Nũc aũt id q̃d uidet̃ dicendum est. Natura semper id facit: quod est optimum eorũ quæ fieri possunt:ut ãt lationum rectarum ea præstabilior est qua locus superus petitur:est.n.diuinior locus sup̃ us infero:sic & ea qua itur uersus anteriora præstabilior est ea qua itur retrorsum:siquidem ita sese habet & dextrum atq; sinistrũ ut prius est dictum. Atq; dubitatio dicta declara. prius posteriusue cœlum habere. Hæc enim causa dubitatiõem soluit. Nam si sese habet ut potest optime: hæc erit profecto causa eius quod diximus:Est enim optimũ sane simplici ac incessibili motu cieri:atque hoc ad id quod præstabilius est.

Capitulum sextum.



Ost hæc motũ ipsius uniformẽ & nõ difformẽ eẽ demõstrẽus oportet:atq; hoc dico de p̃io cœlo:de latiõeq; p̃ia. In his.n.q̃ sunt sub illo plures latiões i unũ iã cõuenire:nã si difformiter mouebit̃:patet itẽsionẽ latiotionis statũ rẽissionẽq; fore. Oĩs .n.difformis latio remissionem intensionem ac statum habet: status autem est aut unde mobile fert̃:aut ibi quo fertur:aut in medio. Veluti forsitan hisce q̃dẽ q̃ natura ferunt̃:in eo ad q̃d mouet̃. In his autẽ q̃ præter naturã ferunt̃:i eo unde mouent̃. Hisce

uero quæ ꝓiiciuntur in medio:at cõuersionis neq; unde neq; quo neq; medium est:neque enim ipsius principium neq; finis neq; medium est absolute:nam & tempore ẽ sempiterna & longitudine coacta:nec frangetur. Quare si lationis cœli status nõ est:neq; difformitas erit. Difformitas enim ob remissionem intensionemue fieri solent. Præterea si omne quod mouetur ab aliquo moueatur: difformitas motiõis aut ob id qđ mouetur aut ob id qđ mouetur aut ob utrũq; fiat necesse est:nam & si id quod mouet nõ eisdem uiribus moueat:& si id quod mouetur alteret᷑ nec idem permaneat:& si utrunq; mutet᷑ nihil ꝓhibet id qđ mouetur difformi motu cieri. Nihil autem horum circa cœlum euenire põt. Id enim quod mouetur:& primũ & simplex & ingenerabile atq; incorruptibile:& omnino immutabile demonstratũ est esse. Id etiam quod mouet longe magis tale eẽ cõsentaneũ est rationi. Primi nanqne primum:& simplicis simplex:& incorruptibilis ĩgenerabilisue incorruptibile ingenerabileue motiuum est. Cum igitur id quod mouetur non mouetur & si est corpus:nec id quod mouet mutari potest corpore uacans.

Quare impossibile est lationem esse difformem. Eteni si sit difformis:aut ipsa tota mutatur & interdũ celerior interdum tardior sit:aut ipsius partes. Patet igit᷑ partes difformes non esse. Iam.n. distantia stellarũ in tẽpore ĩfinito fuisset: si alia tardius alia celerius moueret᷑. At nulla ĩ distãtiis aliter sese habere uidet᷑. At neq; tota mutari põt:remisse nãque cuiusq; ob imbecillitatẽ fieri solet:imbecillitas uero res est ꝓfecto præter naturam: & enim oẽs ĩbecillitates quæ in aĩalibus ĩsunt:præter naturã esse uidẽtur:ut senectus & decremẽtũ:tota nãq; fortasse cõstituito aĩalium ex talibus cõstat:quæ ꝓpriis differunt locis:nulla enim partium est suo in loco. Si igit᷑ in hisce quæ prima sunt non est id qđ præter naturã inest: simplici nanq; sunt & nõ mixta:& suis in locis sunt:atq; nihil ꝓ͂sus est contrariũ ipsis:neq; ꝓfecto imbecillitas erit in ipsis. Quare neq; remissio neq; intensio: nã si intensio fuerit & remissio ẽt erit. Præterea cancellos ẽt egrediet᷑ rõnis id qđ mouet uiribus carere tpe infinito:& rursus alio tẽpore infinito uires habere. Nihil enim tempore infinito præter naturã eẽ uidetur: & imbecillitas res est,ut patet præter naturã:nec æq̃li in tempore præter naturam & secundum naturam est:nec oĩno potens ac imbecille. Si uero motus remittat᷑:infinito in tempore remittat᷑ necesse ẽ. At uero neq; fieri põt. ut semper intendatur:aut rursus remittatur. Erit enim infinitus ideterminatusq; ipse motus. Omne autem ex quopiam esse dicimus definitũne. Præterea hoc idem emerget:si q̃spiã sumpserit tẽpus quoddã minimũ esse minore ĩ quo cœlũ moueri nõ põt. Vt.n. neque ambulare quispiam:neq; pulsare citharã quouis ĩ tẽpore põt:sed uniuscuiusq; actionis definitũ est minimum corpus in nõ exuperãdo:sic neq; cœlum moueri quouis in tẽpore põt. Si igitur hoc uerum est:non erit sane lationis semper intensio. Qđ si nõ erit intensio:neq; remissio erit. Similiter enim ambo erunt ac alterum: si eadem celeritate aut maiore intenditur:atq; tempore infinito. Restat igitur dicere motui celeritatem uicissim ac tarditatem inesse. Hoc autem ratione penitus uacat:& figmento est simile:insuper & rationi magis consentaneum est nos idipsum si ita sit non latere. Ea nãq; quæ iuxta se ponuntur:facilius sane sensu percipiuntur. Vnicum igitur cœlum esse & hoc igenerabile ac sempiternum:& uniformi semp motu cieri per ea:satis quæ iã diximus patuit.

Tractatus secundus Capitulum primum.

DE his autem quæ stellæ uocantur deinceps dicendum esse uidetur ex quibus constant quasque figuras habent:& quæ sunt motiones ipsarum:consonum ẽ itaque maxime rõi:& ea quæ dicta sunt comitatur unamquamque stellarum ex hoc asserere esse corpore in quo lationem habet. Cum quippiam esse dicamus:quod

aptum est suapte natura ferri conuersione. Vt enim qui dicunt igneas esse: ideo dicunt quia superum corpus ignem inquiunt esse. Quippe cum consonum sit rationi ex iis unamquamque constare in quibus est quaeque: sic & nos hac i snia nostra dicimus. Caliditas autem ab ipsis lumenque ideo fit: quia aer ab illarũ motione fricatur. Motus enim & ligna & lapides & ferrum ignire solet. Magis igit consentaneum est rõni id qd' est propinquius igni: propinquius uero est aer: quale fit & in hisce sagittis quae feruntur. Hae nanque adeo igniuntur ut ipsum plumbum quod est in ipsis liquescat. Atque cum in ipsis hoc fiat: circundans etiam ipsas aer hoc idem patiatur necesse est. Hae igitur ideo calefiunt: quia in aere feruntur: qui quidem obiectum motione fit ignis. Superorum autem corpoꝶ unumquodque fertur in spaera: ut ipsa quidem nõ igniantur: sed aer cum subeuntis corporis spaera sit: ob illius motum necessario calefiat: & maxime hac in qua sol est infixus. Quocirca cum proprius accedit ac oritur & super nos est: fit & calor. Haec igitur a nobis sint dicta de ipsius quibus: patet neque igneas ipsas esse neque in igne ferri.

Capitulum secundum.



Vm aũt & stellae transferri uideantur & totũ coelum: aut utrisque quiescẽtibus aut utrisque subeuntibus motum: aut altero quiescente altero subeunte motum: hinc fieri mutationem necesse est: ambo igit quiescere terra quiescente impossibile est. Non enim fierent quae uidentur: at supponatur terram quiescere. Restat igitur ambo moueri: aut alterum quiescere alterum motu cieri. Si igit ambo mouebuntur: rõne profecto uacat easdẽ stellarum aut circulorũ esse celeritates. Vnaquaeque eni aeque celeris erit: atque circulus: in quo fert. Simul.n.cũ circulis i idem redire uidet. Accidit igitur simul stellam circulum trãsiuisse: & circulũ lationẽ suam egisse: suamque circunferentiam trãsiisse. Nõ ẽ aũt cõsentaneum rõni celeritates stellarũ & magnitudines circulorum eandem rationem habere. Circulos.n.non est absurdũ: sed necessariũ celeritates habere rõnẽ subeuntes eadẽ: q̃ & magnitudines subeunt. Stellarũ autem earũ quanque quae sunt i istis nullo modo consentaneum est rationi: nam si necessario ea celerior: erit: quae per maiorẽ circulum fertur: patet si circulos terrae suos mutabunt: alia celerior alia tardior erit: hoc autem modo motionem propriam non habere: sed ab ipsis orbibus ferri uidentur: sin casu accidit. Neque hoc pacto consonum est rationi: ut in omnibus simul & circulus sit maior: & latio stellae quae ẽ in ipso celerior. Vnam enim uel duas hoc modo sese habere non est absurdum. Vniuersas uero simili modo sese habere figmento est simile. Et insuper in hisce quae sunt natura nõ est id qd' fit casu: neque id qd' ubique & in oĩbus ẽ ꝓficiscit a fortuna. At uero si orbes quiescãt stellae autem moueantur eadẽ absurda & similiter erũt: eueniet enim celerius eas moueri quae sunt extra & celeritates ꝑ orbium magnitudines esse. Cũ igit neque utraque neque stellam solũ moueri cõsentaneum sit rõni: restat orbes quidẽ moueri: stellas uero quiescere & infixas in ipsis orbibus ferri: hoc enim modo dumtaxat nihil accidit: quod rationis fines egrediatur. Et uelocitatem enim orbis maioris celeriorẽ esse consentaneum ẽ lationi: circa idẽ centrum in orbibus stellis infixis. Vt enim in caeteris maius corpus celerius latione propria fertur: sic & orbibus ipsis: Pars enim orbis maioris maior est hisce partibus quae auferuntur ab eo plano quod per centrum extenditur. Quare congrue aequali tempore maior orbis circunferetur: & coelum accidet non diuelli: & propter hoc ipsum & quia demonstratũ est totum ipsum continuum eẽ.

Praeterea cũ stellae sint rotundae quemadmodum & caeteri dicunt: & nos etiam & nostris consonum sentẽtiis dicimus: ex illo corpore ipsas generantes rotundique ipsius duae sint per se motiones: uolutio & conuersio: Si stellae per se mouentur: harum altera motio

ne mouentur: at neutra moueri uidentur. Si uersarent̃ eni eodem in loco sane manerēt locũue nõ mutarēt. Videnť aũt locũ mutare ac oẽs dicunt. Præterea oẽs qdẽ consentane um est rõni eodem motu cieri. Sol aũt stellarũ solus hoc facere uideť: cum oritur atque occidit: & hic nõ per se: sed ob nostri sensus remotionẽ. Visus enim longe sese extendens uersatur ob imbecillitatem: qui quidẽ fortasse cã est: & ut stellæ quidẽ fixe micare: uagã tes autem non micare uideñť. Vagæ nanq̃ stellæ sunt prope: quare uisus sui compus ad ipsas accedit. Ad fixas autem longe ualde sese extendens ob longitudinem tremit. Tremor autem ipsius facit: ut hæc motio stellæ ipsius esse uideať: nihil enim interest uisus an id qđ cerniť moueatur. At uero nec uolui stellas perspicuum eẽ uideť. Id enim quod uoluitur uerseť necesse est. ad id lunæ qđ facies nũcupať semp uideť. Quare cum cõsonum sit rationi stellas hisce motibus qui ad ipsas sunt accomodati moueri: si p se moueantur: his autem moueri nõ uideantur: patet ipsas per se non moueri. Insuper nullum ipsis instrumentũ ad motum tribuisse naturã: metas egreditur ratiõis. Nihil eni casu natura facit: neq̃ aĩalia quidẽ ipsi curæ fuere. Adeo uero præstabiles res despexit: sed uniuersa uř tanq̃ de industria abstulisse: quibus per se procedere ipsa possent: atq̃ ab hisce quæ instrumenta ad motũ habẽt q̃ plurimũ se mouisse. Quapropter totũ cœlum rotũdum cũ ratione: & unaquæq̃ stellarũ esse uidebiť. Sphæra enim figurarũ maxime utilis est ad eum motum: qui eodem in loco fit. Sic enim & celerrime moueri: & eundem maxime locum occupare potest. Ad motũ aũt eũ quo ad ea pergitur loca quæ sunt ante maxime inutilis est. Est enim minime similis hisce quæ per seipsa mouentur. Nihil. n. dependens: nihil eminens habet: ut rectarum linearum figura: sed plurimum a corporibus hiscæ quæ progrediuntur figura semota est. Cum igitur cœlũ quidem i seipso moueri oporteat: stellas aũt non per ipsas præcedere: cum ratione nimirum fit: utrũq̃ figuræ rotundæ sit. Sic enim alterum quidem motu ciebitur: alterum uero quiescet.

Capitulum tertium.

EX his aũt patet id quod dictũ est a quibusdam horum inquam latione concentum fieri: sonis emergentibus inde rõne rata distinctis: lapide quidem omne dictum atq̃ concinne: non tamen esse uerũ: nec ita rem se habere. Sunt enim quibus necessarium esse uř sonũ fieri tantorũ corporũ latione: quippe cum & eorum & corporum motu quæ apud nos sunt: neq̃ molem habentium æqualẽ: neq̃ talem motionis celeritatem qualis est solis & lunæ sonus efficiať: & insup cum tot multitudine tantæq̃ magnitudine stellæ tanta celeritate motus ferantur: impossibile ẽ sonũ nõ fieri grãdem. Hæc aũt supponentes & celeritates insup concentuum rõnes ex iteruallis habere: uarios æqualiter sonos stellarũ conuersione fieri dicunt. Quonã uero rationis fines egredi uidebatur. nos hunc sonitũ nõ audire. Causam huius inquiunt esse cõtinuo sonum hunc esse cum oriunť: ut non sit ad silentium cõtrarium manifestum. Vocis enim silentiiue perceptionem uicissitudine fieri dicunt. Quare ut hisce qui mulcent ferrum ob consuetudinem nihil interesse uideť: sic & hominibus idẽ accidere aiũt: hoc utiq̃ pictũ prius est. Cõcinne quidẽ musiceq̃ dicunt: impossibile ẽ autẽ ita sese habere. Nõ. n. solũ hoc ẽ absurdũ: nihil inquã nos audire: qđ quidẽ soluere aggrediẽtes dictã cãm afferunt: sed ẽt illud sine sensu nihil omnino pati. Exuperãtes eni soni & inanimatorum corporũ moles offendunt. Tonitrui nanq̃ sonus lapides & robustissima corpora scindit. Quot si tot feruntť corpora: atque ad eam magnitudinem quæ fertur multiplicem sonitus magnitudinem transit: huic profecto perueniat ipse sonus: ac ipsius uiolentiæ magnæ sint admodum uires necesse ẽ. Sed nõ sine rõne neq̃ nos audimus: neq̃ corpa pati qcq̃ uiolẽtũ uideñť:

propterea q nullum stellæ motione sonũ efficitur:atq simul istoꝝ causa patet:& testis ẽ hisce quæ a nobis sunt dicta uera q esse declarat.Id enim quod dubitatum est:pythagoricos ue compulit hanc scententiã ferre:stellaꝝ inquã latione concentum fieri idiciũ efficitur nobis.Quæ nanq p se ferunť:ea sonitum ictumue faciunt.Quæ uero in eo qđ fertur infixa sunt ut in nauigio partes:ea sonum elicere nequeunt:neq ipsum nauigiũ si influuio feratur. Et tamẽ eadẽ dicere licebit absurdum esse:si tãtæ nauis malus motio ne puppis ue aut ipsum nauigiũ uehemẽtẽ nõ faciet sonũ.Quod uero ferť in eo qđ nõ fertur:id facit sonum:si qđ est in eo qđ ferť ictumue non facit:id efficere sonũ ĩpossibile est. Quare dicẽdum est hic:si per stellaꝝ corpora per aerẽ fusum per uniuersum:aut ignẽ.Cur omnes aiunt cum ferať necessario uehementẽ fieri sonum:atq huc puenire:& hæc offendere corpora.Sed cum fieri non uideatur neq animãtis motu:neq uiolẽto ulla stellaꝝ ferri:qnasi futuris ipsa prouidente natura.Quod si hoc modo non sese haberet motus stellarum:nihil prorsus eorum esset quæ hoc in loco sunt.quod simili modo se se haberet:stellas igitur esse rotundas:& per seipsas moueri satis iam diximus.

Capitulum quartum.

De ordine uero ipsaꝝ quomodo quæq disposita est:ut quædã sint priores:qdã posteriores:& quomodo sese habẽt in interuallis:ex hisce quæ in astrologia dicunť contemplemur oporter dicitur enim ibi sufficiẽter. Accidit aũt per rationem singularũ fieri motiões ipsis nimirum interuallis:ut aliæ sint celeriores:aliæ tardiores.Nam cum supponatur extimam quidem cœli lationẽ simplicem atq cellerimã esse.Cæteras uero tardiores ac plures:quæq nãq stella motu ferť contrario:atq cœlũ suo in orbe.Consentaneũ iã est rationi eã quidem quæ propinquissima est simplici primæq conuersioni plurimo in tẽpore suũ orbẽ trãsire:eã uero quæ remotissima est in minimo.Cæteraꝝ aũt semper eã quæ est propinquior in maiore:eã quæ est remotior in minore.Propinquissima nãq maxime superať:remotissima uero minime oĩum ob remotionẽ.At media p distãtiæ iã rõnem:ut mathematici quoq demonstrãt. Atqui figurã uniuscuiusq stellarũ rotundã maximæ nõ absq rõne quispiã eẽ existimabit:nam cũ demõstratũ sit stellas haud aptas esse p se moueri:naturaq nihil absq ratione frustraq faciat:patet iã figuram ipsam ĩmobilibus tribuisse:q̃ minime est motiua.Talis aũt ẽ rotũda:ppea qđ instrumẽtũ nullum habet ad motum.Quare patet stellaꝝ mollem rotundam eẽ.Præterea simpliciter sese habẽt oẽs ac una:at luna p ea quæ circa uisum accidunt rotunda esse ostẽditur:nã per accrescens atq decrescẽs pluries quidẽ altera ex parte curua altera concaua fieret:aut utraq ex parte curua:semel autem duas in partes æquales bipartita diuidereť:& rursus per astrologiam.Non enim sol cũ deficit:concauus ea ex parte qua deficit uidereť.Quare si stella una est talis:patet & cæteras oẽs rotundas esse.

Capitulum quintum.

Cum autem duæ sint dubitationes de quibus quiuis non immerito dubitauerit enitamur id dicere quod nobis uidetur.Atq hunc omnium ueneratione potius dignum q̃ temerarium arbitrari oportet.Et si quispiam ob philosophiæ sitim exiguas etiam in hisce rebus facultates amet:de quibus maximas dubitationes habemus.Est autem talibus q̃ multa sunt nõ minus admirabile:quã ob causam non semp hæ stellæ quæ plus a prima latione distant pluribus motibus:sed mediæ plurimis mouentur.Consentaneum eni ratiõi uidebiť primo corpore unam lationẽ subeunte ppinqssimum minimis motibus moueri:ceu duobus.Id autem quod heret illi tribus:aut aliquo alio ordine tali.Nunc uero contrarium accidit:paucioribus enim sol & luna mouentur:

q̃ stellaꝝ

q̃ stellarũ nõnullæ uagarum: quæ tamẽ longius a medio distãt: & ppĩquiores prio corpori sunt. Manifestũ aũt hoc de nõnullis ẽt ipso uisu fuit. Lunã eni uidimus dimidia parte lucidam. Martis stellã subiisse: quæ celata qdẽ fuit in parte obscura: egressa aũt plucidã pte. Similiter & de cæteris stellis ægyptii & Babilonii dicũt: q plurimis iã annis ante hæc obseruauerũt. & a qbus multa fidedigna de singulis stellis accipimus. Hoc etiam non iniuria qspiã dubitauerit: quã ob cãm ẽt in prima qdem conuersiõe tãta est multitudo stellarũ: ut uniuersus ordo subire nõ posse nũeq uideatur. In cæteris aũt una seorsum est stella. Duæ uero aut plures eodẽ in orbe nõ uident esse infixe. De his igitur bene sese habet & maiorẽ quærere cognitionem: & si paruæ occasiones habent. tãtaq est eorũ remotio quæ accidũt circa ipsa. Si tamẽ ex talibus cõtemplemur: nõ egredi metas rõnis uidebitur id. qd nũc dubitat: sed nos de ipsis ut de corporibus ac unitatibus ordinẽ qdẽ habẽtibus: inanimatis aũt penitus cogitamus: oportet aũt ipsa uiuentia esse existimare: atque actionẽ hẽre. Sic enim id qd accidit: non uidebitur a rõne exorbitare. Nã ei quidẽ qd optime sese habet inesse: ipsum bonum sine actione uidet: ei uero quod illi est propinqssimum p paruam ac unã. At hisce quæ sunt remotissime per plures: quemadmodum & in corpibus fieri solet. Aliud.n. bene sese habet nullũ exercitiũ subiens: aliud cui de ambulatione facta: aliud & cursu indiget. & luctatiõe ac puluere: alii rursus neq quouis exercenti mõ hoc nũq inerit bonũ: sed aliud qppiã cõsequet. Recte aũt agere aut multa aut sæpe difficile ẽ: ueluti talelenses mille percutere ipossibile est: sed unũ uel duos facili us est. Et rursus cũ hoc quidẽ illius gratia: illud autẽ ob aliud: & illud itẽ ob aliud est faciendũ: in uno quidẽ duobusue facilius quispiã finẽ attinget. Ac uero per plura procedit. eo illũ difficilius assequet. Quapropter & stellarũ actionem talẽ existimare oportet: q̃lis animaliũ est ac plantarũ. Etenim hic hominis actiões plurimæ sunt. Multa enim bona consequi potest: quare multa agit. & aliorum nimirum gratia. Ei uero quod q̃ optime sese habet non est opus actione: est.n. id gratia cuius cætera agunt. Actio uero semp in duobus consistit: quando & id gratia cuius agitur: & id quod huius gratia agitur: at cæterorum animalium pauciores sunt: & plãtarum parua quædam est ac una fortasse: aut unum quidem est quod consequi possunt: quemadmodum & homo: aut & ipsa multa omnia antecedũt ad ipsum optimum cõsequendum. Aliud igitur habet optimũ ipsum: & particeps est ipsius: aliud per pauca prope accedit: aliud per multa. Aliud non aggreditur: sed satis est prope ad ipsum ultimũ peruenire: ueluti si sanitas est finis: aliud semp est sanum: aliud in macie affectum: aliud cursu facto in maciem que deductum: aliud & alio quopiam acto ipsis gratia cursus: q̃re pluris ipsius sunt motiones. Est & id quod ad sanitatem ipsam accedere nequit: sed ad cursum solũ aut ad maciẽ: atq horũ alterum est ipsi finis. Nã maxime quidem est optimum omnibus illum consequi finem. Qd si hoc nõ fiat: semper melius est quanto optimo propinquius est: & iccirco terra quidem non mouet oino: ppinqua uero paucis motibus mouẽtur. Nõ eni ad ultimum ipsum perueniunt: sed quousq consequi diuinissimũ ipsum principiũ possunt. Primũ ãt cœlũ continuo per unũ motũ illud assequitur: at eo quæ sunt in medio primi ac ultimorum p ueniũt quidẽ: p plures tamẽ motiones perueniũt. Illud aũt in prima quidem latione magnam copiã esse stellarũ. Cæterarum uero stellarũ quãq seorsum. proprias motiones habere: qd qdẽ dubitatio est secũda. Ob unũ quidem primũ quispiam cũ ratiõe esse putabit. Primæ nãq uitæ principii cuiusq primi magnã ad cætera intelligere excessionẽ esse oportet. Hoc aũt accidere per rationem uidetur: prima nãq una quidem est: multa autẽ diuinorũ corporũ mouet: cæteræ uero multæ quidẽ sunt: unum tamẽ quæq

tantũmodo mouet. Vagaꝝ stellaꝝ enim quæq; pluribus lationibus fertur. Hoc igit̃ pacto natura ipsa inæqualitatẽ hæc redigit:atq; ordinẽ quẽdã facit:uni quidẽ lationi multa corpora:uni corpori lationes cõplures reddens. Et insup ob hoc unũ cæteræ sperræ unũ corpus habent:quod multa corpora mouent:& quæ sunt ante ultimam:& q̃ unam possidẽt stellam. In multis enim sperris ultima spæra ligata fert̃. Spæra ãt quoq; corpus est:illius igitur ipsum opus corpori erit. Etenim cuius ꝓpria natura latio. Ipsa ãt quasi adiacet:ad finitũ uero finiti corporis oĩs potẽtia est. Sed de stellis quidẽ quæ cõuersiõe ferunt̃ q̃lesnã substantia sint atq; figura:& de loco ipsaꝝ atq; ordine satis iã diximus.

Tractatus tertius. Capitulum primum.



Restat autem de terra dicere:ubi nam iaceat:& utrum ex hisce sit quæ quiescũt: an ex his quæ mouentur:& de ipsius quoq; figura. De situ quoq; ipsius non eãdem omnes opinionem habent:sed plurimi quidem in medio iacere dicũt: qui totum cœlum infinitum inquiunt esse:ii uero qui italiæ partem habitant pithagoriciq; uocantur:contrarium asserunt. Nam in medio quidem ignem esse aiunt : terram autem unam esse stellarum:ferriq; circa medium:atq; hoc pacto noctem ac diem efficere. Aliã autem huic contrariam terram conficiunt:quam terram diuersam uocant : non ad ea q̃ uidentur rationes causasq; quærentes:sed ad quasdam suas rationes opiniõesue ea quæ uidentur trahentes atq; ornare conantes. Compluribus etiam aliis:non ex his quæ apparent:sed ex rationibus potius sumentibus fidem locum reddere terræ medium non oportere uideri potest. Præstabilissimum enim corpus locum occupare præstabilissimũ oportere putãt:atq; ignem quidem præstabiliorem terra:finem autem mediis ipsis præstabilissimum esse. Quare ex his raciocinantes non ipsam in medio spæræ : sed potius ignem putant: Præterea pithagorici & quia maxime conseruari oportet id quod est maxime præcipuum uniuersi:medium uero est tale:ideo eum ignem qui locum hunc occupat custodiam iouis appellant. Quasi medium simpliciter diceret̃:& mediũ magnitudinis & rei medium esset atq; naturæ. Enimuero ut in animalibus non idem ẽ aialis atq; corporis mediũ:sic est magis & circa ipsum totũ cœlũ existimandũ: igit̃ ꝓpter hãc cãm non oportet ipsos circa uniuersum turbari:neq; custodiã ad centrũ adducere:sed illud quærere mediũ ipsum quale quid est & ubi est aptum esse. Illud enim mediũ principium est ac preciosum. Medium uero loci simile est magis extremo q̃ principio. Mediũ enim terminatur. Terminus autem est ipse finis: preciosius aũt est id q̃d cõtinet:& finis: q̃ id quod finitur. Hoc enim materies:illud substantia constitutionis est. De loco igitur terræ hanc habẽt q̃dã opinionẽ:similiter & de quiete motuue. Non enim eodem mõ omnes existimãt:sequi in medio ipsam nõ eẽ putãt:circa mediũ moueri dicunt atq; non solũ hãc:sed ẽt aduersam terram uti prius est dictũ. Quibusdã ẽt & plura talia corpora circa mediũ ferri posse uidet̃:nobis imanifesta ob terræ obiectionẽ. Quocirca & lunæ defectiones plures:q̃ solis fieri dicũt. Vnũquodq; eoꝝ enim quæ ferũtur obiicere sese lunæ inquiunt:nõ solum terram. Nã cum terra centrum nõ sit:sed per ipsius totum hemispærium distet:nihil ꝓhibere putant ea accidere quæ uidentur:similiter nõ habitãtibus nobis in centro:sicut si in medio etiã esset terra:nihil.n.neq; nunc ostendit per dimidiam diametrum distantibus nobis:quidam autem in centro ipsam iacentẽ uoluit:& circa ipsum polum per uniuersum extensum moueri dicunt ut in Thimæo est scriptum. Simili modo de figura quoq; ipsius contẽditur. Quibusdam enim rotundam esse uidet̃: quibusdam uero lata:ut tympanũ : cui hoc indicium faciunt. Cum occidit.n.atq; oritur sol per rectam lineam:sed non per curuam cælari uidetur:quippe cum oporteret : si esset

terra rotunda diuisionē fieri curuā:nō animaduertētes distātiā solis ad terrā:& circūferentiæ magnitudinē:quomō in hisce circulis q parui enim uident̄ linea recta appet.Propter igit̄ hāc apparentiam nō oportet ipsos terræ molē credere rotundā nō esse.Addunt insuper atq; iqunt figurā hāc necessario ipsam propter quietē hr̄e.Et ii modi q de motione quieteue sunt dicti cōplures sunt. Oēs igit̄ de hoc dubitasse necessariū est:forsitan .n.mentis est uacantis dolore nō admirari.Cur nā parua quædam ps terræ si eleuata dimittat̄ fert̄ quiescereq; non solet:maiorq; semp cælerius fertur. Vniuersa autem terra:si quispiā ipsam sublimen eleuatā dimittat ferri nō pōt:nunc uero tātū pondus quiescit.At uero si qspiā ēt ptes ipsius cū ferunt̄ anteq cadant auferat terrā:deorsum sane ferentur si nihil obstiterit. Quare dubitare quidē oībus ob philosophiā euenit: operā autem eos nō dedisse ut solutiones non magis absurde q dubitatio uideant̄:mirum cuipiā sane uidebit̄.Quidam.n. ob hoc infinitā inferā terræ partē inqunt esse:in infinitū ipsam radicatā esse dicentes:ut Zenophanes colophonius dixit ne molestias habeāt cās quæritātes.Quocirca & Empedocles sic increpauit.si rotūda est pfunditas terræ copiosusque æther:quæ per multa iam ora linguasq; dicta frustra sunt effusa hominum eorū:qui per parum ipsius uniuersi uiderunt.Quidā super aquā iacere dicūt.Hāc enim sniam uetustissimā accepimus:quā thalē milesiū dixisse ferunt:terrā inquā ideo quiescere perinde atq; lignū aut qppiā tale natat:& enim nihil horū sup aerē manere est aptum sed super aquā. Quasi non eadē sit de terra rō atq; aqua:quæ terram uehit.Neq;.n.aqua sublimis manere est apta:sed sup aliquod semp est.Præterea ut aer leuior est aqua:sic & aqua leuior est terra.Quare quonā modo id quod est leuius:inferius eo qd̄ grauius ē natura iacere putāt.Præterea si tota est apta sup aquā manere:patet & quāq; ptem ipsius identidem aptā esse:nūc aūt hoc fieri non uī:sed queuis pars ifundum & celerius maior fertur.

At.n.usq; ad quedā terminū qrere uident̄:sed nō quousq; dubitationis inquisitio fieri pōt.Est.n.nobis hæc oībus cōsuetudo:nō ad rē ipsam qōnem facere: sed ad eū qui contraria dicit.Etenim in seipso eousq; qrit:ultra qd̄ ipse contra seipsum dicere neqt.Quapropter bene quæsituꝝ aptū idoneūq; esse ad iferandas generi acomodatas ificiationes oportet:ē aūt talis:q uniuersas drias est cōtēplatus. Anaximenes aūt & Anaxagoras & Democritus latitudinē cām manēdi ipsam inqunt esse:nō.n.diuidere:sed operire aerē dicūt infeꝝ:qd̄ qdē latitudinē habentia corpa facere uident̄.Hæc.n.& a uentis cum difficultate moueri possunt:pp adhesionē.Hoc idē igit̄ latitudine terrā iquiūt aerē facere:hunc aūt nō habentē locū ad quē migrabit sufficientē simul ifra quiescere:pinde atq; aqua in hisce uasis quæ surripiūt aquā:posse uero aerē pondus magnū si cōpræhēdat̄ inferre:cōpluribus signis ostēdūt:primū igit̄ si non lata figura sit terræ ꝓpter hoc nō quiescet. Quietis tamē nō latitudo sola est cā ex hisce quæ dicūt:sed magnitudo magis ꝓpter enim angustiā aere transitū nō habēte manet ob multitudinē.Aer autē est copiosus ex eo:quia a magnitudine cōpræhendit̄ magna terræ:quare hoc ipsum est:& si rotunda quidem est terra :tanta aūt mole:snia.n. illorū manebit. Omnino autē eos qui dicunt ita de motu:non de partibus est contentio:sed de aliquo toto ac uniuerso:A principio.n. est determinatū utrum sit quispiam motus natura corporibus competēs an nullus sit: & utrū naturalis qdē nullus sit ꝓrsus uiolentus aūt sit. Atq; cū de his ipsis prius sint definita quæ ꝑ facultate præsenti potuimus:his uti ueris utamur nūc oportet. Nā si nullus natura motus cōpetit:neq; uiolētus ullus erit ꝑfecto:si uero neuter ē:nihil oīno mouebitur:prius .n.est definitū necessario hæc euenire. Et insup neq; qcq qescere pōt:nam ut & motus natura alius cōpetit:alius est uiolentus:sic & qes.At si motus qspiā est secūdum

naturã:nõ uiolẽta latio solum:nec quies erit. Quare si terra nunc ui quiescit:uiolenta quoq; latione ob cõuersionẽ ad mediũ ipsum accessit. Oẽs enim hãc cãm dicunt ex hisce quæ in hum dis feruntᶜ:& circa aeres accidunt. In his eni maiora semp grauioraq; ad ipsum cõuersiõis mediũ pgunt. Iccirco & terrã oẽs q̃ cœlũ ortũ asserũt esse: ad ipsum accessisse medium aiunt. Quia uero manet cãm q̃rũt:& dicũt ptim hoc mõ:latitudinẽ iquã ac magnitudinẽ cãm ipsius esse:ptim ut Empedocles censet ecelũ cõuersiõe sua celeriore q̃ est terræ motio lationem ipsius ꝓhibere:ut fit in aqua q̃ in ciatis ẽ. Hæc enim cum ciatus orbe ferᶜ:& si sæpe ciatus adeo uertiᶜ supra fonda infra labra fiãt:nõ ferᶜ tamẽ deorsum:apta deorsum ferri pp eãdẽ cãm sane. At si neq; conuersio neq; latitudo ꝓhibeat quo horsum unde quæso aere cedẽte ac abeũte feretᶜ. At mediũ enim uilata est:uiq; ẽt in ipso manet. lationẽ uero ipsius esse quãdã secũdũ naturã necesse est Hæc igiᶜ ẽ ne ea qua sursum itur:an ea qua itur deorsum:an alia quædã:aliquã eni eẽ necesse est. Quod si nõ magis est ea qua supera loca petunᶜ:q̃ ea qua itur deorsum: aer uero superior lationem eã non ꝓhibet qua pgiᶜ sursum:neq; is sane q est sub terra eãdẽ ꝓhibere qua itur deorsum põt. Easdẽ enim cãs eisdem eorũdẽ esse necesse est. Præterea illud ẽt ad Empedoclem quispiã dixerit. Quãdo eni elementa discordiæ expertia erãt:quænã cã terræ quietis erat. Nõ enim tũc conuersionẽ cãm esse dicet. Absurdũ est ẽt nõ intelligere prius qdẽ terræ ptes ob conuersionẽ ad mediũ esse latas. Nũc aũt quã ob cãm uniuersa quæ põdus habent ad ipsam ferunᶜ. Non enim conuersio nobis ꝓpinqua est. Præterea quam ob cãm ignis ẽt sursum fertur. Non enim ob conuersionẽ. Quod si hic aptus est aliquẽ ad locum ferri:patet putandum esse terrã ẽt identidem aptam esse definitum quendam petere locum. At uero neq; conuersione graue leueq; est definitũ:sed eorum quæ prius erant grauia leuiaq;. Alia in ipsum mediũ ueniũt. Alia super cætera collocantur ob motum. erat ergo & ante q̃ conuersio fieret aliud graue:& aliud leue. Quæ quidem quonã erant distincta:& quomodo:aut quohorsum apta erant ferri. Nam si infinitum est:superus locus inferusq; esse non potest:graue autem atq; leue hisce sunt definita. Plurimi igiᶜ circa causas hasce uersanᶜ. Sũt ãt qui manere ipsam ob similitudinem dicunt:ut ex ueteribus Anaximander dicebat. Id enim inquiunt quod est in medio collocatũ:& æque ad extrema se habet: non ad supera magis q̃ ad infera:aut uersus latera ferri oportete:& simul ad contraria moueri non posse:quare necessario illud manere dicunt. Hoc autem eleganter quidem:non uere tamen est dictum. Hac enim sententia omne quod ĩ medio ponetur:maneat in ipso necesse est. Quare ignis quiescet. Id enim quod dictum est: proprium terræ noo est. At uero neq; necessarium est:non enim solum in medio manere uideᶜ:sed medium etiam ferri quo enim quæuis:ipsius pars fertur:eo totam etiam ferri necesse est:quo uero fertur secundum naturam:ibi secũdum naturam etiam mãet. Non ergo similiter quia se habet ad extrema ideo manet:hoc est enim uniuersis commune. Ferri autem ad medium proprium ipsius est terræ. Absurdum est etiam hoc quidem quærere:cur nam terra manet in medio:illud autem non quærere:cur ignis in extremo quiescit. Nam si & illi locus extremus natura competit:patet & terræ locũ aliquẽ natura competere necessarium esse. Quod si hic locus natura terræ non cõpetit: sed ob similitudinis necessitatem in ipso manet:ut ea sententia asserit quæ de capillo asfertur:cũ uehementer quidem. Similiter autem intenditur utraque ex parte:dicit enim illum non ruptum fore:& item ea quæ de sitiente uehementer: esurienteque dicuntur:cumque æq; ab his quæ eduntur distat:quiescat enim necesse est. Quærendum est ipsis de ignis ultimis in locis quiete. Mirabile autem ẽ & de quiete quidem ipsorum quærere: de latione

uero non quærere. Quã ob cãm alterum sursum alterum deorsum ad ipsum medium si nihil impediat fertur. At uero neq; uey est qđ dr: p accidẽs tamẽ hoc uerũ ẽ: necessariũ eẽ id oẽ in medio manere: cui nõ magis huc cõpetit: q̃ illud moueri: sed pp hãc sniam nõ manebit: sed mouebit: nõ tamẽ totũ: sed diuulsum. Eadem enim & ad igñẽ accomodabit ratio: si enim positus in medio fuerit: maneat pinde atq; terra necesse est. Similiter enim ad extremũ quoduis pũctorũ sese habebit: attamẽ a medio ipso mouebit: quemadmodũ & ferri nisi q̃ppiã phibeat ad extremum ipsum ut: uerũ nõ totus ad unũ punctũ feret. Hoc enim solũ ex rõne quæ de similitudine fit euenire necesse est: sed ps ad extremi partem eiusdem nimirũ rõnis: ueluti quarta pars ad quartam continẽtis ipsius ptẽ: nullũ eni corpus est punctũ. Vt aũt ex magno minorẽ in locũ mutari põt si cõdensetur: sic & i magnũ ex minore si rare fiat. Quare & terra hoc a medio moueret: mõ: per ipsius similitudinis rõnem. Si non natura locus hic competeret terræ. Quæ igitur: de figura de loco: de quiete: de motu ipsius existimantur: tot fere esse uidentur.

Capitulum secundum.

NOs autẽ primo dicamus utrũ habeat motũ: an maneat. Nam uti diximus quidã ipsam unã stellarũ inquint esse: quidam in medio positã uolui moueriq; circa polum dicunt. Esse autem hoc impossibile patet in principio sumpto. Si fertur: siue in medio sit: siue extra medium necessarium est ipsam hoc motu ui ferri. Non. n. ipsius terræ: etenim unaquæq; partium hanc lationem haberet. Nunc autem ad mediũ uniuerse recta ferunt. Quocirca cum uiolẽta sit præterq; naturam: ĩpossibile ẽ ppetuã ipsam esse. Ordo autem humidi ppetuus est. Præterea cuncta quæ conuersione ferũtur: post relinqui uident. pluribusq; lationibus una præter primã sperã moueri: ergo & terrã: siue circa medium: siue in medio sit collocata duabus lationibus moueri necesse ẽ. Quod si fit: mutationes fieri fixarũ stellarum regressionesq; necesse est: hoc aũt fieri nõ uidetur: sed eædem eisdẽ in locis ipsius semp oriunt atq; occidũt stellæ. Præterea latio partium ipsius totius secundum naturam ad ipsum est medium uniuersi: ob hoc eni & in ipso cẽtro nunc iacet. Dubitauerit autem quispiam cum idem sit medium utrorũq; ad utrum: ea quæ pondus habent partesq; terræ secundum naturam feruntur. Vtrum quia est medium uniuersi: an quia est terræ. Ad medium igitur uniuersi ferantur necesse est. Eteni leuia atq; ignis ad contrariũ ponderibus terræ pergentia locum: at ultimũ eius loci qui continet medium ipsum feruntur. Accidit autẽ idem terræ mediũ esse: ac uniuersi: ferunt enim pondera: & ad medium terræ: sed per accidens: ea ratione qua terra medium suum habet in ipso medio uniuersi. Ferri autem grauia: & ad ipsum medium terræ hoc indicium est. Pondera enim quæ ad hanc feruntur: non æque distantia sed ad similes angulos feruntur: quare ad unum medium uniuersi terreq; feruntur. Patet igitur necessario terram in medio esse: atque immobilem esse: & ob eas quas diximus causas. Et quia pondera quæ sursum iaciuntur in idẽ rursus per rubricã feruntur: & si in ifinitũ uis illa proiiciat. Neque igitur terram moueri: neque extra medium collocatam esse per hæc dilucidum fuit. Insuper causa quietis ex his quæ dicta sunt patet. Nam si apta ẽ ad medium undique natura ferri sicut uidetur: & ignis ad extremum e medio simili modo. Fieri non potest ut ulla pars ipsius e medio feratur: ui non illata. Vna est enim unius latio: & simplicis simplex: sed non contrariæ. At ea qua e medio pergitur: contraria est ei qua ad medium itur. Si igitur fieri nõ potest ut ulla pars ipsius e medio feratur: patet magis fieri non posse: ut ex eodem totã feratur. Quo enim pars apta est moueri: eodem & totum aptum est ferri. Quari si impossibile est ipsam moueri nisi a superioribus uiribus

in ipso medio ipsam manere necesse est. Testes sunt hisce & ea quæ a mathematicis circa astrologiam dicuntur:conueniunt enim ea apparent:cum figuræ mutantur: quibus ordo stellarum est defiuitus:propterea quod in medio terra est collocata.De loco igitur & quiete motuue terræ quomodo sese habent:tot a nobis sint dicta.

Capitulum tertium.

Figuram autem rotundam ipsam habere necesse est. Vnaquæque enim partiũ pondus ad ipsum medium habet:& minor si a maiori pellatur ægredi non potest:sed præmittitur potius:ac alia alii cædit donec ad medium ipsum perueniat:Intelligere autem oportet id quod dicitur perinde fieri:atque si terra fieret:eo mõ quo naturalium etiam quidam ipsam inquiunt ortam esse. Verum illi quidem uiolentiam lationis ad ĩfera terræ causam esse dicunt.Præstat aut ueritatem ponere:atq; hoc iõ accidere dicere quia natura habet id quod pondus habet ad ipsum medium ferri: cum igitur ĩ potentia congeries esset:ea quæ segregabantur:undique similiter ad ipsum medium ferebãtur.Siue igit̃ similiter ab extremis ptes diuisæ ad mediũ sunt cõgregatæ: siue alio modo sese habẽtes. idem facient sane. Patet igitur id quod undique ab extremis similiter ad medium fertur:simili necessario omni ex parte fieri mole.Si enim omni ex parte æque fiat additio æque extremum a medio distare necesse est.Hæc autem figura rotunda ẽ.Nihil autem ad rationem refert.& si partes ipsius non undique similiter ad medium ipsum concurrantur.Maior enim semper minorem quæ ante se est imppellat necesse est utrisq; momentum ad medium usque habentibus:& grauiore minus pondus ad hoc impellente. Id enim quod quispiam dubitauerit:eandem habet solutionem.Si eñi multiplex pondus additum alteri hemispærio fuerit terræ medium occupantis atque rotundũ habentis figuram:non idem ipsius totius:terræque medium erit. Quare aut non manebit in medio:aut si manebit quiescet: & non habens medium quo & nunc moueri est apta. Quod igitur dubitatur:id est. Videre autem non est difficile:si parũ cõsiderauimus: ac distinxerimus: quomodo censemus quantamuis magnitudinem pondus habentem ad ipsum medium ferri. Patet enim non quousque extremum tangat ipsum cẽtrum: sed maior pars uincat oportet: quousque suo medio ipsum medium comprahendat:huc usque enim habet momentũ.Nihil igitur interest hoc de gleba & quauis parte: an de tota terra dicatur.Non enim ob paruitatem aut magnitudinem id quod accidit dictum est:sed de omni eo quod ad medium habet momentum.Quare siue tota siue per partes aliquo ex loco ferebatur terra:eo usque ferri ipsam necesse est:donec utique undecunque similiter sumat medium: adæquatis minoribus a maioribus propulsione inclinationis.

Siue igitur acta est:hoc necessarium factam esse modo.Quare manifestũ quia sphærica generatio ipsius. Siue ingenita semper. siue manens eodem modo habet quo si orietur primum orta fuisset.Et hac igitur ratione figuram ipsius rotundam esse necesse est: & quia omnia grauia similes ad angulos: sed non distantia æquæ feruntur. Hoc autem aptum est ad id quod natura rotundum est.Aut igitur est rotunda aut natura rotunda: Vnumquodque autem tale dicere oportet:quale esse natura solet:& quod est:sed non id quod uiolentia. & præter naturam est. Præterea & per ea quæ sensu uidentur. Lunæ nanque defectiones non diuisiones tales haberent. Etenim nunc quidem in hisce figuris quæ per mensem efficiuntur:diuisiones suscipit omnes.Recta enim fit:& utraque ex parte curua:& concaua.In defectionibus uero semper curuam habet lineam:quæ distinguit. Quare cum obiectu terræ deficiat:terræ sane circunferentia figuræ causa est. Præterea per ea quæ uidentur de stellis:patet nõ solum rotũdam esse:sed etiam mole magnam

non esse. Si parua enim migratio meridiē uersus ac ursam fiat: alius manifeste fit hisce qui terminat orbis: ut stellæ quæ sunt super caput mutationem habeant magnam: & nō eædem uideantur meridiem uersus migrātes atq ursam. Nonnullæ nāq stellarū i ægypto uident: ac circa ciprum: in locis aūt uersus ursas nō uident. Et stellarū eæ quæ semp in locis uersus ursam uident: illis in locis occidūt. Quare pspicuū est ex hisce terrā non solū rotūdā esse: sed ēt magnæ molis non esse rotūdæ. Nō enim sic cito mutationem faceret: migratione adeo breui facta. Quapropter ii qui locum eū q circa colūnas herculeas: coniūctū esse ei loco q est circa indicā regionē existimāt: atq hoc mō unū mare eē asserūt: non uident icredibilia ualde existimare. Dicūt aūt hoc ex barris ēt cōiectātes genus ipsorū circa extrema utraq loca esse: pp terea q ipsa extrema ita sunt ob coniunctionem affecta. Mathematicorū ēt qui magnitudinē orbis terræ metiri conātur: q̄drungentis terrā cingi stadiorū milibus dicūt. Ex quibus si coniectura sumat: molē ipsius terræ non solū rotūdā esse: sed ēt ad cæterarū stellarū magnitudinē magnā nō esse necesse ē.

Aristotelis de cœlo Liber tertius interprete Ioanne argiropylo.

Capitulum primum.

DE primo igitur cœlo ac partibus: & de stellis quæ in ipso feruntur: ex quibus constant: & qualia sunt natura: & insuper ingenita ac incorruptibilia esse prius iam pertractauimus. Cum autem eorum quæ natura dicuntur esse: alia sint substantiæ: alia harum opera: affectusue: atque substātias quidem dico simplicia corpora: ignem terram: & quæ eiusdem sunt seriei & itē ea quæ ex his constant: ueluti totum cœlum: ipsiusque partes: & animalia plātasue & horum partes. Affectus autem operaue: motiōes horum eiusque. Cæterorumque quorum hæc elementa ui sua sunt causæ: & alterationes item mutuasue migrationes: patet plurimam de natura scientiam de corporibus esse. Omnes enim substātiæ naturales aut corpora sunt aut cum corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet & ex diffinitione quæ emersere quæ sunt natura: & ex singulorum etiam contemplatione. De prio igitur elementorum & quale quid est natura: & incorruptibile ac ingenerabile esse satis iam diximus. Restat autem dicere de duobus. Quod si de hisce dicamus: fiet & de generatione simul corruptioneue consideratio. Generatio enim aut omnino non est aut in hisce dumtaxat est elementis: atq in hisce quæ ex his constant. Hoc āt ipsum primum est contemplandum: utrum sit an non sit. His igitur qui prius de ueritate philosophati sunt: tam enī in hisce sermōibus quos nūc nos dicimus: q̄ inter sese discordes fuere. Quidam enim ipsorē generatiōem e medio corruptioneue tollunt. Nihil enī eorū quæ sunt generari aut corrumpi: sed solū ita nobis uideri dicūt ut Melissus atq Parmenides: quos & si bene cætera dicūt: nō naturaliter tamē dīe oportet putare. Esse nāq rerū aliquas igenitas oīnoq imobiles ad aliā magis atq priorē: q̄ ad naturalē considerationē spectat. Illi uero qa nihil aliud præter substātiā sensibiliū eē estimabāt: & quasdam primi tales naturas itellexerūt: si cognitio aliq̄ aut prudentia erit ad hæc illis accomodatas sententias traduxerūt. Alii uero q̄si de idustria cōtrariā his habuerūt opinionē. Sunt enī q nulla rerū igenerabiles esse: sed oēs fieri dicūt. Generatas āt ptim pmanere: ptim corrūpi. Est āt sentētiæ talis maxie qdē hesiodus: deide cæterorū ii q primi de natura dixerūt. Quidā aūt cætera qdā oia fieri fluereq dicūt: ac nihil prorsus stabile eē: unū āt qd solū pmanere ex quo hæc uniuersa trāsfigurari sunt apta: qd qdē cæteriq cōplures & heraclitus ephesi

us dicere uelle uidetur. Sunt & qui corpus omne generabile faciunt: componētes ipsum ex planis ac dissoluentes in plana.

Capitulum secundum.



E cæteris igitur alius erit sermo: hisce uero q hoc dicūt modo oīaq; corpora ex planis constituunt: quot accidit contra sciētias dñe mathematicas perfacile ē uidere. Erat tamen æquū aut non dimouere ipsas: aut credibilioribus rōnibus q̄ suppositiones sunt dimouere. Deinde patet eiusdem esse sententiæ solida quidem ex planis: ex lineis autem plana: & has ex punctis componi. Quæ si ita sint: non necesse est partem lineæ lineā esse. Sed de hisce prius in sermonibus de motu cōsiderauimus: demōstrauimus enim indiuisibiles nullas longitudines esse. Quæ uero de naturalibus corporibus impossibilia accidit hisce dicere qui lineas indiuisibiles faciūt: parū per nunc ēt contēplemur. Ea nāq; impossibilia quæ in illis accidūt: & in naturalibus sane sequentur. At nō oīa quæ in his sequūtur: in illis accident: ꝓpterea qđ mathematica quidem abstractiōe dicunt: naturalia uero additiōe. Cōplura aūt sunt: quæ indiuisibilibus cōpetere nō possunt: naturalibus aūt necessario cōpetūt. Ceu si qppiā indiuisibile eē dixerimus. In indiuisibile eni diuisibile esse nō pōt. Affectus aūt oēs diuisibiles dupliciter sunt: aut specie: aut p accidens. Specie qdē ut coloris albū & nigrū: p accidēs aūt: si id in quo est diuisibile sit. Quare q sunt affectuum simplices oēs hoc mō sunt diuisibiles. Quapropter impossibile ipsum in talibus est considerādum. Si igit̄ impossibile est utraq; parte pōderis nihil habēte: totū hr̄e pondus: sensibilia uero corpa: aut oia: aut aliqua pondus habēt: ceu terra & aqua: ut & ipsi ēt dixerint: si pūctū nihil ponderis hēt: patet neq; lineas ipsas hr̄e. Q đ si hæ nō habēt: neq; plana etiā habent. Quare neq; corpus ullum ipsum hēt. At uero pūctū pōdus habere nō posse patet: graue nāq; omne grauius etiā: & leue leuius aliquo esse potest. Grauius autem aut leuius fortasse nō necesse ē graue uel leue eē. Quemadmodum & magnum quidem est maius: maius autem non omne magnum eē necesse est. Complura enim sunt: quæ absolute quidem sunt parua: quibusdam autem aliis sunt maiora. Si igitur quod cum graue sit grauius est: id pondere maius esse necesse est: & omne graue diuisibile sane erit: punctum autem indiuisibile supponūt esse. Præterea si graue quidem est densum: leue autem rarum: & densum hoc a raro differt: quod æquali in molle plura ipsi insunt: si punctum sit graue ac leue: & densum nimirum & rarum erit. At densum quidem est diuisibile: punctum autem diuidi nequit. Quod si omne graue molle aut durum esse necesse est: impossibile aliquod ex his inferri facile potest. Est enim id molle: quod i seipsum cædit: durum autem id quod non cædit. At quod cædit: diuisibile esse constat. At uero neq; ex hisce quæ ponderis expertia sunt: pōdus erit. In quot enim hoc atq; in q̄libus accidet: aut quonā modo definient: si haud fingere uolunt. Et si omne maius pondere pondus pōdere maius est: & unumquodque sane partibus uacantium pondus habebit. Nam si puncta quatuor pondus habent: quod uero ex pluribus constat q̄ hoc graui grauius est: atque quod graui grauius est: graue esse necesse est: perinde ut album est quod albo albius est: id sane quod maius est uno puncto grauius erit æquali albato: quare & unum punctum pondus habebit. Præterea si plana solum ut lineæ componi possunt: absurdum esse uidetur: nam ut & linea ad lineam utroque modo & per longitudinem & latitudinem componitur: sic & cum plano componi planum oportet: linea uero componi cum linea potest: si superponatur: non solum si apponatur. At si per latitudinem etiam componi possunt: erit quippiam corpus quod neque elementum neque ex elementis: si ex hoc pacto planis compositis componatur.

Præterea si planorum multitudine corpora sunt grauiora ut in Timæo est definitū: patet & lineam & punctum pōdus hr̄e:subeunt enim iter sese rōnis similitudinē: ut prius ē̄t diximus. Sin uero nō hoc differūt modo: sed ex eo quia terra quidem ē graue:ignis āt leue:erit & planorū:aliud graue:aliud leue:& linearū similiter & pūctorū Etenim terræ planum grauius erit:q̄ ignis planū. Oīno āt accidit aut nullam iquā magnitudinem eē:aut tolli posse:si similiter se hēt pūctū qdē ad lineā:linea uero ad planū:& hoc ad corpus omnia.n.si resoluātur in ipsa resoluent̄ nimirū pria. Quare fieri potest ut sola sint pūcta:corpus āt nullū. Insup si tēpus ē̄t similiter sese hēt:tollet̄ aliquādo uel tolli potest:ipsum.n.nūc indiuiduū est:pinde atq̄ lineæ pūctū. Idem & iis accidit: qui ex numeris cœlū cōponūt:quidam enim ex numeris naturā constitutū:ut pithagoricorū non nullli. Corpora nāq̄ naturalia pondus habere leuitatemq̄ uidentur. Vnitates autē neq̄ corpus facere compositæ:neq̄ pondus habere possunt.

Tractatus secundus. Capitulum primum.

Esse autē necessariū corporibus simplicibus natura motum aliquem uniuersis competere:ex hisce dilucidum fiet:nam cum moueri uideantur:ui nimirum ipsa moueri necesse est:si ꝓpriū motū nō habēt. Idem uero est ui moueri:& præter naturā. At si præter naturā est quispiam motus:& secundum naturam esse necesse est præter quem ille est:& si multi sunt ii qui præter naturam sunt:unum eum esse qui est secundum naturam necesse est. Vnumquodque enim secundum quidem naturam simpliciter se habet:præter autem naturam multos habet motus. Præterea ex quiete hoc idem patet:Etenim aut ui aut secundum naturam quiescant necesse est. Vi autē ibi manent:quo & ui feruntur:& secundum naturam itidem ibi manēt:quo & secundum naturam feruntur. Cum igitur aliquid in medio manere uideat̄:si secundū naturā:patet & latione qua huc fert̄ secūdū naturā ipsi cōpetere:Sin ui quid est qd̄ ꝓhibet ferri. Si eni id qd̄ ꝓhibet ferri quiescit:eadē uerba sane uoluemus. Aut eni id qd̄ primū quiescit:secundū naturā quiescit:aut in infinitū abibitur:qd̄ quidē est ipossibile. Sin mouebit̄ ut Empedocles terrā quiescere dicit cōuersione: aliquē in locū sane moueret̄. Cum impossibile sit i ifinitum ferri. Nullum.n.impossibile fit:impossibile aūt est in infinitū trāsire. Quare stet̄ alicubi qd̄ fert̄: & illic nō ui maneat:sed secūdū naturā necesse est. Qd̄ si est secūdū naturā qes & motus erit secūdū naturā ea latio q̄ ad hūc it̄ locū. Quapp & leucippus dicat oportet atq̄ Democritus: q pria corpa semp in uacuo ifinitoue moueri dicūt: quonam motu mouent̄:& qs est ipsorū secūdū naturā motus. Nam si elementorū aliud ab alio ui mouet̄:at secūdū naturam ē̄t aliquem uniuscuiusq̄ motū esse necesse est:præter quem ē hisce q uiolētus est:& id qd̄ primū mouent nō ui sed secūdū naturā mouere oportet. In ifinitū.n.abibit̄:si non erit qcq̄ primū moués secūdū naturā:sed semp ipsum prius ui subiēs motū mouebit. Hoc idē accidat necesse ē:& si ut i Timæo ē scriptū elemēta inordinate mouebant̄:antea q̄ mūdus ortus eēt. Motū.n.aut uiolētū: aut secundū naturā eē necesse ē:qd̄ si secūdū naturā mouebāt̄:mūdū eē necesse ē:si qspiā uelit cū diligētia cōtēplari. Primū nāq̄ moués mouere necesse ē:ipsum secūdū naturā subiēs motū. Et ea q̄ mouet̄ nō ui i suis qescētia locis eū quē nunc habet ordinē facere:ea qdē q̄ pōdus habēt ad mediū:ea uero q̄ leuitatē habēt a medio suopte pgētia nutu. Hūc āt ordinē mūdus habet. Præterea tātū qspiā iterrogauerit:fieri ne poterat an nō poterat:ut inordinate subeūtia motū talibus ē̄t mixtionibus aliqua misceant̄:ex qbus ea corpora cōstāt quæ secundum naturam constituunt̄:ossa inquam:& caro:& istiusmodi cætera:quēadmodum Empedocles in concordia fieri dicit. Ait.n.complura capita sine collo sunt orta.

Apud autem eos qui infinita in infinito ea quæ mouetur faciunt: si unum est id quod mouet uno moueantur motu necesse est: quare nõ sine ordine mouebuntur. Sin uero ea quæ mouent sunt infinita: & lationes infinitas esse necesse est: nam si finitæ sint: ordo quidam erit. Non enim quia in idem non feruntur: inordinatio accidit. Neque enim nunc in idem uniuersa feruntur: sed ea tãtum quæ eiusdem generis sunt. Præterea inordinate quippiam fieri nil aliud est: q̃ fieri præter naturam. Ordo enim proprius sensibilium natura nimirum est. At uero & hoc absurdum est ac impossibile: infinitum inquam inordinatum motum habere. Est enim ea natura rerũ: q̃ plures & pluri in tempore habent. Cõtrarium igitur ipsis accidit. Inordinationes quidem esse secundũ naturam. Ordinem uero mundumue præter naturam: & tamen nihil eorũ quæ sunt secundum naturã fit forte fortuna. Videtur autẽ Anaxagoras hoc ipsum bene accepisse. Ex imobilibus enim incipit cnoficere mundum. Enituntur autem & cæteri cõgregantes aliquo modo rursus mouere ac segregare. Ex distantibus autem ac subeuntibus motum generationẽ facere non est consonum rationi. Quapropter & Empedocles omittit eum motũ qui est in concordia. Non enim cœlum constituere potuisset. Ex separatis quidem extruens: ob cõcordiam autem faciens congregationem. Ex segregatis enim elementis mundus est constitutis: quare ex uno fiat & congregato necesse est. Naturalem igitur motũ uniuscuiusq; corporum esse: quo nõ ui mouentur: neque præter naturam ex hisce quæ dixius patuit.

Capitulum secundum.



Esse autem necessarium ponderis nõnulla corpora momentum ac leuitatis habere ex his dilucidum fiet. Dicimus necessarium esse moueri. Si uero id quod mouetur momentum natura non habet: fieri non potest ut aut e medio aut ad medium moueatur: sit enim A quidem pondere carens: B uero habeat pondus: atque transeat A quidem C D spatium: B uero æquali in tempore spatium C E: per maius enim spatium id quod põdus habet feretur. Si igitur corpus quod habet pondus ea ratione qua diuisum est C E spatium diuidatur: potest enĩ ad partium suarum aliquam sic se habere ut C E se habet ad C D: si totum per totum C E fertur: pars eodem tẽpore p C D feratur necesse ẽ. Quare id quod põdere uacat: & id qđ est ponderis particeps per æquale spatiũ tẽpore eodẽ ferent̃: qđ ĩpossibile ẽ. Eadẽ & in leuitate ratio fieri põt.

C

D

E

Præterea si quippiam corpus & põderis expers & leuitatis motum subibit ui moueatur necesse est. Si uero ui moueatur: infinitum efficit motum: nam cũ potentia quædã sit ea quæ mouet: id autẽ quod est minus ac leuis plus ab eadem pontentia moueatur. Sit motũ A quidẽ pondere carens per C D E spatiũ: B uero põdus æquali in tempore per C D. Si igitur diuisum fuerit id quod pondus habet: ea ratione quam C E ad C D habet: fiet ut id quod auferetur ab eo quod pondus habet æquali in tempore per C E feratur: quoniam totum per C D mouebatur.

Celerius enim mĩoris ad celeritatem maioris ita sese habebit: ut maius corpus se habet ad minus. Per æquale ergo spatium & id quod pondere uacat & id quod est ponderis particeps tempore eodem feretur: quod q̃dẽ fieri nequit. Quare si omni quouis proposito per maius spatiũ id mouebitur quod pondere caret: per ĩfinitũ utiq; fieri potest: patet igitur omne desinitum corpus põdus aut leuitatem habere. Cum autem natu-

C

D

E

ra quidem id sit principiũ motus quod est in ipso:potentia aũt id quod ẽ ĩ alio ut aliud est:atq; motus alius sit secundum naturam alius uiolentus.Naturalis quidem motum celeriorẽ faciet eo q; potentia mouet:ut eũ quo lapis deorsum fertur.Eum autem qui est præter naturum omnino potentia ipsa.Ad utrunq; aũt utitur aere ipso ut instrumento. Est eni hic aptus & leuis esse & grauis:lationẽ igitur eã qua sursum itur: faciet uti leuis. Cũ pulsus fuerit:principiumq; sumpserit a potentia ipsa.Lationẽ autẽ eam qua descenditur:faciet uti grauis: potentia eni quasi ui impræssam tradit utriq;.Quapropter & nõ sequente eo quod mouit:id fertur quod præter naturam est motum. Si eni nõ tale quid corpus eẽt:uioletus motus sane non esset.Motui quoq; secundũ naturã cuiusq; modo eo dẽ conducit suo ad mobilis terga concursu.Omne igit̃ corpus:leue eẽ:aut graue:& quomodo sese habent in hisce motus præter naturam ex hisce quæ diximus patet.

Tractatus tertius. Capitulum primum.

Est aũt manifestũ ex dictis neq; omniũ neq; nullius simpliciter generationem corporis esse. Impossibile est enim uniuersi corporis generationẽ esse:si non & uacuũ esse quid separatũ potest.Quo eni in loco id quod generatur erit cum fuerit ortũ:in hoc prius uacuũ esse:si nullũ sit corpus necesse est.Aliud enim ex alio corpus fieri potest:uelut ex aere ignis:sed oĩno ex nulla alia antecedente magnitudine fieri possibile est.Maxime eni ex potẽtia corporea. Corpus actu fieri potest.Sed si id quod ẽ potentia corpus non est prius:aliud corpus actu separatũ uacuũ erit. Restat autem dicere quorum est corporum generatio:& quã ob cãm est.Cũ igitur in oĩbus cognitio sit per prima.Prima uero eorum quæ insunt sint elementa.Prius quænã & cur sunt talium corporum elementa deinde quot & qualia sunt considerandum esse uidẽtur.Hoc aũt dilucidũ fuerit si supposuerimus quænã sit ipsius elemẽti natura.Sit igit̃ id corporũ elemẽtũ:in quod cætera corpora diuiduntur:in quibus ĩest potentia aut actu. Hoc enim uero modo se habet adhuc ambigitur.Ipsum aũt est in forma diuersa indiuisibile. Tale quid enim oẽs ipsum elementũ:& in oĩbus dicere uolũt. Quod si id quod est dictũ est elementũ:talia quædã corporũ eẽ necesse est.In carne eni ac ligno & similibus ĩest ignis potentia atq; terra. Manifeste eni ex illis hæc segregantur.In igne aũt caro aut lignũ nõ ĩest:neq; potentia neq; actu: si eni esset segregaretur.Similiter neq; si unũ quid solũ sit tale:in illo est:neq; eni si caro aut os aut quoduis cæterorũ erit:inesse potentia continuo est dicendum sed antea quis nã si generationis modus est contemplandũ. Anaxagoras aũt de elementis contrario modo atq; Empedocles dicit:hic enim ignẽ & terrã cæteraq; eiusdẽ seriei corpora elementa corporũ esse:ac omnia ex hisce constare dicit.Anaxagoras uero contrarium asserit:ea eni quæ sunt similium partium.Ligna inquam carnem & os & quæq; talium elementa esse dic t.Aerem aũt & ignẽ horum ac cæterorum omnium seminum mixtum esse.Vtrunque enim ipsorum ex uniuersis inuisibilibus similium partium congregatis esse dicit:quapropter & omnia ex his esse censet.Ignem eni & æthere idem appellat. Cum autem omnis naturalis corporis sit proprius motus.Motus autem partim simplices sint: partim mixti & mixtorum sint mixti: simplicium simplices:patet corpora simplicia quædam eẽ:sunt enim & simplices motus. Quare & elemẽta esse:& cur elementa sunt constat.

Capitulum secundum.

Onsequẽs ãt ẽ utrũ sint finita an ĩfinita:& si finita sint quẽ nũerũ subeũt cõliderarĩ ac cõtẽplari.Primũ igit̃ ĩfinita nõ eẽ ut qdã arbitrãt̃ cõtẽpladũ eẽ uidet̃ Et primũ eos q uniuersa q̃ sunt similium partium elemẽta faciunt ut Anaxa-

goras in medium afferamus. Nemo enim eorum qui ita censent recte accipit elementum. Videmus enim & multa mixtorum corporum ut carnem ossa lapidem lignum in similes diuidi partes. Quare si compositum non est elementum: non omne quod est similium partium est elementum: sed id quod in diuersa specie diuidi nequit ut antea diximus. Præterea neq; sic elementum sumentes facere infinita necesse est: omnia enim eadem & si quispiam sumpserit infinita reddentur. Idem enim faciet & si duo uel tria talia solum sint: ut & Empedocles facere conatur. Cum enim ipsis & hoc pacto non omnia ex similes partes habentibus facere accidit: faciem enim non ex faciebus faciunt: nec aliud quicq̃ eorum quæ secundum naturam sunt figurata. Patet longe melius esse principia facere finita: & hæc q̃ minima si eadem omnia demonstrari possint: quemadmodũ & mathematici censent. Semper enim aut forma aut quantitate finita pricipia sumũt. Præterea si corpus a corpore diuersum propriis differentiis dicitur. Corporum autem differentiæ sint finitæ: ipsis enim sensibilibus differũt: atq; hæc sunt finita: quod quidem demonstretur oportet: patet & elementa necessario esse finita. At uero neque ut alii quidam dicunt ut leucippus ac abderites Democritus: ea quæ accidunt consentanea sunt rationi: primas enim magnitudines multitudine quidem infinitas: magnitudine autem indiuisibiles esse dicunt: & neq; ex una multa fieri neq; ex multis unum: sed harum complexione mutationeue omnia generari. Et hi nanque quodammodo numeros uniuersa quæ sunt atque ex numeris faciunt: & si enim non dilucide dicunt: hoc tamen dicere uolunt. Et insuper cum figuris corpora differant: figuræ uero sint infinitæ: infinita & ipsa simplicia corpora esse dicunt. Quænam autem est uniuscuiusque elementi figura nihil diffinierunt: sed igni solum rotundam tribuere figuram. Aerem uero aquam ac cætera magnitudine paruitateq; diuisere: quia natura ipsorum est ut omnium semen elementorum. Primum igitur idem & ipsos error comitari uidetur: non finita ipsa principia sumere cum omnia eadem ipsis dicere licerent. Deinde si corporum differentiæ non sint infinitæ: patet elementa infinita non esse. Præterea indiuidua corpora esse dicentes mathematicis scientiis aduersentur: compluraq; eorum quæ sub opinionẽ omnium cadũt: & eorum quæ sensu uidentur e medio tollant necesse est: de quibus antea diximus in hisce quæ de tempore motuue sunt dicta. Et insuper contraria ipsos dicere sibiipsis necesse est. Impossibile est enim si elementa sint indiuidua aerem aquam ac terram magnitudine paruitateq; differre. Est enim impossibile ex sese mutuo generari: corpora nanq; maxima si segregentur: semper deficiẽt. At hoc pacto terram aquam & aerem uicissim ex sese fieri dicunt. Præterea neq; horum sententia infinita ipsa elementa fieri uidebunt: si corpora quidem figuris differunt: figuræ uero omnes ex pyramidibus constant: rectarum quidem linearum ex hisce quæ sunt rectarum linearum: spæra autem ex partibus octo. Sint enim aliqua pricipia figurarum necesse est. Quare siue sit unum siue duo siue plura: & simplicia corpora multitudinem tantam subibunt. Præterea si cuiusq; quidem corporis motus est proprius quidam: simplicisq; corporis motus est simplex: simplices autem motus infiniti non sunt: propterea q; neq; simplices lationes plures q̃ duæ sunt: neq; loca sunt infinita: neq; hoc pacto sane ipsa elementa infinita erunt.

Capitulum tertium.



Quoniam autem finita esse necesse est: considerare restat: utrum plura sint an unum. Quidam enim unum solum esse supponũt: & horum alii aquam alii aerem alii ignem alii aqua quidem subtilius: aere uero densius: quod quidem cœlos uniuersos cum sit infinitum inquiunt continere. Qui igitur hoc unum aquam:

aut aerē faciūt: aut aqua quidē subtilius: aere uero densius. Deide ex hoc raritate cætera densitateque generant: ii sane ignorant aliqd aliud elemēto se facere prius. Generatio eni ex elementis compositio est ut dicunt: ad elementa uero profecto dissolutio. Quare id quod est subtilium magis partium: natura prius esse necesse est: cum igitur omnium cor porum ignem subtilissimum esse dicant: ignis natura corporum primum erit: nihil autē refert. Vnum enim quippiam cæterorum & non medium ipsum primum esse necesse ē.

Præterea raritate ac densitate cætera generare: & subtilitate atq; grossitie nihil differr. Subtile enim rarum: grossum autem densum esse uolunt. Subtilitate rursus atq; grossitie: & magnitudine ac paruitate idem est. Subtile est enim quod paruarum: grossum qd' magnarū ptiū est. Quod enim ad multum extenditur: id subtile est: tale autē id est: qd' ex paruis partibus constat. Quare accidit ipsos magnitudine ac paruitate substātias diuidere cætetorum. Accidit autem ita definientibus uniuersa ad aliquid dicere. Atq; absolute non erit aliud ignis aliud aqua aliud aer: sed idē ad hoc ignis ad aliquid aliud aer. Quod quidem & iis accidit qui plura quidem elementa esse aiunt. Magnitudie autem & paruitate differre dicunt. Nam cum unumquodq; quantitate sit definitum: aliqua rō nimirum inter ipsas magnitudines erit. Quare eorum quæ hāc rationem habent: aliud aerem aliud ignem aliud terram aliud aquam esse necesse est: propterea quod in maioribus rationes minorum insunt. Qui uero ignem elementum ipsum supponunt: hoc quidem euadūt: alia uero ipsis accidere absurda necesse ē. Quidam enim ipsorum igni figuram adiungunt: ut ii qui pyramidem faciunt. Quorum quidam simplicius dicunt: pyramidem quidem dicentes id esse quod maxime figurarum incidere potest: ignē autem corporum. Quidam probabilius: corpora quidem uniuersa ex eo composita eē quod est omnium maxime subtilium partium: solidas uero figuras ex pyramidibus con stare dicentes. Quare cum corporum quidem ignis sit subtilissimum: figurarum uero pyramis maxime paruarum est partium atque prima: primaque figura primi sit corporis: ignis profecto pyramis erit. Quidam de figura quidem nihil dicunt. Subtilissimarum autem partium solum elementum ipsum faciunt: deide ex hoc compositionem subeunte cætera fieri dicunt: perinde ut auri arenæ conflantur: utrisq; autem hæc difficilia accidunt: nam si primum corpus indiuiduum faciunt: illæ ratiocinationes quas antea diximus ad hanc eandem materiam ut patet redibunt. Præterea si naturaliter cō templari uolunt: hoc dicere nequeunt: nam si omne corpus ad corpus quantitate compa rabile est. Magnitudines autem similitudinem subeunt rationis: & similium partium inter se & elemetorum uelut uniuersæ aquæ ad aerem uniuersum: & elementi ad elementum: & in cæteris eodem modo: & aer maior est aqua: & omnino id quod subtiliorum est partium: eo q; est grossiorum: patet & elementum aquæ minus q̄ aeris esse. Si igitur magnitudo minor inest maiori: elementum sane aeris diuisibile erit: & ignis idētidem ipsius & eorum omnino quæ subtiliorum partium sunt. Sin diuisibile faciunt ii quidem qui igni figuram tribuunt: eueniet partem ignis ignem nō esse: propterea q; pyramis nō ex pyramidibus constat: & item non omne corpus elementum esse aut ex elementis con stare. Pars enim ignis nec ignis ē nec aliud elementum ullum. Hisce uero qui magnitudine definiunt: prius quid elemento elementum esse: atque hoc ī infinitum abire: si omne corpus diuisibile est: & quod paruarum magis ē partium est elementententum. Præterea & hic etiā accidit idem ad hoc ignem esse dicere: ad aliud aerem: & aquā rursus ac terrā. Cōmune āt peccatū uniuersis ē: qui elementū unum supponunt unum naturalem solum omniumq; eūdem facere motum: omne nanq; naturale corpus principium

habere motus uidemus. Si igitur omnia corpora unum quid sunt: unus omnium motus erit: & hoc eo magis quodque moueri necesse ē: quo maius fit: quemadmodum & ignis quo maior sit, eo sua latione celerius fertur. Accidit autem multa deorsum celerius ferri. Quare propter hæc ipsa: & insuper cum definitum sit prius naturales plures eē motus: patet unum elementum esse non posse. Cum autem neque īfinita sint: neque unum sit elementum plura esse profecto atque finita esse necesse est.

Tractatus quartus. Capitulum primum.



COnsiderandum est autem primo utrum sempiterna sint: an generent̄ & corrūpant̄. Quo demonstrato: & quot & qualia sunt patebit. Sempiterna igitur eē impossibile est. Et ignē.n.& aquā & unumquodq; simpliciū corporum dissolui uidemus. Dissolutionem uero: aut infinitā esse: aut stare necesse est. Si igitur infinita ē: & dissolutionis tempus infinitū erit: & tempus rursus compositionis. Vna quæq; eni partium ī alio tempore dissoluit̄, atq; componitur. Quare fiet ut extra tempus īfinitum tēpus sit aliud īfinitum. Quando quidem & cōpositiōis tēpus est īfinitū: & prius: hoc dissolutionis tēpus, ut extra īfinitū: qd̄ qdem impossibile ē. Sin stabit alicubi dissolutio: an id corpus ī quo dissoluti stabit īdiuiduū erit: aut diuisibile quidē erit: non tamē unq̄ diuidetur, ut Empedocles uelle uidet̄. Indiuiduū igit̄ non erit propter rōnes antea dictas. At neq; diuisibile quidē erit: nūq̄ aūt dissoluet̄. Minus.n.corpus facilius: q̄ maius corumpi potest. Si igit̄ & maius hac corruptione corrūpit̄, ut ī minori dissoluat̄: corpus minus id pati magis consentaneum est rōni: Ignem aūt duobus modis corrumpi uidemus: nam & a contrario corrumpit̄ cū extinguitur & ipse a seipso marcescens. Hoc autem patitur minor a maiore: & ęo celerius quo minor est. Quare corporū elementa corruptibilia & generabilia esse necesse est. Cū autē generabilia sint: aut ex incorporeo aut e corporeo ipsorū generatio erit: & si ex corpore: aut ex alio aut ex sese uicissim ipsorū generatio est.

Is igitur qui ipsa dicit ex incorporeo generari, uacuum facit: nā omne quod fit in quo est generatio aut incorporeū erit aut habebit corpus: & si habebit corpus: duo corpora simul in eodem erunt: id inquam quod fit & id quod præcedit. Sin incorporeum erit: uacuum esse definitum necesse est: hoc autem impossibile esse antea demōstrauimus. At neque ex corpore quædam elementa fieri possunt: eueniet enim aliud corpus elementis prius esse: atq; hoc si pondus aut leuitatem habet unum quid erit elementorū. Si nullum habet momētum: īmobile ac mathematicū erit: si tale aūt, est in loco non erit. Quo enī in loco quiescit in eū & moueri potest: & si ui qdē, præter naturā: sin uero non ui, secundum naturam. Si igit̄ in loco atq; alicubi erit: elemētoꝝ quippiā erit: sin uero non erit in loco: neq; quicq̄ ex ipso erit. Id.n.quod fuit: & id ex quo fit, simul esse necesse est: cum āt neq; ex incorporeo neq; ex alio corpore fieri possint: ex sese mutuo fieri restat.

Capitulum secundum.



RVrsus igitur considerandum est: quisnam sit mutuæ generatiōis ipsorum modus: Vtrum, ut Empedocles dicit atq; Democritus an ut ii qui in plana dissoluunt an alius quispiam sit præter hos modus. Empedoclem igitur & Democritum preterit: non generationem se mutuam sed apparentem facere generationē. Ineē.n.quæq; ac segregari dicūt: q̄si e uase sit ipsa generatio: sed nō e materia q̄dā: neq; generari pmutationē. Deīde si hoc ēt modo fit generatio: nō minus ea q̄ eueniūt sunt absurda: eadē enim magnitudo si denset̄: grauior fieri nō uidet̄. Ad hoc dicunt: ii qui aquā in esse in aere: & inde segregari dicūt necesse est: cum enim aqua ex aere est orta grauior ē.

Præterea corpoꝝ mixtorū alteꝝ superatū nō necesse est locum semp occupare maio-

rem. At cum oritur aer ex aqua maiorem aer occupat locum. Quod enim subtiliorum est partium id maioré occupat locũ: patet aũt hoc & in ipsa migratione: euaporante.n. humido spirituq; turgente: ea uasa quæ moles cõtinent ob angustiã rũpi uident. Quare si uacuũ oino nõ est: nec extenduntur corpora: ut ii q hæc dicunt inquiunt ipsum impossibile patet. Sin uacuũ est & extensio: uacat hoc porre rõne: id inquã quod separatur maiorem semper locum necessario occupare. Generationé etiam mutuã deficere tandem necesse est: si finita in magnitudine infinita finita non insint: cum enim ex terra fit aqua: ex terra aliquid aufertur: si generatio est segregatio: & iterũ cũ e reliqua simili modo orit aqua. Si igit hoc semper erit: eueniet in corpe inesse infinita: cũ aũt hoc impossibile sit nõ semper ex sese mutuo generabunt. Dictũ est igit elementorum migrationé in sese mutuam segregationé nõ esse. Restat ãt ipsa mutationé subeuntia in sese mutua generari. Atq; hoc dupliciter: aut.n. trãsfiguratione: ut ex eadé cera pila fit tesseraue: aut dissolutione in plana: ut quidam aiunt: at si transfiguratione generant: fit ut ipsa corpora necessario indiuidua esse dicantur: si eni diuisibilia sint ignis pars ignis nõ erit: neq; terræ ps terra propterea q pyramidis pars pyramis non est: neq; tesseræ tessera. Sin dissolutione planorũ: primo quidem absurdum est: nõ omnia ex sese mutuo generare. Quod quidem ipsos dicere necesse est: atq; dicunt: Neq;.n. consentaneũ est rõni unam partem expertem esse migrationis: neq; p sensum uidetur: sed oĩa in sese mutari uideatur mutuo.

Accidit aũt eos de hisce quæ apparent dicẽtes: nõ consentanea hisce dicere quæ apparent: huius aũt causa est: non bene prima principia capere: sed oĩa ad opiniões definitas quasdam reducere uelle. Sensibilium eni principia fortasse sensibilia sint: perpetuorum perpetua: corruptibilium corruptibilia: & oĩno sub eodem sint genere: sub quo subiecta collocant: oportet. Hi uero pp̃ter horum amoré idé fatere uident: quod ii faciũt q positiones in rõnibus cõseruant: oẽ.n. qd accidit tollerãt: ut habentes principia uera: proinde quasi nõ ex hisce q̃ eueniunt nõnulla maximeq; ex fine diiudicare oporteret. Est autem finis effectiuæ quidé scientiæ ipsum opus: naturalis aũt id quod semper pprie p sensus apparet. Accidit aũt ipsis terrã elementũ maxime esse solãq; incorruptibilé: si id qd indissolubile est incorruptibile est ac elementum. Terra.n. sola in aliud corpus indissolubilis est. At uero neq; in hisce q̃ dissoluunt triangulorum ista suspenso cõsona é rationi: fit autem & hoc in migratione q̃ in sese mutuo migrant: propterea qd ex inequalibus multitudine triãgulis cõstat. Præterea: ii qui hæc dicũt: nõ e corpore faciãt generationem necesse est: cũ.n. ex planis fuerit ortũ: non e corpore erit ortum. Insuper nõ omne corpus diuisibile sit: sed exactissimis scientiis aduersentur necesse est. Ille.n. & ipsum itelligibile diuisibile accipiunt. At hi neq; omne sensibile diuisibile esse concedunt: propterea quod suppositionem suam seruare uolunt. Qui nãq; figuram cuiq; tribuunt elemẽto: & hac substantias ipsorum distinguũt. ii indiuisibilia faciant ipsa necesse est: pyramide enim aut pila aliquo mõ diuisa non erunt ea quæ restant pyramis aut pila. Quare aut pars ignis non ignis est: sed erit quid elemẽto prius: propterea q omne corpus elementum est: aut ex elementis constat: aut non omne corpus diuisibile est. Omnino autem eniti simplicibus corporibus figuras tribuere metas ægreditur rationis: primo quidem quia accidet non repleri totum. In planis autem tres figuræ complere locum uidentur: triangulus: quadratum: & sex angulo figura: i solidis ãt duæ solæ: pyramis atq; tessera. Plures autem hisce sumantur necesse est: quia plura faciunt elementa. Deinde corpora simplicia uniuersa figurã suscipere i loco cõtinẽti uident: & maxie aqua & aer. Permanere igit elemẽti figurã impossibile é: nõ.n. totũ tangeret omni ex parte id quod

continet ipsum. At si in aliã uertet̃ figurã: nõ ulterius erit aqua: sed ipsa differebat figura. Quare patet figuras horũ definitas nõ eẽ. Sed natura hoc ipsum nobis declarare uidet̃: qđ & consentaneum est rõni. Nã ut in cæteris informe subiectũ ipsum esse oportet: maxime.n. hoc pacto id: quod oia suscipit formari figurasq̧ suscipere põt: ut in Timæo est scriptum: si & elementa aut materiam compositorũ eẽ putare oportet. Quapropter & mutari in sese mutuo possunt: cum per affectus ipsorũ differentiæ separant̃. Insup quoquo modo generari caro & os: aut quoduis compositorũ corporũ põt. Neq̧ enim ex elementis ipsis: qa non fit ex compositione cõtinuum: neq̧ ex planis compositionem sub euntibus: ipsa.n. elemẽta compositione generant̃: & nõ ea quæ ex elemẽtis cõstãt. Quare si quispiã exacte tales snias considerare uoluerit: & non sine exacta discussione probare ac acceptare generationem: ex hisce quæ sunt hasce tollere profecto uidebit. At uero & ad affectus & potentias atq̧ motus figuræ nõ sunt accomodatæ corporibus: i quæ maxime respicientes hoc pacto figuras ipsas distribuere. Veluti cum ignis facile sit mobilis & calefacit ac urit: quidam spæram: quidam pyramidem ipsum fecerunt: hæc enĩ facillime quidem mouentur: propterea q̧ minima tangunt minimeq̧ stabilia sunt maxime uero calefaciunt maximeq̧ uerunt: q̧ alterum totum angulus est: alterum acutissimum angulum habet: angulis aũt calefaciunt ut aiunt ac urunt. Primum igitur utrique de motu peccarunt: nam tam etsi figurarum hæ facillime mobiles sunt: non tamen ignis motu facile mobiles sunt. Notus enim ignis ad supera fit atq̧ recta: hæ uero facile ea motione mobiles sunt: quæ uolutio nuncupatur. Deinde si terra ideo tessera est qa stabilis est atq̧ manet: non autem ubiuis sed suo in loco manet: ex alieno uero fertur nisi prohibeatur: & ignis ẽt & cætera simili modo: patet & ignem & elementorum quodq̧ i alieno quidem loco spærã aut pyramidem quidem esse: in proprio uero cubum. Præterea si ignis ob angulos calefacit ac urit. uniuersa elementa calefaciunt sane: aliud tamẽ alio forsitã magis. Vniuersa.n. angulos habent: ut id qđ octo & id quod duodecim sedium est. Democriti uero snia spæra ẽt urit: qa quidã angulus est. Quare maiore differũt minoreq̧ gradu: hoc aũt falsum esse patet. Simul ẽt accidet & mathematica corpora calefacere: urereq̧ & illa nãq̧ angulos habent: & i ipsis indiuidua: & spæræ: & cubi: & pyramides insunt: præsertim si sint indiuiduæ magnitudines: uti dicunt: nam si illa quidem urunt: differentia est dicenda. Sed non sic simpliciter dicendũ est uti dicũt. Præterea si id quod uritur ignitur: ignis aũt aut spæra aut pyramis est: ea quæ cõburuntur pyramidem fieri: aut spæram necesse est: Incidere igitur atque diuidere sit accidẽs per rationem figuræ: pyramidem uero necessario pyramidem facere: uel spæram a metis penitus egreditur rationis: simileque est atque si quispiam gladium in gladios id quod diuidit. diuidere censeat: aut serram in serras. Præterea ad diuidendum solum igni faguram reddere ridiculũ esse ui det̃: ignis.n. cõgregare magis finesq̧ i unum redigere: q̃ segregare uidetur. Segregat.n. ea quæ non eiusdem generis sunt: congregat autem ea quæ sub eodẽ genere collocantur. Et congregatio quidem per se est: fines in unum cogere atque unire ignis ipsius est: segregatio uero per accidens: congregans enim id quod sub eodem est genere id quod alienum est excipit. Quare aut ad utrumque: aut potius ad congregãdum figuram igni reddere oportebat. Insuper cum calidum frigidumque potentia sit contraria: reddere frigido figuram aliquam impossibile est: propterea q̧ reddere quidem contrariam figuram oportet. Nihil autem cõtrarium est figuræ: quapropter & oẽs omittunt hoc: & tamen aut omnia figuris: aut nihil definire oportebat. Nonnulli autem de potentia ipsius dicere conati sibiipsis contraria dicunt: frigidũ enim id inquiunt


esse: quod

esse:quod magnarum partium est propterea quod premit & per meatus non transit. Patet igitur & calidum id esse quod transit: tale autem erit quod partium subtiliũ est. Quare fit ut paruitate magnitudineque frigidum differat calidumq; : sed non figuris Præterea si pyramides sint inæquales: magnæ non ignis erunt: neq; figura erit urendi causa: sed contrarium. Non differre igitur elementa figuris ex iis quæ diximus patuit. Cum autem propriissimæ differentiæ corporum per affectus sint & operationes atq; potẽtias: cuiusque enim corporis naturalis opera affectus potentiasq; dicimus esse. Primum de his est dicendum: ut post horum contemplationem cuiusq; differentias ad unumquodq; sumamus.

Finis libri tertii de cœlo.

Aristotelis de cœlo Liber quartus Io. Argiropilo interprete.

Capitulum primum.



E graui autem atq; leni quid est utrunq;: & quænam est natura ipsorum consideremus oportet: & propter quam causam hasce potentias habent: cõtẽplatio.n. de ipsis sermonibus ẽ accomodata de motu. Graue enim & leue ex eo dicimus: quia aliquo modo naturaliter moueri potest: operationibus autem ipsorum nomina posita non sunt: nisi quispiam putet tale esse ipsum momentum. Quia uero naturalis tractatio ẽ de motu: hæc autem motus quasi formẽta quædam in seipsis habẽt. Ideo uniuersi qdẽ potẽtiis ipsoꝝ utunt̃: nõ tamen nisi pauci definiuere. Visis igit̃ hisce primũ q̃ ab aliis dicta sunt: allatis ẽt dubitationibus q̃ ad hãc cõsideratiõe sunt necessariæ. Id deinde dicamus qđ nobis de ipsis uidetur. Grauia leuiaq; partim simpliciter: partim ad aliud dicuntur. Eorum.n. quæ pondus habent aliud leuius aliud grauius dicimus esse: ut æs grauius dicimus ligno. De his igitur quæ absolute dicunt̃ nihil a ueteribus dictum est: sed de hisce quæ ad aliud dicũtur. Non.n. dicũt quid ẽ ipsum graue: & quid ẽ ipsum leue: sed quid est ipsum grauius: & quid ipsum leuius in hisce quæ põdus habet. Id autẽ qđ dicimus magis dilucidum hoc pacto fiet. Quædã.n. a medio semper: quædam ad medium semper apta sunt ferri. Horum aũt id quidẽ qđ a medio fert̃ sursum: id autẽ quod ad medium fertur deorsum dicimus ferri. Absurdũ est.n. in cœlo non existimare aliquid supra aliquid infra esse quẽadmodũ quidã censent. Nõ.n. esse aliud superũ aliud inferũ dicunt: si omni ex parte simile est: & undiq; q̃sq; gradiens aduersis ipse sibi pedibus erit. Nos aũt ipsum uniuersi extremũ supra dicemus: quod quidẽ & positione est supra & ipsa natura primum. Cũ aũt ipsius cœli & quid extremum & mediũ patet & supra esse: ac infra quẽadmodũ & multi dicunt: uerum non satis. Huius autem causa est: cœlum ipsos nõ omni ex parte simile esse: sed unum tantum id semisperium esse: quod supra nos est putare. Quod si sumpserunt cœlum omni ex parte tale: & medium ad uniuersum similiter se habere: illud quidem superum: medium autem inferũ esse dicent. Id igitur absolute dicimus leue: quod sursum ad extremumq; fertur: id graue quod simpliciter deorsum atq; ad medium fertur. Ad aliud autem leue ac leuius id esse dicimus quod aliquo natura deorsum celerius fertur: utrisq; pondus habenti

bus:æqualemq; molem. Eorum igitur qui prius ad horum cōsiderationē uenerunt plurimi pene de leuibus hoc pacto grauibusq; solis dixere: quorum alterum utrisq; pondus habentibus altero leuius est: De hoc autem pacto graui leuiq; facta consideratione. De simpliciter etiam leui grauiq; determinatum a se fuisse putant. Sermo tamen ad ipsa non accomodatur.

Capitulum secundum.



Oc autem perspicuum magis erit: si ulterius progrediamur. Quidam enim de leuiore grauioreque sic dicunt ut in Timæo est scriptum. Grauius quidem id esse quod ex eisdem pluribus constat: leuius autem id quod eisdem paucioribus constat: quemadmodum plumbo plumbum & æs ære maius grauius est. Similiter & unumquodq; cæterorum similium forma: In excessione enim æqualium partium quodque grauius est: eodem modo lignum & plumbum dicunt: ex quibusdam enim eisdem omnia corpora & una materia esse aiunt: sed non uideri. Sic autem definitis non dictum est de simpliciter leui ac graui. Nunc.n.ignis quidem semper est leuis sursumq; fertur. Terra uero ac terrea cūcta deorsum atq; ad medium ipsum: quare non ob triangulorum paucitatē ex quibus quodq; ipsorum cōstare dicunt: ignis aptus est sursum ferri: maior.n.minus utiq; moueretur & grauior esset cum pluribus ex triangulis constet. Nunc autem contrarium sane uidetur. Quo enim maior est: eo leuior est & sursum celerius fertur. De supero etiam loco deorsum paruus ignis celerius & tradius magnus fertur. Insuper cum id quod pauciora habet ea: quæ sunt generis eiusdem leuius esse. Id uero quod habet plura grauius esse dicāt: Aerem autem & ignem ac aquam ex eiusdem asserant triāgulis esse: sed paucitate multitudineq; differre. Quapropter aliud ipsorum leuius aliud grauius esse: aliqua sane multitudo aeris erit: quæ grauior erit aqua. At totum contrarium accidit. Semper enim maior aer magis sursum fertur: & omnino pars quæuis aeris sursum ex aqua fertur. Quidam igitur ita de graui leuiq; diffinierūt. Quibusdam autem non satis uisum est hoc pacto diuidere: sed quāuis ætate uetustiores essent: de hisce tamen quæ nunc sunt dicta modo magis nouo intellexerunt. Nōnulla nāq; corpora mole quidem minora: sed grauiora esse uidentur. Patet igitur non satis esse ex æqualibus ipsis primis ea quæ sunt ponderis æqualis dicere constare: essent enim æqualia mole. Maius autē ipsorum grauius esse absurdum quidem est hisce dicere: qui prima ipsa ac indiuidua ex quibus ea corporum constant quæ pondus habent plana inquiunt esse: ii autem qui solida esse dicunt magis dicere possunt. Compositorum uero quoniam singula non hoc modo sese habere uidentur: sed multa grauiora minora male esse uidemus: quemadmodum æs lana: aliam quidam causam & putant esse & aiunt. Vacuum enim compræhensum leuare corpora dicunt: & interdum maiora facere leuiora: cum plus habeant ut inquiunt uacui: propterea & molem habere maiorem ex æqualibus solidis persæpe: aut ex minoribus composita dicunt: & omnino cuilibet leuioris plus inesse uacui cām aūt esse: dicunt igitur hoc modo de ipsis. Sed addant necesse est qui hoc pacto definiunt: si sit quippiam leuius: non solum uacui plus: sed & solidi minus habere. Si enim talem rationem excedet: leuius sane non erit. Ob id enim ipsum & ignem inquiunt leuissimum esse: quia uacui plurimum habet: eueniet igitur magnum aurum plus habens uacui ligno paruo leuius: esse: nisi & solidum ipsum habuerit multiplex. Quare hoc est dicendum. Quidam igitur eorum qui non inquiunt uacuum esse: nihil de leui grauiq; determinarunt ut Anaxagoras & Empedocles. Qui uero determinarunt quidem non

dicunt autem uacuum esse:nihil dixere cur alia corporũ leuia-alia grauia sunt: & alia sursum:alia deorsum semper feruntur.Nullam præterea de hoc mentionem fecerunt: nõnulla inquam corporum maiorem habẽtia molem leuiora minoribus esse.Neq; patet ex hisce quæ dicta sunt quonã pacto fiet-ut ipsi cõsentanea dicant iis quæ apparẽt.

Eos etiam quæ leuitatis ignis causam uacui multitudinem inquiunt esse. Eisdem ob noxios difficultatibus esse necesse est. Minus eni cæteris corpibus solidi & uacui plus habebit.Attamen erit ignis aliqua multitudo: in qua solidum & plenum ea quæ continentur in aliqua parua terra solida exuperabit.Q uod si & uacui dixerint: quonã modo definient ipsum simpliciter graue: Aut.n.hoc quod plurima solidorum habet-aut hoc quod uacui minus habet: si igitur hoc dicent modo-erit quædã terra adeo parua: ut in illa minus sit solidorum q̃ magno in igne.Similiter si uacuo etiam diffiniant: erit quippiam eorũ quæ semper deorsum feruntur leuius eo-quod simpliciter est leue semperq; fertur ad supera loca:quod quidem est impossibile. Id enim quod absolute est leue:leuius:est semper hisce:quæ pondus habent-deorsum feruntur: id autem quod est leuius: non semper est leue proptereaq; & in hisce quæ pondus habent-aliud alio leuius dicitur esse:ut aqua terra. At uero neq; hoc: uacuum inquam rationem ad plenum habere sufficiens ad soluendam dubitationem esse uidetur. Accidit enim & hunc modum dicentibus ipsum identidem impossibile.In maiore enim igne atq; minore eandẽ solidum ad uacuum rationem habebit. At maior ignis minore sursum celerius fertur. & maius aurũ plumbũq; celerius deorsum mouetur: & cæterorũ quodq; simili modo-quæ pondus habent.At hoc accidere profecto nõ oportebat: si hoc pacto graue leueq; est definitũ. Absurdũ aũt est:& si ob uacuũ qdẽ sursum ferat̃:uacuũ ãt ipsum nõ sursum feratur.At uero si uacuũ quidẽ aptũ est sursum ferri:plenũ uero deorsum: atq; ob hoc utriusq; lationis sunt cæteris causæ nihil de compositis considerare oportebat: cur alia corporum grauia alia leuia sunt.Sed de his ipsis dicere-cur leue alterum est: alterũ pondus habet.Et insuper quæ nam est causa ut plenum uacuumq; non distent. Vacat autem ratione & locum uacuo facere:quasi ipsum locus quidam non sit. Q uod si uacuum mouetur:esse quendam ipsius locum e quo & ad quem mutatur necesse ẽ. Et insuper quidnam ipsius motus est causa. Non est enim uacuum ipsum: non enim solum ipsum-sed solidum etiam mouetur. Similiter absurda accidunt: & si quispiam aliter definit:magnitudine paruitateq; faciens grauiora leuioraq;:& alio quouis extruens modo:uniuersis modo eadem materies assignetur:aut plures quidem-subcontrariæ tamen.Nam si una sit:non erit graue simpliciter atq; leue: quemadmodum iis accidit:qui ex triangulis constituunt elementa. Sin contrariæ sint ut ii qui uacuum plænumq; dicunt:dici non potest quam ob causam ea quæ sunt inter simpliciter grauia leuiaq;-grauiora leuioraq; sunt inter sese-& simplicibus etiam ipsis. Magnitudine autem paruitateq; definire:figmento quidem magis q̃ priora est simile.Sed quia differentiam elementorum facere potest:securius ad anteriores dubitationes se habet. Ei uero qui naturam unam eorum facit-quæ magnitudine differunt: idem accidere quæ hisce accidunt:qui materiam faciunt unam necesse est:& neq; leue quicq̃ simpliciter esse neque ferri sursum:sed aut posterius ferri:aut extrudi:& multa parua paucis magis grauiora esse.Q uod si hoc erit:accidet magnũ aerem-magnumq; ignẽ aqua terraq; parua grauiorẽ esse:quod quidẽ fieri nequit. Ea igitur quæ ab aliis sunt dicta: hæc sunt: atq; hoc modo dicuntur.

Tractatus secundus. Capitulum primum.

Os aũt primũ id definiamus oportet:quo de maxime quidam dubitãt. Cur alia corporũ sursum alia deorsum semp:Alia sursũ deorsũq; sucũdũ naturã ferunť. Deinde de graui leuiq; atq; affectibus hisce qui circa ipsa accidunt: q̃ ob cãm fiunt dicamus. De hoc itaq; ferri inquam unumquodq; suum in locum :per inde atq; de cæteris generationibus existimandũ esse uř. Nã cũ tres sint motus: alius in magnitudine alius in forma alius in loco:in horũ quoq; mutationẽ e cõtrariis in con traria:atq; in media fieri:& nõ ĩ quoduis cuiusuis mutationẽ eẽ uidemus. Simili modo neq; motuũ cuiusuis q̃duis:sed ut alterabile ac accrescibile sunt diuersa:sic & alterati uũ accrescitiuum eodẽ modo & loco motiuũ nõ q̃duis cuiusuis mobilis existimãdũ est esse:ad superũ igitur locũ ac inferũ motiua quidẽ sunt id qď ponderis:& id qď leuita tis est effectiuũ. mobile autem id quod potẽtia graue est atq; leue. Ferri uoro quodque suũ in locum nihil aliud est:q̃ in suã formã ferri:atq; hoc pacto magis quispiam existi mauerit id quod antiqui dicebãt:simile in quam in simile ferri:hoc.n.nõ omnino acci dit:non.n.si quispiam terrã eo in loco posuerit ubi nunc ẽ luna : queq; partiũ ad ipsam ferreť:sed eũ in locum ubi ẽt nũc ẽ collocata:oĩo igiť similibus & d̃ria nõ subeunti bus hoc accidat eodẽ motu necesse ẽ. Quare quo ps una q̃dã apta ẽ ferri eo & totũ ap tũ ẽ ferri. Cũ aut locus ipsius continentis sit finis :extremũ autem atq; medium om nia quæ sursum moueť deorsum contineat : atq; hoc forma eius quodãmodo sit qď continetur:suum in locũ ferri nil aliud est q̃ in simile ferri. Ea.n.quæ deinceps sunt col locata similia sunt. Aqua nãq; aeri & hic igni similis est. Cõtra uero dici in mediis q̃dẽ potest: in extremis uero nõ põt:uelut aerẽ aquæ & aquam terræ. Semper enim id qď superius est ad id quod sub ipso collocatur sic se habet:ut ad materiã forma. Quæ rere uero cur ignis ad supera loca:& terra ad infera fertur:idem quod hoc est. Cur sana bile si mouetur atq; mutatur : ea ratione qua est sanabile in sanitatem & non ad albe dinem uenit. Similiter & cætera alterabilia cuncta. At uero & accrescibile cũ hoc muta tur quo est accrescibile:non in sanitatẽ sed in excessionẽ magnitudinis uenit. Similiter & horum unumquodq; aliud in qualitate:aliud in quãtitate mutatur : & in loco leuia quidem ad supera:grauia uero ad infera loca proficiscuntur. Excipitur tamen hoc hæc .n.graue inquã ac leue in seipsis mutationis principiũ habere uidentur. Illa uero non in seipsis:sed foris ceu sanabile ac accrescibile:q̃q̃ & hæc interdũ ex seipsis mutantur:& p̃ uo facto in extremis motu alterũ in sanitatem alterum in incrementum accidit : & cũ idem sit sanabile ægritudinisq; susceptiuum:si ea ratione qua sanabile est moueatur in sanitatem pergit:sin hoc quo ægrotabile est in ægritudinem fertur. Magis tamẽ gra ue leueq; in seipsis principium habere uidentur:propterea quod horum materia pro pinquissima substantiæ est. Signum cuius est lationem absolutorum esse : & ultimam motuum generationẽ:Quare motus hinc substantia primus erit. Cum igitur aer ex aqua fit:atq; e graui leue:it superum locum uenit. Simul autem est leue : & non ulte rius fit:sed illic est. Patet igitur cum potentia fit:ad actum proficiscens uenire illuc. & ad tãtum & ad tale ubi est actus:& quanti:& qualis:eadẽ est causa : & ut terra ac ignis tam actu ad sua loca nullo impediente moueantur. Etenim alimẽtum cum prohibens & sanabile cum detinens sublatum fuerit:continuo feretur:& mouet ẽt & id quod ini tio fecit & id qď subtraxit:aut id unde resiliuit:ut primis in sermonibus dictũ est:in q bus definiebamus nihil horum ipsum seipsum mouere. Dictum est igitur quã ob cau sam fertur quodq; eorum quæ feruntur:& quid est suum in locum ferri.

Capitulum secundum.

DIfferentias autem:& ea quæ accidunt circa ipsa nunc dicamus oportet. Primum igitur sit deffinitum ut uniuersis uĩ:graue quidẽ simpliciter id esse qđ oĩbus substat:leue aũt id qđ super oĩa natat:simpliciter aũt dico in ipsum genus respiciens:& in ea in quibus ambo non insunt:ignis enim q̃uis magnitudo: nisi forte quippiã aliud ꝓhibeat ferri sursum uĩ:& terræ ẽt quæuis magnitudo deorsum eodẽ mõ:& celerius id fertur:qđ maius est. Alio uero mõ grauia leuiaq; sunt: ea qbus utrũq; idest:Etenim natãt sup aliqua:& substant ut aer & aqua. Absolute nãq; neutrũ hoꝝ leue est:aut graue:terra enim ambo sunt leuiora: quæuis enim ps ipsoꝝ subsidet igni ad seipsa uero simpliciter aliud est graue aliud ẽ leue. Aer enim q̃tauis magnitudine semp est sup aquam:aqua aũt quantauis quãtitate subsidet aeri semper. Quoniã aũt & cæteroꝝ alia pondus hñt alia leuitatẽ:patet eã dñam quæ in simplicibus ẽ hoꝝ oĩum cãm esse:ex eo nãq; quia aliud plus aliud minus illoꝝ sunt assecuta: alia corporum leuia:alia grauia erunt. Quare de illis dicendum est. Cætera enim illa prima sequuntur. Quod & eos oportere facere diximus:qui ob plenũ graue esse dicunt: & ob uacuum leue. Accidit igitur eadem non ubiq; grauia leuiaq; ob dñam primoꝝ uideri:lignũ.n.centũ libraꝝ plumbo unius libræ in aer e grauius in aqua leuius erit. Causa aũt est oĩa præter ignem pondus:& leuitatẽ præter terrã hr̃e. Terra igitur: & q̃ terra plurimũ habent ubiq; grauitatẽ habere necesse est:aquã aũt ubiq; præterq; in terra & aerem similiter:præterq; in aqua ac terra. Suo enim in loco grauitatẽ habẽt oĩa:præter ignem. Signũ cuius est:utrem inflatum plus ponderis q̃ uacuum habere. Quare si quid plus aeris habet q̃ terræ & aquæ:id in aqua quidẽ alio leuius:in aere uero grauius esse põt:nã non natat quidẽ super aerem:natat autem super aquã. Esse autẽ quippiã simpliciter graue:atq; simpliciter leue ex hisce perspicuũ est. Atq; leue simpliciter id dico:quod semp sursum aptũ est nisi ꝓhibeat:& graue id quod semp deorsum aptũ est ferri. Sunt enim aliqua talia:& non oĩa pondus habent:ut quidã putant. Nã & aliis quibusdã graue esse uĩ semp q; ad medium ferri. Est aũt & leue simili mõ. Videmus.n. uti dictũ est prius:terrea ipsa sub oĩbus esse collocata atq; ad mediũ ferri. At uero medium ipsum est definitũ. Si igit̃ est quippiã quod super oĩa eminet aere quiescente: patet hanc ad ipsum extremũ ferri:q̃re nihil ipse põderis habere põt: sed alio.n. collocaretur. At si hoc esset:aliqđ aliud esset ꝑfecto:qđ ad ipsum extremũ moueret̃:qđq; super oĩa quæ ferunt̃ collocaret̃. Nunc ãt nihil esse uĩ. Ignis igit̃ nullũ pondus hẽt. neq; etiã terra leuitatẽ ullã hẽt:si qdem subsidet uniuersis:idq; qđ subsidet ad ipsum mediũ fertur. At uero mediũ eẽ ad quod latio fit eoꝝ quæ põdus hñt:& ex quo leuia sursum feruntur ex multis patet. Primo quidẽ ex eo qa nihil ferri in infinitũ põt. Vt.n. nihil ẽ impossibile:sic neq; fit impossibile. Latio uero equopiã in quippiã generatio est. Deinde ignis quidẽ sursum:terra uero & quicquid põdus habet deorsum similes ad angulos fertur. Quare ad medium ipsum feratur necesse est. Vtrũ aũt ad terræ medium an uniuersi feratur. Cum idẽ medium sit ipsoꝝ alia ratio est. Cũ aũt id quod oĩbus substat ad mediũ ipsum ferat̃: id qđ sup oĩa natat ad ultimũ capedinis in qua fit motus ferat̃ necesse ẽ. Sũt.n. cõtraria mediũ: & extremũ & substare atq; natare. Quapp & cũ rõne duo sunt graue & leue:& loca.n. sunt duo:mediũ ipsum atq; extremũ. Est igitur quid & id qđ est inter hæc qđ ad utrũq; ipsoꝝ alteꝝ dĩ. Id eni qđ est iter extremũ aliquo mõ & mediũ est amboꝝ:quocirca est quid & aliud graue & leue:ceu aer & aqua.

Dicimus autem id quidem quod continet formæ esse:id autem quod cõtinet̃ materiei. Atq; hæc differentia uniuersis i generibus est:In qualitate eni & quãtitate ẽ aliud

ut forma magis aliud ut materies:& in loco simili modo.Superi enim est definiti in ferum materiei.Quare & in ipsa materia quæ est ipsius grauis & leuis quo quidem tale potentia eo grauis materies est:quo uero tale est eo leuis materies est:atq; eadem quidem est:esse autem non idem est:quemadmodũ & ægrotabile ac sanabile idem est: esse uero non idem est. Id igitur quod talẽ materiã hẽt leue est semperq; sursum fertur:id uero quod cõtrariũ habet graue est semperq; deorsum ferẽ. At ea quæ diuersas quidem ab his habẽt:sic uero inter sese habẽtes ut hæ se hẽnt simpliciter:& sursum & deorsum feruntur.Quapropter aer & aqua leuitatem habet:& põdus.Atq; aqua quidẽ uniuersis terra excepta substat:aer autẽ super omnia eminet igne excepto. Cũ aũt unum sit solum quod sup omnia natat:& unum item quod subsidet uniuersis duo alia esse necesse est:quæ & cuipiam substant:& sup aliquod collocanẽ. Quare & materias quot hæc sunt:tot esse necesse est: quattuor inquam:adeo uero quattuor ut una qdem sit omniũ cõmunis:præsertim si ex sese mutuo fiunt:esse uerum diuersum sit. Nihil enim uetat ut inter cõtraria unum sit atq; plura:queãdmodũ in coloribus:Multis enim modis dicitur id quod est inter ac mediũ ipsum. Vnũquodq; igitur eorum quæ pondus habent leuitatemq; : pondus hẽt suo in loco:leuitatem aũt non hẽt:nisi in hisce sup quæ natat.Quapropter si subtrahantur deorsum i id fertur quod deinceps est collocatũ.Aer quidẽ in locũ aquæ:aqua uero in locũ terræ.Sursum aũt i locum ignis si ignis ipse tollatur:aer nõ ferreẽ nisi ui:sicut & ipsa aqua trahitur:cũ ipsum planũ fuerit unũ: atq; celerius quispiã traxerit aquã sursum q̃ sit ea latio qua fertur ipsa deorsũ: neq; aq similiter in aeris locũ fertur:nisi uti nũc diximus. Terra aũt hoc non patiẽ:qa planum nõ est unũ.Quapropter aqua quidem in uas ignitũ trahiẽ. Terra uero non trahiẽ. Vt autẽ terra nõ fertur sursum:sic neq; ignis deorsum fertur si subtrahatur aer. Nihil eni ponderis habet:neq; suo in loco:quemadmodum neq; terra ullius est particeps leuitatis. Feruntur autem duo deorsum si infera subtrahantur.quia aliud est absolute graue:quod quidem omnibus subsidet:aliud ad aliquid graue:quod quidem suum in locum aut in eorum super quæ natat propter materiei similitudine fertur.

Capitulum tertium.

Esse autem necessarium æq̃les facere dñas:ipsis patet.Nã si una sit:una sit omniũ materies aut uacuũ aut plænũ aut magnitudo aut triãguli aut uniuersa sursum aut uniuersa deorsum ferenẽ:altera uero latio non erit.quare nihil erit simpliciter leue:si cuncta inclinanẽ magis deorsum:ex eo qa aut ex maioribus sunt corporibus:aut ex pluribus:aut quia sunt plena.Hoc autẽ ut uidemus:& demonstratũ est:similiter inquã deorsum semper & ubiq; ac sursum corpora ferri. Si uero uacuum sit:aut qppiã tale qđ sursum semp feraẽ:non erit id qđ semp deorsum ferẽ:& mediorum aliqua celerius deorsum:q̃ terra ferrentur.Magno eni in aere triãguli plures erũt aut solida aut plana:at nulla pars aeris deorsum ferri uĩ.Similiter & in leui. Si illud fecerit quispiam excedere materia ignẽ.Sin uero duæ sint materiæ:ueluti si quispiã dixerit esse uacuũ atq; plenũ.Ipsa media aer inquã & aqua quonã pacto faciẽt ea quæ faciunt:ignem igiẽ uacuũ esse dicunt:quapropter & sursum ferẽ:terrã aũt plenũ:quocirca deorsum ferẽ:aerẽ uero plus ignis hẽre:& aquã plus terræ.Erit itaq; q̃dam aqua: quæ plus ignis habebit q̃ paruus aer:& aer magnus plus terræ q̃ parua aqua. Quare magnã aliquã aeris partem aqua parua deorsum ferri celerius oportebit:hoc aũt nusq̃ unq̃ fieri uideẽ. Vt igiẽ & ignem ideo sursum ferri necesse est:qa hoc hẽt uacuũ iquã: cætera uero non:& terrã ideo deorsum ferri:qa plenũ hẽt:sic & aerẽ ideo suũ in locum

ferri ac super aquam collocari necesse est:qa hoc habet:& aquam ideo deorsum ferri ac sub ipso aere collocari quia hoc habet.Si uero aut unum quid ambo sint aut duo: ambo uero insint utriq;:erit aliqua multitudo utriusq; qua quidem ac rem aqua paruum excedet supero:& aer aquam infero:quemadmodum sæpe est dictum. Figuræ autē causæ non sunt ut aut sursum aut deorsum absolute ferantur:sed ut celerius tardiusq; ferantur.Propter quas autem causas non est difficile uidere.Dubitatur enim nunc cur latum ferrum plumbumq; super aquam natat:alia uero minora minusq; grauia si rotunda sint:aut longa ut acus deorsum ferunt:& nonnulla ob paruitatem:ut aranea auri aliaq; terrea puluerisq; similia super aerem natat.Causam igit̃ omnium hoꝝ esse putari uti Democritus censet:non recte se habet.Ille enim dicit ea calida quæ sursum ex aqua feruntur grauium ea quæ lata sunt substinere:angusta uero dilabi: pauca eni ea esse quæ ipsa offendunt. In aere autem magis etiam idipsum fieri oportebat ut obiicit ille ipse:obiectione uero allata molliter soluit.Dicit.n.non in unum motionem eorum corporum fieri quæ sursum feruntur. Cum autem continuorum alia facile alia minus facile diuidi possint:& diuisiua modo eodem alia magis alia minus: has esse causas est putandum.Id igitur facile diuisibile est: quod facile terminos suscipere potest: & id magis quod magis. Aer autem magis est tale q̃ aqua:& aqua magis q̃ terra: minus etiam quoq; in genere:corpus magis facile diuiditur:faciliusq; disrumpitur. Ea igitur quæ latitudinem habent quia multum compræhendunt: ideo supra manent: propterea quod non facile illud disrumpitur.Ea uero quæ contrario modo sese habent figuris:quia parum compræhendunt:ideo deorsum feruntur: propterea quod facile illud diuidunt:& in aere multomagis:quo facilius q̃ aqua diuiditur.Cum autem & põdus aliquas habeat uires quibus deorsum fertur.& continuo similitudo ut non disrũpantur:hæc inter sese conferre oportet. Si uires enim eas uires quæ in continuo sunt ad disruptionem diuisionemq; exuperẽt.Vim inferet ipsum graue:celeriusq; deorsum feretur:sin imbecilliores sint:supra manebit atq; natabit. De graui igitur atq; leui: & de hisce quæ circa ipsa accidunt a nobis modo sit definitum.

Aristoteles de cœlo liber quartus:& ultimus explicit.

Præfatio Ioannis Argiropyli Bizantii in librum Metaphisicorum Aristotelis ad Petrum Medicem florentinum.

IOannes Argiropylus Bizantius:Magnifico uiro Petro Medico.S.P.dicit.Cũ ad studiorum pristinam institutionem:atq; ad hunc librum tandem traducendum ut nostris placuit animum appulissem Magnificentissime Petre: nõ minorem animo cæpi dolorem:q̃ acerbissimo eo die:quo illud: immortalitate dignum ingenium:illa humanitas:illa summa uirtus præstabilissimum:patris non sine omnium detrimento extincta.Nam & si diuturnitas temporis sedare tales dolores tandem mitigareq; solet:fit tamen interdum:ut attrectatione rerum earum quæ ad extinctum olim nobis clarissimum cum uiueret pertinebant:quæq; nobis cum illo erant communes:uetus ille dolor quem illius obitu cæpimus atq; molestia renouetur. Vt enim me ad id negocii retuli:longo interuallo morte illius diuini hominis intermissum: cum ad quem omnis meus labor:omnis actio:omnis institutio uitæ referebatur:continuo mẽte atq; animo requisiui.Et heu sæpius repetitio:ubi ẽ noster:parens:ubi lux nostra:ubi

ſtudiorum noſtrorum princeps ac concitator:ubi auctoritas.illa ſumma iterum atque iterum exclamaui.Et quãquã antea ſæpius nunc mecum ipſe:nunc cum neceſſariis cõmune omnium incommodum detrimentumq; defleui:tamen quaſi tum de illius obitu mihi primum eſſet renunciatum:nouo quodam dolore uehementer perculſus/ atque commotus:non ſine plurimis lachrymis orbitatem communem noſtrum omniũ acerbiſſimam deploraui.Subminiſtrabat mihi dolorem partim præteritorum temporum fœlicium recordatio inde ſtatim emerſa:partim rerum præſentium turbulentiſſimus ſtatus: partim ſtudiorum noſtrorum tepiditas:ne dicam interitus incommodorũque turba cæterorũ animaduerſa:augebat moleſtiam ipſe etiam metus. Cuius enim ſapiẽtia cuius innocentia cuius integritate cuius auctoritate ſumma res publica gerebatur: is medio ſublatus eſt hac in aſperitate rerum horumque temporum formidoloſiſſimorum conditione:perindeque eueniſſe uidetur:atque ſi media tempeſtate nauis gubernatorem ſuum peritiſſimum amiſiſſet:cuius ſumma induſtria ſummaque arte ſæpius antea urgentibus in procellis atque periculis incolumis tempeſtate iam minitante ſubmerſionem.euaſit.Indicarunt id ita eſſe complures rerum euentus: & calamitates etiã cõplurium ciuium circa rem pecuniariam poſt interitum illius ſtatim exortæ:cum fortunis amiſſis ſolutione impedita.fidem conſtitit concidiſſe quod quantum rebus publicis noceat nemo eſt qui ignoret.Iam uero iucũdiſſima:um illarũ congreſſionum memoria qbus tantum delectationis tãtũq; fructus percipiebam:ut inde me ſemper letiorem diſcedere doctioremque ſentirẽ.refricabat animũ ac uehemẽter augebat.Quid plura. Illæ ſeſe mihi ultro offerebant extinctæ uirtutes: quæ neque tot ullo in homine ſimul unquam neque tam exacte fuere.fortitudo/modeſtia benignitas/magnificentia magnitudo animi/humanitas/iuſticia/ſapientia:cæteræ omnes:quibus ampliſſimus ille animus imbutus ac perornatus non humanus iam animus/ſed altioris eſſe naturæ cuiuſdam particeps uidebatur.Quis.n.illo fortior unq̃ in periculis fuit formidoloſiſque rebus.Omne diſcrimẽ ſumma uirtute:Omne periculum ſuperauit.Nullis minis unq̃ fortunæ:nulli temeritati ſuccubuit.Quantæ uero modeſtiæ fuit:homines qui in tãta proſperitate rerum collocantur licentiaq; oſtendunt.Cuius non dico priuati hominis non unius cuiuſdam principis regionis/ſed multarum gentium nationumque regis aut tam multa:aut tam ampla magnificentiæ opera propria in ciuitate aut audiuit quiſq̃:aut uidit extare.Aedes deorum quas illa ampliſſimas atque pulcherrimas condidit/ipſam fere totam ciuitatem occupare uidentur. Nec ſatis id fuit ad amplitudinem tantæ uirtutis:ſed extra mœnia urbis inſtar oppidi fanum inſuper addidit omni diligentia/oi ornatu/ut nihil ſupra conſtructum proinde quaſi ſtatuiſſet nullum patriæ locum his ornamentis quæ ab hac uirtute proficiſcũtur carere oportere.Omitto ea quæ difficillimis tẽporibus facultatibus propriis ultro magnificentiſſimæ reipublicæ nec poſtulanti q̃dem perſæpe ſubminiſtrabit:prætereo beneficientiæ liberalitatiſque munera: ĩ quibus etiam nulli prorſus hominum exuperationem reliquit.At quantũ animum extulit:exterminarum rerum contemptio deſpiciẽtiaque declarat.Nihil enim præter uirtutem: nihil præter honeſtum atque decorum optauit.Et enim honores quidem ſi mediocres eſſent: paruipendebat:neque enim faſtigii tanti quicquam eos unquam attigere poſſe putabat/ſin magni non expetebat quidem.At haud tamen accedentes properanteſq; cũctos repudiabat.non propterea quod ad tantam amplitudinẽ accomodarẽtur. Quid enim tantæ per deos imortales ut præmiũ accomodari uirtuti poteſt: ſed ut ptim ipſe offerentiũ honeſte uoluntati obtẽperaret:ne humanitatis qcq̃ officium omittatur.ptim

nō ingrati sui ciues atque patria erga se uiderenť:ne uitio quicq̄ sua ex pte charæ patriæ tribuatur. Diuitias aūt tanti faciebat:ut id inde tantūmodo conseq possit quod benigni tas atq; magnificentia flagitabat. Quocirca patrimoniū adeo auxit facultatesque sibi tantas sine ulla prorsus iniuria comparauit:ut ad perpetuos sibi sumptus suppeditare nō liberales modos sed magnificos ēt abundātissime possint. Nō enī erat tātæ prudētie pecuniaꝝ munus atq; officiū ignorare sed maxime oium id ad eas accomodauit:qd' & natura ipsa & hoium uita. & institutio reipublicæ inde ab humanarū rerum exordiis eis tribuisse uidetur. Eum uero affectum quo misere circa ipsas hominum exorbitando complures afficiuntur:floccipendit: atq; contempsit:sordidorumq; hominū & opificū nō liberorum eē recte putauit:In utroq; etiā rerum statu qualem se præstitit. Euenerūt eni & ea quæ uidētur acerba.haud scio an potius diuino quodā cōsilio q̄ temeritate for tunæ:ut hac ēt ex parte uirtus amplissima huiusce hominis elucescat. Nemo mediussi dius inditiis ullis unq̄ qbus aduersitates in uita prosperitatesq; facile admodum indicā tur:nunc aduersam in hoc homine nunc prosperā iesse fortunā:siue id significari uul tu. siue uoce siue gustu siue quouis alio soleat descernere potuit:adeo sese constantem adeo sibi similem adeo cum æquanimitate semper utroq; in statu rerum præstabat: nā & ea quæ plerisq; eximia præclaraq; uidenť:parua ducebat rationeq; firma semper ac stabili contemnebat & ea rursus quæ uidētur acerba:quæ multa & uaria in hominū ui ta fortunaq; uersantur:ita ferebat:ut nihil a statu naturæ:nihil a decore:nihil a dignita te dimoueri atq; discedere uidereť. Venit hoc in loco mihi in mētē id quod postero die post obitū clarissimi filii illo in homine uidi mirabile sane:& hominum natura lōge su perius. Nā ut alia omittā quibus in illo acerbissimo funere celsitudinem animi cunctis ostendit hominibus: postero die ut dixi nos quidem eum ut fieri consueuit adiuimus ut tū præsentia nostra:tū uerbis eius leniremus aliqua ex pte dolorem:quo illum tanto filio orbatum affici putabamus. At ille quasi nihil mali nihil incōmodi contigisset:qua si nullus esset in ædibus luctus:nullus ciuitatē recētissima filii morte mœror: nulla pe nitus afflictio occuparet:de īperatorio munere:de reipublicæ gubernatoris officio ca su nescio inter loquēdū oblato differere disceptareq; aggressus est: perinde atq; de hoc ipso tūc de īdustria ageret. Vbi patrocinio reipublicæ præfecti suscepto:tū auctorita tibus sapientum hoium :tum subtilissimarum copia rationum ciuilis hominis officiū longe anteire muneri ductos exercitus aduersus eos q rebus urbāis bellicas anteponūt simul etiam interloquendum proh dii īmortales arridens:accuratissime summa cū ue hementia summaq; cū elegantia demonstrauit:obstupui me hercle:atq; hoc tantū cū discederemus ad illum dixisse memini:nos non a nobis sibi consolatione:sed a se nobis allata discedere.quādoquidem tā excelso animo præstabilissimi filii perferre mortem sentimus:ut neq; eā tam recētem animaduertere uideatur. Quis hæc cato:quis hæc so crates:quis hæc lysander egisset. Sunt hæc profecto hominis incredibili robore animi septi:qui omnia sua in se esse dixit:casusq; humanos uirtute inferiores esse putauit:qui sibi firmissimū in uirtute præsidiū nullam infortuna rationem uitæ nullam ī humanis rebus omnino spem collocauit. Atqui tanta humanitate tanta mansuetudine fuit:ut sit difficile dictu utrum in uirtutibus iam dictis magis:an hoc genere uirtutis cæteros ho mines superauerit. Etenim non minus priuatis q̄ i dignitate cōstitutis:nō magis elegāti bus q̄ multitudini sese præstare facilē uidebatur. Nulli unq̄ difficilis ad eū aditus fuit: oībus æq fores patebāt. Atq; q adeo dignitate q auctoritate cæteris suis ciuibus āteibat is par īfimis facilitate eē uidebať. Et quē grauissimū eē quē seuerissimū oēs uno ore di

cebant:is omnium iucundissimum uenustissimum urbanissimum ultro sese omnibus offerebat:tantam & in hoc genere uirtutis palmam tantum excessum sibi uir ille prae- stabilissimus comparauit:quid de iusticia dicam:qua societas hominum uitaeque hu- manae cōmunitas continet. Nonne omnes ipsius partes & consecutus est exactissimae: & ad usum contulit summa cum aequitate. Atque ut omittā qualem se semper in hisce rebus praestiterit:quae uel ciuitati uel aliis ad ipsum erant seruādae. Qui nanq; nihil oī no magnū praeter uirtutem ac honestatem esse censebat:hisce facile qualisnam & i illis fuisse perspicitur nonne cōmunibus pro cōmunibus priuatis ut suis quēque ciuiū uti coegit nōne in quēque bonorū suis pro meritis in republica partim honores parti uti litates accomodatissime conferebant. Nōne ut uirtutem omnino praemiis:sic prauitatē poenis afficiebat. Cupidos pluris aspernabat̃: suis contentos amplectabat̃ hos enim aptos:illos ineptos ad conseruandā hominū societatem esse putabat. Quapropter his ad gerendam rempublicam ūtebat̃:illos ut pestem eiusdem luem atq; perniciem post habebat. Praeterea nec inopes unq̃ quicq̃ moliri contra diuites permittebat:& locuple- tum potentumq; cupiditates semper atque libidines coercebat: quae quidem maxime si negligant̃ ciuitates euertere solent. Nunq̃ etiam cuiq̃ ex rebus publicis cōmodi plus uel incōmodi minus ob amicitiā:aut contra ob inimicitiam uisus est attulisse. Si beni- uolum etiam cuiq̃:aut maliuolum fuisse finxerimus:qui talia cuperet aut uirtutis ali- quid prae se uestigium ferret. sed ad uniuersos aequitate perpetua summa cum integrita te ac innocentia utebatur:cunctaq; meritis semper atq; uirtute metiebat̃. Quid plus il le rhadamantus in administranda iustitia quid exaptius ille minos egisset. Equidē sem per censui:si poetae propterea relictis olim mortalibus astream petiisse coelum dixere: quod diuina iura humanaq; peruertebantur. tempestate illius diuini hominis asseren- dum esse illam a superis non iniuria descendisse:propterea quod uniuersae sanctae socie tatis humanae partes ab illo summa cum aequitate ac singulari iustitia administraban- tur. Age uero paucis admodū quis aut qualis extiterit hisce uirtutibus:quae ad res agen das aut contemplandas mentem disponunt consideretur. Nam cum prudentia sit ratio quaedam:quam in prospiciendis disponendis exequendisue rebus oportune pro conse quendo fine non sine honestate consistere scimus:quis est adeo rerum ignarus adeo iu dex iniquus:ut hac in ratione quenq̃ anteponere illi conetur. Quem enim aut in inue- niendis illis acutiorem:aut in ordinandis habiliorem:aut in executioni mādandis cele- riorem afferre potest. Nisi quosdam fortasse rerum euentus in summo statu fortunae ui riumq; copia:rebus aduersariorum iam declinatis:in mediū afferre:ac illis gradus hu- iusce rationis metiri diiudicareq; uelit. At haud ignoret oportet:in aliis magis illos q̃ in hac consistere ratione. Neq; enim dux si uictoriam paucioribus copiis consequatur mi nus laudari solet q̃ si pluribus eadem esset potitus. & hominum eos qui nullis aut tenui bus facultatibus magna quaedam sibi suisq; comparauere:magis efferre laudibus con- sueuimus:q̃ eos qui iam magnis aut adauctis facultatibus magna pro magnitudine re- rum sunt consecuti. Huius enim maximam sane partem quasi suo iure copiae sibi facul tate suae illud pene totum prudentia non iniuria sibi uendicare uidetur. Quae cum ita sint:si grandiores euenerit in agendo:non eam a grandiore continuo prudentia profe- ctam esse putare oportet:nisi sint & caetera paria:quae quidem ad agēdum expedire & conducere solent. Quis igitur ut eo redeamus unde parumper digressi sumus perspi- catiorem unq̃ in agendo celerioremue quenq̃ illo fuisse dicet:q res quidem agendas uti gestis percipiebat:deliberatiōe uero praemissa sine ulla mora rem exequi: quāq; suo in

tempore breuiori semper conficiebat. Erat in illo nimirum acumen ingenii summum: erat perita rerum atq; experiētia singularis. Nemo mores hominum exactius illo uoluntatesq; nouit. Nemo quæ antecedere quæq; sequi solent ac euenire certius illo sciebat. Omnes præterea res gestas in credibili memoria omnia monumenta omnia uetustatis exempla: non domestica solum sed etiam externa tenebat: totam insuper disciplinam ciuilem: totam administrationem institutionemue: reipublicæ: omnia denique sociorum iura fœdera pactiones exactissime cognoscebat. Nihil omnino ratiōis rerum agendarum diuino illi homini: nihil prorsus suppellectilis prudentiæ defuit: quæ cum facultatem summā ad res agendas conflare: hominēq; promptum atq; idoneum ad facile celerrimæq; agendum suapte natura reddere sine controuersia soleāt: dubitabit ne quisq̄ quin illi primæ tribuendæ sint in hac quoq; uirtute profectioneue partes in quo tanta rerum copia fuit tam immensa lautaq; suppellex. Testis est illius summæ prudētiæ ciuitatis huiusce præclarissimæ tam in bello q̄ in pace: tam in difficilibus temporibus administratio nō uulgaris statusq; summus: in quem suis ille cōsiliis sua industria suis laboribus summus ipsam persæpe periculis liberatam perduxit. Testis est quisq; ciuium: testes Italiæ ciuitates: testes deniq; omnes eiusdem principes: qui nō pro cōmunibus solum sed priuatis etiam propriisq; rebus ad illius ædes tanquā ad Apollinis oraculum assidue proficiscebantur. Non enim hæc solum amplissima ciuitas publicæ priuatimue: sed etiam omnes fere ciuitates italiæ regna omnia consiliis illius identidē regebantur. Quod si unius rei familiaris peritiam: si ciuitatis unius rectam reiq; publicæ gubernationem nemo est qui non ab exacta quadam emanere prudentia fateatur: quid de hominis illius sapientia tandem suspicari credere assereréq; debemus. At uero quod difficillimum esse constat: eundem utroq; in genere elaborare rebusq; agendis ac contemplandis operam dare. Id illo in solo perfacile uidebatur. non enim ut omnes fere facere consueuerunt aut propter rempublicam gerendam studia litterarum contempsit aut propter studia humanitatis a negociis publicis se remouit: sed quasi neutrum genus alterum impediret alterumq; alterius indigeret. utrunq; sane complexus. est ac utriusq; studio perflagrabat. Etenim utrunq; per se difficile esse: ac ingenium acutum ualde requirere: totumq; hominē neglectis cæteris omnibus occupare ipsa experientia magistra rerum omnium docet. Quod cū ita sit quāta est difficultas utriusq; simul studii incumbendi percipi facillime potest. Atque hinc efficitur: ut & simul uix in eodem utrunq; reperiatur: & alteri impedimēto alterum esse putetur. At ille adeo utrunq; secutus est ut non solum inter illa pugna eē penitus nulla sed ne perfectum quidē alterum eē posse sine altero uideatur: & insup neq; hominem ullum unq̄ perfectissimum euadere posse: nisi utrunq; fuerit consecutus. Vidit enim homo sapientissimus & quid natura homini polliceatur: & quid ipse ingenio poterat habilitateue naturæ: quāobrē spatio uitæ ad utrunq; officium exercendum instituto: ac distributo: modo gubernationi rei ciuilis rebusq; agēdis oīno: mō cōtēplationi summa cū uoluptate uacabat. Nec minus in ifirmissima ualitudine affectaq; iam ætate facere uidebatur. Sed itentum aīum in ipsa etiam senectute perinde: atq; arcū habebat: neq; ullis oīno senectutis unq̄ incōmodis succūbebat. Perlegit poetas omnis: perlegit historias omnis: perlegit facultatis dicendi disserendiq; præcepta: scientiam morum: scientiam ciuilē percepit: inuestigauit exacte rerū naturas. Diuinaq; insuper rerū cōplexus est ueritates: oīum oīno bonaq; artiū scriptores atq; doctores peruolutauit. Nihil omisit sibi incognitum qđ sit libero hoīe dignū. Quē igiť uniuersæ uirtutes adeo perornarunt perfectissimumq; hoīem reddi-

derunt eum ne quisq̃ finem humanum non consecutum esse putabit. At quibus in aliis æquitatem seruabit. Ciues uero illũ omnes & dum aura uescebať: ut heroa semideũq; uenerabantur: & postea q̃ excessit e uita deorum honoribus prosequũtur patremq; patriæ appellarunt: quod quidem nondũ apud eos cuiq̃ proditũ est memoria contigisse: adeo plus illi: q̃ fœlici homini tribuerunt. Hæc igiť omnia atq; plura cũ ad hũc librum traducẽdũ uti nostris placuit aium appulissem magnificentissime Petre: mihi ut supra dixi continuo in mentẽ uenerũt. Et quanq̃ illi clarissimo homini nihil ex morte ꝓrsus incõmodi cõtigit. Q uid enim ei mali cõtigisse quispiam dixerit: qui fœlicitatẽ summũ hoium bonũ fineq; ultimũ cõsecutus honoribusue maximis ac reipublicæ muneribus pfunctus amplissimis exacta iã ætate nõ ad inferos descẽdisse: sed ad ipsos nõ iniuria superos: ob tres etiã diuinas uirtutes quas maxime præ cæteris est adeptus euolasse recte peruenisseq; uideť: tamen nõ dolere: tantũq; a nobis sublatũ bonum: ac nostrũ omniũ inde emerium incõmodũ orbitãtemq; acerbissimam non deflere deplorareq; non poteram: præsertim nostroꝝ studiorum recordatione cõmotus: quæ quidẽ ad illum semper referebantur. Non eo hoie iam sumus orbati: ad quem solũ oẽs illoꝝ redigi labores solebant. Itaq; & omisissem hoc opus profecto: ad quod amici suscipiendũ me compulere: nec honeste illoꝝ obsecutus uoluntati fuissem nisi tu mihi occurrisses dignissima illius diuini hominis proles. ad quẽ ut cætera oĩa sic & has nostras lucubratiões atq; labores hereditario iure accõmodatissime referendos esse putaui: scio. n. te & ingenio inferiorem non esse patre: & instituto iamdudum illius optimo uiuere: & nõ solum hereditatem illius gloriæ sed factorem gestarumq; rerum imitationẽ ad teipsum maxime pertinere putare: neq; quicq̃ abs te deferendum esse: quod aut a patre erga alios: si uita maneret: aut ab aliis erga patrem seruandum esse putares quare ad utriusq; nostrũ officium pertinebit si & ipse tibi ea obtulero quæ patri offerre semper institui: & tu ea leto susceperis animo quæ a me ille libẽter ut grata sibi suscipiebat. Hoc etiam pacto & mihi aliqua ex parte dolor ille uehemens lenietur: te enim studiorum nostrorum principem uti patrem te auctorem habebimus: & ut te ipse tibi quem charissimum habeo nõ mediocrem utilitatem ac uoluptatem ex hisce nostris studiis comparabis. Est aũt opus hoc diuini Aristo. liber ille: quem primam philosophiam: quem theologiam: quem sapientiam & librum post naturales libros peripatetici nuncupare cõsueuere: cuius si utilitatis ubertatem: si subtilitatem si dignitatem si excellentiam enitar nunc recensere: & longioris sane temporis indigebo: & tibi fortasse non incognita recensebo. Hoc unum scias uelim. Hunc omnium librorum Aristotelis præstabilissimum & nobilissimũ esse: ac finis ad illos rationem subire. Est enim de altissimis præcipue & nobilissimis rebus: a quibus & omnis series rerum earum quas sensu percipimus: & omnis uarietas emanat ac proficiscitur. Q od si nobilitate subiectæ materiei scientiarum facultatum q; nobilitatem uenari non incongrue consueuimus. quantum hunc cæteris præstare & nobilitatis dignitate & auctoritatis pondere putare debemus. Accedit eodem & beatitudinis humanæ fœlicitatisue ratio: quam omnes sapientes homines & huiusce modi rerum cognitione contemplationeq; maxime consistere dicunt. Accipe igitur hunc: præstabilissimum librũ a me tuo nomini: & studio perlege acriore inuenies certo scio faciliores nunc cognitu snias omnis eius: quas per obscuras olim interpretandi modus ille rudis reddebat uale: & si quid hoc pacto tibi gratum uideor: si quid iucũdum subministrare: id omne uinculo tribuas beniuolẽtiæ uelim: quod quidem me bonitatis amatorem & patri tuo beatissimo: & tibi studiosissimo ut par erat uehementer coniunxit.

Incipit Liber Metaphisicæ Aristotelis primus: Ioanne Argiropilo Bizãtio interpræte.



Mnes homines natura appetunt scire: signum cuius est ipse sensum amor: sine nanque utilitate propter seipsos sensus amantur: & maxime uisus. Non enim solum ut agamus: sed si nihil etiam acturi sumus: uidere sane præ cæteris uniuersis expetimus: idq; ex eo fit quia sensus hic ad cognoscendũ maxime suppetit: complerésq; differentias rerum declarat. Animalia igitur una cum sensu natura fiũt. Ex hoc autem in aliis memoria non fit: in aliis fit & propterea eorũ quæ memoriã habẽt alia prudẽtia sunt: alia magis discere possunt. Et prudẽtia qdẽ sine habilitate discẽdi sunt: q̃ sonos audire nõ possunt: ut apes: & si qd aliud tale genus ẽ animalis: discit aũt id omne: qd & hũc cũ memoria sensum habet: cætera igit animalia imaginationibus atq; memoriis uiuũt: expertiaque experientiæ sunt nisi per parum. Genus autẽ hominum & arte uiuit & ratione: atque ex memoria quidem hominibus experientia fit. Complures enim eiusdem rei memoriæ unius experientiæ facultatem efficiunt. Videnturq; scientia & ars & experientia fere similes esse. Per experientiam autem ars emergit atq; scientia: nam experientia quidem ut inquit polus artem effecit: recte dicens in experientia uero fortunam. Fit autem ars: cum ex multis experientiæ conceptibus una de similibus oritur uniuersalis existimatio: nam existimationem habere: hoc ægrotanti calliæ hoc morbo atq; socrati & compluribus item per singulos profuisse id experiẽtiæ nimirum est: at oibus talibus per unam definitis speciem ac affectis ægritudine cõtulisse: ut hisce qui pituita aut bili abũdabant aut æstu affligebãtur: id iã artis esse uidetur. Atq; ad agẽdum quidem experiẽtia non differt ab arte: quin etiam exptes rem magis attingere uidemus. q̃ eos qui rationem sine experientia habent: idq; propterea fit: quod experiẽtia quidẽ singularium: ars aũt uniuersalium est cognitio. Actiones uero generationesq; omnes circa singularia sane uersantur: nam qui medet: non hoiem sanat nisi per accidens: sed calliã uel Socratem uel cæterorũ aliquẽ qui hoc pacto dicũtur: cui accidit hoiem eẽ. Q d si quispiam sine experiẽtia rationẽ habeat: & uniuersale quidẽ cognoscat: singulare autem qd in hoc est ignoret: is in medendo persæpe peccabit: singulare. n. magis in curationem cadit ut patet: attamẽ cognoscere ac intelligere magis arti q̃ experientiæ competere arbitramur: artificesq; sapientiores expertis esse censemus: ex eo sane quia sapientia in cognoscẽdo magis cunctis accomodatur: idq; ppterea quod illi quidem causam sciũt: hi uero nesciunt: experti nãq; esse quidem sciunt: sed propter quid sit ignorant: illi uero propter quid & cãm ipsam cognoscũt. Q uapropter & architectos circa singula præstabiliores esse magisq; scire: q̃ eos qui suis manibus opus artis conficiunt: & sapientiores esse putamus: quoniam hi quidem efficiendarũ rerũ causas sciunt: illi uero p inde sese habẽt atq; inanimat: quæ faciũt quidẽ at nulla prsus cognitiõe: ut ignis urit: hæc tamẽ natura quadã: illi cõsuetudine faciunt. Q uibus efficitur ut sapientiores sint quidam: non quia peritiores sint in agendo: sed quia rationem habeant causasq; cognoscant: Omnino aũt docere posse: scientis signum esse. Censemus: quapropter artẽ magis q̃ experiẽtiam scientiã esse putamus: artifices enim docere possunt: experti nõ pos-

ſunt præterea nullū ſenſum eſſe ſapientiā arbitramur. Quāq̄ enim hi ꝓpriiſſime ſunt
cognitiones ſingulariū rerū:de nulla tamē ꝓpter quid dicunt. Non enī cur ignis ē cali
dus:ſed tātū ipſum calidū eſſe dicunt. At qui ueriſimile eſt eū hominē q primo præter
cōmunes ſenſus quis artē inuenerit non ſolum ob utilitatem quæ ab inuentis ꝓficiſci
tur:ſed ut ſapientē etiā antecelleteq; cæteris admiratione ab hominibus affici: atq; cū
cōplures artes inuenirentur:& aliæ ad neceſſaria:aliæ ad degendum conferrent: ſem/
per tales ſapientiores illis putamus: propterea q̄ ſcientiæ ipſorum non ad uſum perti/
neant. Quocirca cunctis iā talibus cōparatis eæ ſcientiarū inuentæ ſunt: quæ neq; ad
uoluptatem neq; ad neceſſaria cōparanda cōducūt:primoq; iis in locis ubi primū ho/
mines ocio induxerunt. Quapropter mathematicæ artes primo circa ægyptū obortæ
ſunt:illic.n.cōceſſum eſt ut ſacerdotes ocio uacent. Dictū eſt igitur in morū libris quid
intereſt inter artē atq; ſciam:cæteroſq; ſimilis generis habitus: ſed cuius gratia ſermo/
nē nūc facimus.ideſt oēs enim eā ſcientiā quæ ſapientia nuncupatur circa primas cau
ſas & principia eē putant. Quapropter expertus ut prius eſt dictū ſenſum quēuis ha
bentibus:artifex expertis architectus manu conficientibus:opus artis:contēplator eſſe
ctore ſapientior eē uidetˀ. Patet igitˀ ſapientiā circa principia quādā cauſaue ſciētiā eē.
Quonā aūt hanc ſcientiā quærimus hoc erit nobis cōſiderandū: quaꝝ inquā cauſaꝝ
principiorūq; ſcientia ſapiētia eſt. Si igitˀ exiſtimationes quiſpiā eas quas circa ſapiētes
habemus ſumpſerit:id forſitan inde magis perſpicuū fiet. Primū itaq; exiſtimamus ſa
pientē omnia ſcire:maxime quod fieri poteſt non per ſingula ſcientiā ipſorum haben
tem. Deinde ſapientē eū eſſe putamus:qui difficilia homini nō facilia cognitu cogno/
ſcere poteſt. Sentire enim oībus eſt cōe:quapropter facile & haud ſapiens eſt. Præterea
magis exactū magiſq; habilem ad principia tradenda cauſaſq; doctrina ſapientiorē
eſſe circa ſcientiā qualibet arbitramur. Scientiaꝝ etiam eam quæ ſui cā ſciendiq; gratia
eſt expetibilis:magis ſane q̄ ea quæ eſt euentus gratia ſapientiam eſſe cenſemus: & ma
gis principē identidem magis:q̄ ſubminiſtrantem. Non enim præcepta ſapiētem ſuſci
pere:ſed præcipere:nec hunc alii:ſed huic minus ſapientem obtemperare oportere cen
ſemus. Tales igitur & tot de ſapientia & ſapientibus exiſtimationes habemus: horum
autem primum:omnia inquam ſcire ei competat qui maxime ſcientiam habet uniuer
ſalem neceſſe eſt. Iſte nāq; ſcit quomodo ſeſe habēt uniuerſa ſubiecta: fere aūt & ea ſunt
hominibus difficillima cognitu:quæ maxime uniuerſalia ſunt. Longiſſime nāq; a ſen/
ſibus diſtant. Exactiſſime præterea ſcientiaꝝ eæ ſunt:quæ primorum maxime ſunt. Et
enim quæ ex paucioribus accipiūtur exactiores iis ſunt:quæ ex additiōe ſumuntˀ:quo
pacto arithmeticam exactiorem eſſe geometria conſtat. At uero magis etiam ad docen
dū accomodata eſſe uidetur ea ſcientia:quæ cauſarum magis eſt cōtemplatrix.ii nanq;
docent:qui cauſas circa ſingula dicunt:atq; aſſignāt. Cognoſcere etiā atq; ſcire cogno/
ſcēdi ſciendiq; cauſa ei maxime cōpetit:quæ maxime ſcibilis ſcientia eſt. Qui nanq; ſci
re expetit ob idipſum: is eā expetet maxime:quæ maxime ſciētia eſt:at talis eſt ea quæ
maxime ſcibilis ē. Prima uero & cauſæ maxime ſcibilia ſunt ob hæc enim atq; ex hiſce
cætera:& non hæc per ſubiecta cognoſci ſolent. Princeps quoq; maxime ſcientiarum
ac magis q̄ ſubminiſtrans eſt ea:quæ gratia cuius agendum eſt unūquodq; cognoſcit:
Hoc autem eſt ipſum in ſingulis bonnm: atque id omnino quod eſt ſummum in om/
ni natura bonū. Ex omnibus igitur quæ dicta ſunt:in eandem cadit ſcientiam id quod
quæritur nomen. Nam primorū ipſam principiorum ac cauſarū contēplatricem eſſe
oportet. Sūmum enim bonum & id gratia cuius:una eſt cauſarum: non eſſe autem eſ/

fectricem ex iis etiam qui primo philosophati sunt patet. Ob admirationes enim homines & nunc & primo philosophari cœperunt. Principio quidē facilia mirabilium admirantes: deinde paulatim sic procedentes & de maioribus dubitantes: ut de lunæ ac solis affectibus: de stellis de ortu etiam uniuersi. Qui uero dubitat & admiratur: is ignorare se arbitratur. Quapropter & fabularum amator philosophus quodāmodo esse uidetur: ex mirabilibus enim fabula constat. Quare si ut ignorationem fugiant philosophati sunt: patet ob cognitionem & non usus cuiusq̃ gratia sciētiam illos esse sequutos: testis autem est, ut idipsum quod accidit. Cum enim omnia necessaria ad facile cū uoluptateq; uiuendū adessent: quæri talis prudentia cæpit. Quo patet ob nullam aliam utilitatem nos ipsam quærere: sed ut hominem eum liberum eē dicimus, qui suiipsius est gratia, non ob alium: sic & ipsam solam scientiarum liberam esse: est enim hæc suiipsius gratia sola: quapropter & non humana possessio ipsius, nō iniuria putaretur. Multis enim conditionibus serua natura hominum est: quare secundum simonidem deus solus hunc habet honorem. At enim uirum non solum eam, quæ ad ipsum accomodatur, quærere docet. Quod si uera dicūt poetæ, & in deum inuidentia cadit: hac ī re maxime uerisimile est idipsum accidere & infortunatos eos homines esse, qui hæc superflua quærunt. Sed neq; deus inuidus esse potest: sed ut & prouerbio dicitur multis in rebus mentiuntur poetæ: neq; tali scientiam honorabiliorem ullā aliam putare oportet: eam enim honorabilissimam esse patet: quæ diuinissima est. At hæc sola dupliciter talis est: ea nanq; diuina ē maxime: quā maxime deus habet: & ea rursus quæ diuinarų est rerū: sola autem hæc utrāq; conditionē hāc subiit: nā & deus omnibus causa, principiū ue quoddā esse uidetur: & talem scientiam aut solus aut maxime deus habet: oēs igitur magis hac necessarie sunt: præstabilior uero nulla. oportet tamē in ipsius acqsitione fieri nobis econtra: atq; cum a principio querimus: nam incipiunt quidem, ut dictū est, omnes ab admiratione: ut fit cum mira quædam spectantur: causa nundum perspecta miranturq; si itaq; res se habeat: aut circa solsticia: aut circa diametri quadrati incommēsurabilitatem. Mirabile nanq; cunctis esse uidetᷣ: si quid oīno non mensuretᷣ. Oportet aūt huius exitum ad contrarium atq; melius uti dicitur prouerbio fieri, cum didicerint: nihil enim magis uir geometra profecto mirabitur: q̄ si diameter cōmensurabilis fiat. Quænam igitur natura sit eius sciētiæ quam quærimus: & quod propositū signū ue sit: quo inquisitionē, doctrināue totā attingere oportet: satis iam explicauimus.

Capitulum secundum.

CVm aūt cōstet primarū scientiā causarum sumere oportere: tūc enim unum quodq; dicimus scire cum primam cognoscere causam arbitramur. Causæ uero quatuor modis dicuntur: has in medium afferamus oportet. Itaq; causam unam dicimus esse substantiam ipsam, quiditatemue: nam ipsum propter quid primum ad ipsam ultimo rationem redigitur. Causa uero principiumq; id est, quod primum cum propter quid quæritur assignatur. Alteram autem materiam, & subiectū: tertiam eam unde est principium motus. Quartam eam quæ huic opponitur: id iquā gratia cuius cætera fiunt, ac ipsum bonum: finis enim hoc est omnis generationis omnisq; motus. Atq; q̄q̄ cōtēplati de ipsis sumus in hisce quæ de natura dicta fuere, tamē ad ueritatem magis perspiciendam maiores etiam nostro qui rerum contemplationem aggressi sunt sumamus opertet: & illos enim principia quædam & causas dicere cōstat. Si igitur illorum sentētias in medium attulerimus: aliquid euenerit sane: quod ad ꝓpositū doctrinæ huius accomodabitur. Aut enim aliud quidpiā iueniemus causæ genus:

aut hisce q̃ magis dicunt̃ nũc credemus:plurimi itaq; eoꝝ q primo philosophati sunt ea sola principia oium eẽ existimarũt:quæ sub rõne materiæ collocant̃ : id enim elemẽtũ reꝝ id pricipiũ eẽ dicũt:ex quo fiũt uniuersa fiũtq; primo.& in qđ ultimũ corrũpũtur:substantia permanente quidẽ:mutationẽ aũt in affectibus subeunte.& iccirco: neque fieri quicq̃ neq; corrũpi putãt:qa talis natura semp seruat̃: quemadmodũ neq; socratẽ dicimus aut simpliciter fieri cũ bonus fit:aut musicus aut corrũpi simpliciter cũ hos habitus abiicit:quia manet ipsum subiectũ : socrates inquã ipse : neq; quicq̃ idẽ tidẽ cæteroꝝ:oportet.n.quãdã unã eẽ naturã uel plures una : ex quibus aut ex qua ꝑsistẽte salua cætera fiũt.Multitudinẽ tamẽ speciemq; principii talis nõ eandẽ inquiũt omnes:sed Thales qdẽ auctor talis philosophiæ primus aquã eẽ dicit. Quapropter & terrã super aquam dicebat esse:sumpta forsitan hac existimatione ex eo:quia nutrimentũ oium humidũ eẽ:& ex hoc fieri atq; hoc uiuere calidũ ipsum uidebat. Id aũt ex quo qppiã fit ipsius eẽ pricipiũ cõstat:& insuper qa semina oium humidã hr̃e naturã uidebat:atq; aquã naturæ humidis pricipiũ eẽ.Sunt aũt q & ualde antiquos & multo ante hãc ætatẽ primosq; theologos sic arbitrant̃ de natura putasse. Oceanũ eni & Tethin partes generationis fecerũt : iusiurandũq; deoꝝ aquã:q̃ quidẽ a poetis ipsis styx appellat̃.Nã honorabilissimũ quidẽ est antiquissimũ:iusiurãdũ aũt honorabilissimũ ẽ.Atque obscurũ quidẽ forsitan est.se hæc opinio de natura uetus sit quædã atq; antiq̃. Thales tamẽ hoc pacto fertur de causa prima dixisse.Hipponem.n.nemo cum hisce ponere dignũ putabit:ob mẽtis eius nimiam utilitatem.Anaximenes aũt atq; Diogenes aerẽ aqua priorẽ maximeq; principiũ corpoꝝ simpliciũ ponunt:Hippasus aũt metapõtinus:& heraclitus ephesius ignẽ.Empedocles uero ipsa quatuor elementa : quartum iã dictis terrã adiungens:hæc eni ꝑmanere semp & nõ fieri dicit : sed multitudine paucitateue mutationem subire:cũ in unũ atq; ex uno congregantur ac disgregant̃ : Anaxagoras insuper clazomenius ætate quidẽ hoc prior re uero posterior infinita principia dixit esse:pene enim oĩa quæ sunt similium partiũ ut aquã uel ignem sic generari corrũpiue cõgregatione dũtaxat disgregationeue:aliter uero neq; fieri neq; corrũpi:sed ꝑmanere ꝑpetua dicit.Ex his igitur solã quispiã cãm esse putauerit : quæ rõnem materiæ subiit.Hoc aũt modo ꝓcedẽtes ipsa res eos in uia posuit quærereq; coegit : nã tãetsi q̃ maxime generatio corruptioq; oĩs ex aliquo uno ẽ aut pluribus:cur tamẽ id accidit & quidnã huius est cã.Non enim subiectũ seipsum mutari facit:etenim neq; lignũ neque æs causa ẽ ut utrũq; ipsorũ mutet̃:neq; lignũ quidem lecticã:æs uero statuã facit: sed aliud quid mutationis est cã : hoc aũt quærere nĩl aliud est:q̃ alteram quærere cãm unde est principiũ motus : ut nos eã appellere solemus. Qui igitur huiuscemodi doctrinã a principio tetigere:unũq; subiectũ esse dixere:nullã suã in opinione difficultatem sensere:sed quidã eoꝝ qui unũ dicunt q̃si a questione hac superati:unũ ipsum immobile inquiunt esse: totãq; naturã nõ solum generatione corruptioneue : hoc enim uetustũ est:omnesq; in hoc cõsentiunt : sed alia quoq; oĩ mutatione atq; hoc ipsorum ꝓprium est.Nemini igit̃ unũ uniuersum ipsum ponentiũ talis in mentẽ causa uenit: nisi parmenidi soli:& huic ea rõne nimiꝝ qua nõ solũ unũ : sed etiã duas quodãmodo cãs esse ponit:ii aũt magis dicere possunt:qui plura faciunt:ut qui calidũ frigidũ uel ignẽ & terrã ponunt:nam igne quidem ut motiuã habente naturã : aqua uero terra & talibus ut contrariam habentibus naturam utunt̃. Post hos aũt taliaq; principia ut non sufficientia ad generãdam rerum naturam ab ipsa ueritate compulsi sicuti diximus sequens principium quæsiuere:nã ut bene recteq; aliæ rerum sese habent aliæ fiant:nec

ignem

ignem fortasse nec terram nec aliud quicq̃ talium uerisimile est esse causam: aut illos id ipsum existimasse: nec rursus casui fortunæue tantã rem cõcedere tribuereq;: bene se se habeat: Itaq; quidam cũ mentem mundi cãm ac uniuersi ordinis esse: perideq; natu ræ ac animalibus inesse dixerit: inter priores illos uana dicentes, quasi sobrius habitus est. Atq; Anaxagoram quidem manifeste sermones hos tetigisse scimus. Hermotinum aũt clazomenium hos prius dixisse ferunt. hi igitur sic existimantes: cãm bene habendi simul principiũ esse rerũ, & talem cãm posuere: unde est principiũ motus. Primũ aũt Hesiodum idipsum quæsiuisse quispiam suspicabitur. & si quis alius amorem aut cupi ditatem in hisce quæ sunt, uti principium posuit: quemadmodũ est Parmenides. Hic enim generationem extruens uniuersi sic dicit.

Cunctoꝝ ille deum primum produxit amorem. & Hesiodus ait.

Ante chaos post hoc facta est latissima tellus.

Quiq; alius decus est diuis deus ipse cupido.

Propterea quod oportet in hiscæ quæ sunt cãm eam esse. quæ res mouebit ac cõgre gabit: sed quisnam hoꝝ primus hanc cãm attulit: liceat posterius iudicare. Quoniam aũt & contraria bonis in natura uidebantur inesse: & nõ solũ ordo pulchrũue sed & in ordinatio atq; turpe, pluraq; mala q̃ bona, & turpia q̃ honesta: alius quidã cõcordiam atq; discordiã introduxit: ut utrorũq; causa sit utrũque. Nam si quispiam sequatur Em pedoclem: sumatq; ea quæ dicit ad eius mentem sententiamue, & non ad ea quæ dicit balbutiẽdo. Cõcordiam quidem bonoꝝ: discordiam autem maloꝝ causam inueniet eẽ. Quare si quispiam dixerit Empedoclem modo quodã & dicere, & primũ dicere bonũ ac malum principia rerũ esse: recte fortasse dixerit: siquidem bonoꝝ apud eum cã om nium ipsum est bonũ: malorum aũt malum: hi igit̃ uti diximus, & usq; adeo duas eaꝝ causarum quas nos in naturæ cõtemplatione distinximus, tetigisse uident̃: materiam ĩ quam & eam unde est principium motus: obscure tamẽ: & nõ dilucide: sed ut in pugna rudes inexercitati faciunt: Etenim illi cum agitantur: persæpe præclare agunt accomo datosq; inferunt ictus. Verũ neq; illi id per scientiã agunt: neq; hi qui dicũt scire uidẽ tur. Nihil enim his uti uidẽtur, nisi perparũ: nã ut Anaxagoras ad extruendũ quidem mundum utitur mente: perinde atq; diis in scæna poetæ. cũ in angustũ res deducunt̃ atq; cũ dubitat ꝓpter quam cãm necessario est: tunc ipsam tradit: in cæteris autem oĩa magis ut cãs eorumque fiunt, q̃ mentem assignat. Et Empedocles magis quidem: q̃ ille: causis utitur: nõ tamẽ sufficienter aut in his id inuenit, cui oẽs assentiunt atq; cõcedunt. Multis enim in locis ipsi cõcordia quidem disgregat: discordiam aũt congregat. Nam cum uniuersum quidẽ per discordiam in elementa distinguit̃: & ignis sane & cæteroꝝ unũquodq; elementorũ in unum tũc cõgregatur. sed cum per amicitiam in ipsum unũ iterum coeunt: tunc ipsæ partes ex unoquoq; rursus disgregentur necesse est. Empedo cles igitur primus præter ueteres diuisam hanc cãm attulit: nõ enim unum principium motus: sed diuersa atq; cõtraria fecit. Præterea primus ea quattuor esse dixit: quæ ut in materiei specie elementa dicunt̃: non tamẽ illis ut quattuor, sed ut duobus utitur so lis: igni quidem per se: oppositis aũt ut una natura: terra inquam aere atq; aqua: hoc ãt ipsum ex eius carminibus quispiã sumere põt: hic igitur uti diximus, sic & tot pricipia dixit esse: leucippus aũt & socius ipsius democritus elementa quidem plenum & uacu um esse aiunt: hoꝝ alterum plenum inquã ac solidũ ens: alterũ id est uacuũ non ens esse dicẽtes. Quapropter & iquiunt id qđ est, nõ magis q̃ id qđ haud est, esse: quoniã neq; uacuũ minus q̃ corpus est: hæc aũt cãs eorũ quæ sunt, ut materiã esse aiunt: atq; ut ii q

unũ ſubiectam ſubſtantiam faciunt: cætera ipſius affectibus generant: rarum ac denſum principia affectum ipſoꝝ ponentes: ſic & hi differẽtias ipſas cæteroꝝ cauſas eſſe dicunt: has tamẽ tres eſſe aſſerunt: figurã ordinem poſitionem. Differre enim inquiunt id quod eſt: figura ordine poſitioneq; ſolũ. Nam A quidem ab N figura: AN aũt ab Na ordine: & z ab N poſitione differt. De motu uero unde aut quonam pacto in erit rebus: & hi perinde atq; cæteri inertia omiſerunt. De duabus igitur cauſis uti diximus: eouſq; a prioribus quæſitũ fuiſſe uidet. Inter aũt hos & ante hos hi qui pithagorici uocãtur: primi tetigere doctrinas ac auxere: & in ipſis principia omnium principia eſſe putarunt: atq; quoniã numeri ſunt primi natura: & in numeris magis uidebatur eis uidere ſimilitudines multas eoꝝ quæ ſunt & fiunt: qui in igne terra & aqua ueluti talem quidem numerorũ affectum iuſticiam eſſe: talem aũt animam atq; mẽtem: alium uero tẽpus & cæteroꝝ fere quęq; ſimiliter. Inſuper affectus concẽtuũ in numeris intuentes ac rõnes: quoniã inquam cætera quidem numeris uidebant ſimilia eẽ i oĩ natura. Numeri uero primi atq; ante omnem naturã numerorum elementa omniũ q̃ ſunt: elementa eſſe putarũt: totumq; cœlum cõcentũ ac numerum eſſe: atq; quæcũq; in numeris & cõcentibus oſtendere poterant: ad cœli affectus ac partes & ad uniuerſum totum eẽ accõmodata: hæc aggregantes accomodabant: & ſi quid alicubi deficiebat: illud adeſſe percupiebant: quo tota ſua tractatio perfecta ſit: atq; cõnexa: ueluti cum denarius numerus perfectus eſſe: omnemq; numerorum naturam compræhẽdere uideatur: & ea quæ feruntur in cœlo decem quidem inquiunt eſſe: at quia ſunt nouẽ manifeſta ſolum: ideo aduerſam terrã decimam faciunt: uerum de his aliis in locis exactius eſt a nobis determinatum: ſed cuius gratia hæc enarramus id eſt: ut & ab his ea quæ principia eſſe ponunt accipiamus: & quonã modo dictas ad cauſas cadunt: atq; uidentur & hi numerum principium eoꝝ eẽ quæ ſũt: & ut materiam & ut affectus habituſue putare. Numeri uero elemẽta eſſe par atq; impar: & hoꝝ alterum finitum eſſe alterũ infinitũ: atq; ipſum unũ ex utriſq; his eẽ: par enim ac impar eẽ dicebant: numerũ autem ex uno conſtare. & numerum totum ipſum cœlum uti diximus eẽ. Alii uero eorundẽ principia decem inquiunt eẽ ea quæ per ſeriem attulerũt: finitum inquã & infinitum impar & par unũ & multitudinem dextrũ & ſiniſtrum marem & femellam quieſcẽs & quod mouet rectũ & obliquum lumẽ & tenebras bonum & malum quadratũ & parte altera longius: quo pacto & Alcmæon crotoniates putaſſe uidetur: nam ut hic ab illis aut illi ab hoc ſniam hanc ſuſceperunt. Etenim Alcmæõ ſene iam pithagora fuit: ſimilemq; ſentẽtiã attulit. Dicit enim pleraſq; humanarum rerũ duas eſſe: ipſas inquiens cõtrarietates: non ut illi definitas ſed quaſuis: ut album nigrũ dulce amarũ bonũ malum magnum & paruũ: Is itaq; de reliquis idefinite dixit: Pithagorici uero & quot & quæ non ſint ipſæ cõtrarietates dixerunt. Ab his igit utriſq; tãtũ ſumere licet: contraria inquã principia rerum eẽ: a Pithagoricis uero quot & quæ nam ſint illa: Quo tamẽ modo fieri poteſt ut ad dictas cauſas reducantur dilucide quidẽ ab illis nõ ẽ pertractatum uidẽtur tamẽ elemẽta: ut in materiei ſpecie collocare: ex illis enim ut ex hiſce q̃ iſũt cõſtare fictãue ſubſtantiã inquiunt eſſe. Antiquorum igitur pluraq; dicentium elementa eſſe naturæ: ex hiſce ſatis quiſpiam mẽtem perſpicere poteſt. Sunt aũt qui de uniuerſo perinde atq; ſi unius eſſet naturæ dixerunt: non tamẽ modo eodem oẽs: aut ratione recti: aut rõne eius q eſt ſecũdũ naturã. Atq; ſermo de hiſce nullo modo ad præſentem cauſaꝝ cõſiderationẽ accomodatur: non. n. ut naturalium quidã: uno ſuppoſito: eo q̃d eſt: ex ipſo tãq̃ ex materia generant: ſed alio modo dicũt: illi nãq; uniuerſum generãtes

motum addunt:hi uero imobile inquiunt esse. Verũ tantum si dicatur ad cõsideratio nem erit accomodatum. Parmendes enim in unum quod ad rõnem: Melissus id puod ad materiam accomodatur tetigisse uidet.Quapropter & alter finitum ipsum alter in finitum esse dixit: Xenophanes aũt ante hos unum ipsum attulit primus: Parmenides enim huius fuisse discipulus fertur:nihil tamẽ dilucide dixit:& neutrã naturam tetigis se uidetur:sed in totũ cœlũ respiciens deum ipsum esse ipsum unum dicit.hi igitur uti diximus in hac perscrutatione sunt post habẽdi:duo quidem & penitus Xenophanes i quã atq; Melissus:propterea qđ parum ut rudes sint deesse uidetur. Parmenides autẽ magis alicubi uidens dicere illud uidetur.præter enim id quod est id quod haud est ni hil esse cẽsens:id quod est necessario unum & nihil aliud esse putat:de quo dilucidius di ximus in hisce quæ de natura sunt dicta:sed cũ ea sequi quæ uidẽtur compelleretur: ip sum quidem unũ ratione:plura uero sensu ponebat:atq; duas causas duoque principia rursus:calidum inquam ac frigidum afferebat ut ignem ac terram & horum alterũ ut id quod est alterũ ut id quod haud est ponit. Ex dictis igitur & a sapiẽtibus q huic iã sermoni incubuere tot nos accepimus:atq; a primis quidem corporeũ esse principi um ipsum. Nam ignis aqua & talia corpora sunt:quorum alii unum alii plura: utriq; tamẽ hæc ut materiam posuere:a quibusdã autem hanc ipsam cãm:& eam insuper un de est principium motus:atq; hãc a quibusdã unam a quibusdã duas. Vsq; igit ali os & præter illos mollius cæteri de ipsis dixerunt:uerũ uti diximus causis duabus utũ tur:& harũ alteram quidã unam faciunt:quidam duas:eam inquã unde ẽ principium motus. Pytagorici uero duo quidem principia modo eodẽ esse dixerunt:tantum au tem addiderunt:qđ quidem & proprium est ipsorũ:finitum enim & infinitum ac unũ nõ alias quasdã naturas esse putarunt:ut ignem aut terrã aut aliquid aliud tale:sed ip sum infinitũ ac ipsum unũ eorũ esse substãtiam de qbus dicũtur: quapropter & oium substãtiam numerum eẽ dixerunt. Di his igit hoc modo dixerunt & de ipso quid est inceperunt qdem dicere ac diffinirẽ. Valde aũt simpliciter tractauerunt:in superficie nãq; diffiniebãt:atq; cui primo competeret diffinitio dicta:id rei substãtiã eẽ putabãt sicuti si quispiam idẽ esse duplũ ex eo dualitateq; putaret:quia prima duplũ duobus ĩe est:at nõ idẽ est fortasse dualitates eẽ ac dupli:alioquin ipsum unũ plura profecto erit: qđ quidem illis ẽt accidebat. A prioribus igit cæterisq; tot sumi possunt. Post dictas aũt philosophias Platonis accessit tractatio:in plærisq; quidem hos sequutus:ut nõ nul lis autẽ & ꝓpria qdam habens præter italicorũ philosophiã. Ab adolescẽtia nãq; Plato factus amicus primũ Cratyllo:& in opinionibus heracliti sentẽtiisq; uersatus: qui qdẽ uniuersa semp sensibilia flue e.& de ipsis sciẽtiã non eẽ censebat:hæc quidem & postea tenuit atq; ita esse putauit. Cum uero natura tota post habita: Circa mores socrates uer saretur. Atq; in his ipsis uniuersale quæreret:mentemq; primis diffinitionisbus adhi beret:illo ꝓpter idipsum ꝓbato hoc de aliis fieri & non de sensibilibus rebus exstima uit:nõ enim potest ipsa cõis diffinitio cuiusq; sensibiliũ eẽ:cum semper mutẽt:itaq; talia qdem ideas formasq; uocauit:sensibilia uero præter hæc esse dixit:& hæc dici cũcta:p participationẽ enim plæraq; uniuocorũ formis eẽ inquit: ipsum uero nomẽ idẽ partici pationem mutatum cœpit. Pitagorici nãq; ea quæ sunt imitatione numerorũ inquiũt esse:participatione aũt Plato noie mutato sicuti diximus. Quæ nam tamẽ sit partici patio formarũ uel mutatio:ut in cõi quæratur & ipse & illi ẽt omiserũt: Insuper præter sensibilia formasq; res m thematicas medias esse dixit:a sensibilibus quidẽ hoc differẽ tes:qđ ꝑpetuæ atq; imobiles sunt:a formis aũt hoc quod ipse quidẽ complures similes

sunt:forma aũt ipsa quæ est una solum. Quoniam autem formæ sunt cæteris cãæ. Elementa illa℞ omnium quæ sunt elementa esse putauit. Magnum igitur & paruum ut materiam esse principia. Vnum aũt ut substãtiam dixit. Ex illis enim unius participatione formas ipsas numeros ipsos esse asserunt:ipsam tamẽ unũ perinde atq; pithagorici substãtiã esse:nec aliud qcquã esse qđ unũ dicat:& item numeros cæteris ut illi substãtiæ causas esse dicebat. Pro infinito uero ut uno dualitatẽ:& infinitũ ex magno ac paruo fecisse.hoc ipsius ꝓpriũ ẽ:& isuper ipse quidẽ sensibilia dixit eẽ: illi uero numeros res ipsas eẽ dicebant:& mathematicas medias inter ista non ponũt. Vnum igit & numerũ præter res ipsas fecisse:& nõ ut pithagorici:& formarũ ẽt itroductio ob consideratiõẽ in differẽdo nimirũ fuit:Priores enim facultatis participes differẽdi nõ erãt:dualitatẽ aũt alterã naturã fecisse ex eo fuit:quia numeri præter primos apte ex ipsa perinde ex sigillo quodã fiunt ac generãt:fit tamẽ id ipsum ecõtra:nõ enim ita fieri cõsonum est rõni:nã illi quidẽ ex materia multa faciũt:& semel illis solũ generat formæ: at una quidẽ ex materia una fieri mẽsura uidet. Qui uero affert formã: unus multas facit ut patet. Similiter sese habet & mas ad fœmellã:fœmella namq; uno coitu grauida fit. Mas aũt multas grauidas facit:& tamẽ hæc pricipio℞ illo℞ sunt mutationes. Plato igitur de his quæ quærũt hoc pacto determinauit. Patet aũt ex dictis ipsũ duabus solũ causis uti:ipso inquã qđ est atq; materia:ipsius enim qđ est cæteris quidẽ formæ sunt causæ:formis aũt unum:&q̃nam est ipsa subiecta materia:qua deducũt i sensibilibus qdẽ formæ:in formis aũt unũ:est enim dualitas magnũ inqnã ac paruũ. Præterea boni maliq; cãm elemẽtis utrisq; utrãq; reddidit:qđ quidẽ & prio℞ quosdã philosophantiũ empedoclem inquã ac Anaxagorã diximus q̃siuisse. Breuibus igit summatimq; narrauimus:qñ & quo pacto de principiis ueritateq; dixerunt. Verũtamẽ tantum ex his habemus:neminẽ inquã de principio cãq; dicẽtiũ:præter ea q̃ in hisce q̃ de natura sunt a nobis determinata dixisse:sed oẽs obscure qdẽ illa tamẽ tetigisse uideri. Quidã enim ut materiã pricipiũ dicũt:siue unũ:siue plura supponãt:& siue corpus:siue incorporeũ id ipsum ponant:ueluti Plato quidẽ magnũ dicẽs ac paruũ:italici autẽ infinitum:Empedocles uero ignẽ terrã aerẽ atq; aquã:& Anaxagoras eo℞ quæ sunt similium partiũ ifinitionẽ:hi igit oẽs talẽ cãm tetigerũt:& insuper q aerẽ aut ignẽ aut aquã aut igne qdem dẽsius aere uero subtilius posuere. Sũt eni q primũ elemẽtũ tale esse dixerunt:atq; hi solũ hãc cãm tetigere. Quidã aũt & eã unde est principiũ motus: ut qui cõcordiã discordiãue uel mẽtẽ uel cupidinẽ principiũ faciunt. Quiditatẽ uero substãtiãue dilucide qdẽ nemo reddidit. Maxime uero ii dicũt:qui formas ponunt. Neq; enim ut materiã sensibiliũ neque ut cãm unde est pricipiũ motus formas ipsas & ea q̃ sunt i formis eẽ existimãt:imobilitatis enim cãm magis & ut res sint inqrere formas inqũt eẽ. Sed qditatẽ formæ qdẽ cetero℞ cuiq; præstẽt:ipsum aũt unũ formis:id uero gratia cuius actiões mutatiões motusq; fiũt:aliquo qdẽ mõ cãm eẽ dicũt. Sic autẽ nõ dicũt:nec eo mõ quo sua natura flagitat. Qui nãq; mẽtẽ aut cõcordiam dicũt:ut bonũ qdẽ hasce cãs ponũt:non tamẽ ut ho℞ gratia qcq; sit eorũ q̃ sũt aut fiat. sed ut ab his ho℞ ꝓfluant motus. Similiter & ii qui & id qđ est aut ipsum unũ talẽ naturã iqũt eẽ. Causam qdẽ illud esse substãtiæ nõ tamen huiusce gratia esse uel fieri dicunt. Quare partim dicunt partim nõ dicunt ipsum bonũ cãm esse:non enim simpliciter sed per accidens dicunt. Omnes igitur hi testari uidentur:recte de causis quot & quales sunt a nobis esse determinatum:quippe cum nullam aliam causam tangere possint:& insuper patet quærenda esse principia aut sic omnia:aut horum aliquem modum.

Capitulum tertium.

Post hæc autem pertractemus oportet: quomodo quisq; horum dixit: & quænam de principijs ipsis dubitationes emergunt. Patet igitur eos omnes q unũ uniuersum ipsum, unamq; naturam ut materiam esse ponunt: atq; hanc corpoream magnitudinemque habentem multis modis peccare. Corporum enim elementa tantummodo ponunt incorporeorum uero non ponunt: quæ quidem & ipsa sunt: atq; causas generationis corruptionisue dicere aggredientes, & de uniuersis generaliter loquentes: motus principium tollunt: præterea substantiam & ipsum quid est nullius rei causam esse ponunt. Et insuper facile quoduis simplicium corporum præter terram principium eẽ dicunt: nõ considerantes quonam pacto mutuum ipsoꝶ faciunt ortum: ignis inquam, aeris, aquæ, ac terræ: alia nãq; congregatione: alia disgregatiõe ex sese motuo fiunt: hoc aũt ad idipsum, ut quippiam sit prius posteriusue, plurimum refert. Aliqua nãq; rõne id omnium maxime elementum esse uidebitur: ex quo primo cõgregatione elemẽta fiunt: tale aũt est id quod minimaꝶ est partium: corporũq; etiã subtilissimum est. Quapropter qui principiũ ignẽ ponũt: cõsentanea maxime huic dicerent rationi: tale autẽ & cæterorũ quisq; cæteroꝶ corporum elementum esse fatetur. Nemo nãq; eoꝶ qui unum dicunt, terram elemẽtũ censuit esse ob magnitudinem partim uti patet. Triũ aũt elemẽtoꝶ quodq; iudicẽ aliquẽ habuit. Quidã enim ignẽ, quidam, aquã quidã aerem: id inquiunt esse. At enim cur nã & terram nõ dicũt: ut plæriq; hominum opinanẽ. Cuncta nãq; terrã inquiunt esse: Hesiodus quoq; terram ortã esse primam corpoꝶ ait. Adeo uetusta adeò uulgaris hæc existimatio fuit. Hac igiẽ rõne neq; si quis hoꝶ aliquid dicat præter ignẽ: neq; si quis aere quidẽ dẽsius: aqua uero subtilius id ponat. recte dicere potest: Quod si id quod ortu posterius est, natura est prius: id autem quod est digestũ atq; congestum, posterius est generatione. Contrariũ his euenit sane. Nam aqua quidẽ aere prior erit: terra autẽ aqua. De his igitur hæc sint dicta: qui causam unam qualẽ diximus ponũt, eadẽ dici possunt & si quispiã hæc plura ponat: Vt Empedocles materiam quatuor corpora dixit esse: etenim huic ptim eadẽ partim propria euenire necesse est: nã hæc uicissim ex sese generari uidemus, nõ ignẽ, nõ aere, nõ terra semper eodẽ tpe permanentẽ. Dictum est autẽ de his: in hisce quæ de natura sunt dicta. De cã quoq; eorum quæ mouenẽ: utrũ una sit an duæ ponendæ: neq; recte: neq; bona cũ ratione penitus putandum est esse dictum. Omnino etiam eorũ sententia qui ita dicunt, alteratione e medio tolli necesse ẽ: Nõ enim ex calido frigidũ: neq; ex frigido calidũ erit. Quid enim ipsa cõtraria patientur: & quænã erit una natura, quæ sit ignis & aqua, quod quidem ille nõ dicit. Anaxagoram autem si quispiã elementa dicere duo putauerit: ea maxime rõne putauerit: quam & si ille nõ dilucide ꝑtractauit sequutus tamẽ fuisset: siq ipsam adducerẽt: nã q̃q̃ & aliter absurdũ est: mixta in principio cũcta fuisse dicere: & qa accidit antea nõ mixta esse oportere: & qa non aptum est quoduis misceri: ac insuper qa fit ut affectus & accidentia a substãtia separenẽ: eorundem. n. mixtio & separatio est: si quis uero quæ dicere uult exactius pertractans sequatur: admirabilius dicere fortasse uidebitur. Nam cum nihil segregatũ erat: nihil tum ut patet de substãtia ille dicere uere licebit. Veluti neq; album, neq; nigrũ, neq; fuscum, neq; ullum alium colorem: sed necessario erat in coloratum: aliquem. n. coloꝶ haberet: similiter & insipidum: eademq; rõne neq; aliud similium quicq̃: neq; enim quale quid ipsum poterat, neq; quantũ, neq; quid esse: aliqua nãq; particularium formaꝶ ipsi inesset: hoc autem est impossibile: si erãt omnia mixta: segregata enim iam essent.

At ille dixit mixta esse oia præter mentē:hanc uero solā non mixtā esse atq; sincerā: ex his igitur fit:ut ipse pricipia dicat unū ipsum:hoc est enim simplex atq; nō mixtū: & alterū qualē ponimus indefinitum:antea quā definiatur & alicuius sit particeps formæ. Quare neq; recte quidem neq; dilucide dicit. Vult tamē aliquid hisce simile dicere.q̄ posteriores dixerūt:& quæ nūc magis apparēt.At enim hi quidē ad eos solū sermones q circa generationē corruptionē motūq; uersāt accomodate dixerūt:fere enim circa talē substantiā solū principia & causas quærūt:eos aūt qui de oibus quidē quæ sunt cōtemplationē faciunt:ipsoꝝ aūt alia sensibilia alia non sensibilia ponunt:de utrisq; generibus cōsiderationē facere patet.Quocirca magis apud ipsos moram quispiā trahet inquirendo quid bene aut non bene dixerunt:ad eorum quæ nunc proponuntur nobis considerationem. Igitur ii qui pythagorici uocantur:principiis qdem & elemētis ultra q̄ naturales utunt̄: ꝓpterea qđ non ex sensibilibus ipsa sumpserūt.Res enim mathematicæ motu uacant:præter eas circa quas astrologia ūsat:disserūt tamē & tractāt oia de natura:generantq; cœlum & id qđ accidit circa partes huius & affectus: opera q; cōseruant:& principia causasq; in his cōsumūt:ut consentientes cæteris naturalibus: atq; quod est:id esse tantū putātes quod est sensibile:ab eoq; continet̄:quod cœlum appellare solemus.Causas autem atq; pricipia uti diximus. Sufficiētia dicūt & ad ascēdēdum ad ea q̄ superiora sunt:& magis illis q̄ sermonibus q de natura fiunt accomodata:quo tamen modo finito ac infinito solum suppositis & pare ac impare motus erit.

Aut quo pacto fieri pōt ut sine motu mutationeue generatio sit atq; corruptio: aut eoꝝ opera q̄ ferunt̄ in cœlo:nihil omnino dicūt.Præterea si detur ēt ipsis magnitudinē ex hisce constare:aut ostendatur quonā modo corporū alia leuia alia grauia erunt.Ex his enim quæ supponūt ac aiunt nō magis de mathēaticis corporibus q̄ sensiblibus dicūt.Quocirca de igne uel terra uel cæteris corporibus talibus nihil omnino dixerūt: tanq̄ nihil ut arbitror proprium de sensibilibus ipsis dicentes. Præterea quonam pacto sumere oportet:numeri quidem affectus ac numerū causas eorum esse:quæ a principio & nunc in cœlo sunt atq; fiunt:numerum autem nullum alium esse præter hunc numerum:ex quo mūdus est costitutus. Quādo enim hac quidem in parte sentētia ipsorum est opinio atq; tēpus:parū aūt supra uel infra iniusticia iusticiaq; uel mixtio: idq; ita esse demonstrant ex eo quis unūquodq; istorum numerus ē:fitq; ut hoc loco iā earum magnitudinum quæ cōstituuntur sit similitudo ex eo quia affectus hi singulos locos sequūtur:est ne idem hic numerus qui est in cœlo:quem accipere oportet quodq; istorum esse:an alius præter hunc ipsum. Plato nanq; alium esse dicit: atq; q̄q̄ & ille numeros & hæc esse & horum causas arbitratur: intelligibiles autē causas:hos aūt sensibiles esse censet.Sed de pythagoricis quidem loqui nunc omittamus:satis est enim hos tetigisse. Qui uero ideas ponunt primo quidē quærentes harū rerū sumere causas:alia his æqualia numero attulerūt perīde ac si quispiam numerare uolēs: pauciora qdem si sint non posse putet:plura aūt a se facta enumeret:pene autem his æquales aut non pauciores ipsæ sunt formæ. Quorum causas quærentes ex his ad illa profecti sunt.Est enim per singula quædam eiusdē nominis forma: præterque substantias cæterorum:quorum est unū in multis & in his & in perpetuis rebus. Deinde nullo eorū modoꝝ esse formæ uidentur:per quos ipsas esse ostēdimus:ex quibusdam enim nō necesse est fieri ratiocinationē:ex quibusdam aūt & eorum etiā formæ fiunt:quoꝝ nō esse formas cēsemus.Per rōnes eni scientiarū formæ eoꝝ oium erunt:quoꝝ scientiæ sunt:& per id unū inquam in multis esse:& negationū nimirum erunt:per hoc autē intelligere

nquã quid de corporũ ẽt erunt quæ corrumpunť.Eſt enim hoꝝ ſimulachrũ in imaginatione ut patet. Præterea rationũ exactiores partim eoꝝ quæ ſunt ad aliqd ideas faciunt:quoꝝ non dicimus per ſe genus eſſe: partim tertiũ hominẽ afferunt: atq; omnino rõnes ea quæ ſiunt de formis ea tollunt.quæ magis eſſe uolunt. qui formas inquiũt eſſe:quã ipſas ideas:ſit enim ut nõ ſit dualitas:ſed uniuerſus primũ:& id quod eſt ad aliquid prius ſit eo quod eſt per ſe:& uniuerſa etiam ea quibus opiniones quidã de ideis ſecuti principiis ſunt aduerſati. Præterea exiſtimatiõe quidem qua ideas dicimus eẽ: non ſolum ſubſtãtiarũ erunt formæ:ſed multoꝝ ẽt cæteroꝝ:eſt enim id unũ quod mente concipitur:non modo circa ſubſtantias ſed etiã circa cætera. Et ſcientiæ non ſubſtantiæ ſolum:ſed cæteroꝝ etiam ſunt:& alia eueniunt huiuſmodi infinita. Neceſſitate autem opinionibuſue quæ de ipſis habenť:ſi formæ participabiles ſunt: ſubſtãtiarum dumtaxat ideas eſſe neceſſe eſt:nõ enim per accidens participãť: ſed hoc cuiuſq; qđ q; particeps eſſe oportet:quonam dicitur de ſubiecto. Veluti ſi quippiã ipſius dupli particeps eſt:id & perpetui particeps eſt:ſed p accidens:accidit enim duplo perpetuum eẽ. Quare formæ ſubſtãtiæ erũt:atque hæc ſubſtãtiã & hic & ibi ſignificant. Vel qd id erit unũ inquã ipſum ĩ multis aliqd eẽ præter hæc ipſa dixiſſe. Atq; qdẽ ſi ſpecies earũ ẽ idearum:earũq; reꝝ quæ ſũt particeps:erit aliqd pfecto cõe. Cur enim ĩ dualitatibus hiſce quæ corrumpũť;& dualitatibus multis qdẽ ac æternis:dualitatis prædicatio magis una eſt eadẽq;:q̃ in hac atq; aliq̃. Si uero nõ eadẽ ſpecies eſt nomẽ dũtaxat erit cõe: & pinde ac ſe qſpiã Calliã ac lignũ hominem uocet:nulla ipſoꝝ ratione uiſa communi.

Maxime uero omnium id quiſpiam dubitauerit:quidnã formæ perpetuis ſenſibilibus aut hiſce quæ oriuntur ac occidunt cõferant. Neq; enim motus neq; mutationis ullius ipſis ſunt cauſæ. At uero neq; cõferunt:quippe cũ nõ inſint in hiſce rebus quæ ſunt horum illæ ſubſtãtia:eſſent enim in iſtis neq; ut ſint cõferũt:quippe cum nõ inſint ĩ hiſce rebus q̃ ſunt participes. At enim hoc forſitã pacto uidebuntur cauſæ eẽ. Vt albus color mixtus cũ corpore:mixti corporis cã eſt. Sed hic ſermo facile admodũ inminui põt quẽ Anaxagoras qdẽ primus:Eudoxus aũt poſterius & alii quidã dicebãt:ẽ enim pfacile multa abſurda ad huiuſcemodi opinionẽ ipoſſibilaq; iferre:atq nec ullo eoꝝ modo rũ ex ipſis formis ſunt cætera:qui dici cõſueuerunt. Dicere aũt exẽplaria eẽ reſq; cæteras ipſoꝝ eẽ ptícipes ſupuacaneũ eẽ:& trãſlationibus poeticis ſimile. Quid eſt enim qđ ad ideas reſpiciens opať. Et inſup & eẽ qduis & fieri ſimile põtẽt ſi ad ſimlitudinẽ illius nõ pducať. Quare & ſi ſit & ſi nõ ſit Socrates:fieri põt qualis eſt Socrates ipſe. Similĩ mõ fieret:& ſi Socrates ppetuus eſſet. Præterea exẽplaria plura eiuſdẽ erunt:q̃ re & formæ:ut hoĩs aĩal & bipes:& iſup ipſe homo. Præterea formæ nõ ſenſibiliũ ſolũ: ſed ipſaꝝ ẽt forma ꝓexẽplaria erunt:ueluti genus ipſum ut ſpecieꝝ genus. Quare idẽ erit exemplar:atq; imago. Præterea fieri nõ poſſe uidebitur:ut hæc ſint ſeorſum:ſubſtãtia inquam & id cuius dicitur ſubſtantia eſſe. Quare quonam pacto ſeorſum erunt ipſæ ideæ ſi ſunt ſubſtantiæ reꝝ:In phedone aũt & ut ſint ipſæ res & ut fiant cãæ formæ dicunť. Et tamẽ non fiunt ea quæ ſunt:& ſi ſunt fomæ: niſi ſit id quod ẽ moturũ:& inſup multa alia fiunt:ut domus ac annulus:quorum non dicimus eſſe formas. Quare patet & cætera ẽt & eſſe & fieri poſſe & per tales cauſas per quales fiunt:& ea quæ mõ ſunt dicta. Præterea ſi formæ ſint numeri quonã modo cauſæ erunt. Ex eo ne qa ea quæ ſunt alii numeri ſunt ut hic quidẽ numerus homo hic aũt ſocrates hic uero callias. Cur igitur his illi ſunt cauſæ:nihil enim refert:ſi illi quidẽ perpetui ſunt:hi uero nõ ſunt. Quod ſi ppterea q; ea quæ ſunt hic:rationes ſunt numeroꝝ ceu concentus:pa

tet unum quid esse ea: quotũ sunt rationes. Quod si id materia: patet & ipsos numeros quasdam fore quorundam inter se rõnes. Dico aũt hoc pacto si callias sit ratio in numeris ignis & terræ & aeris atq; aquæ; & alioꝝ subiectorũ quorũdã: & ipsæ homo siue numerus sit quidã, siue nõ sit: rõ tũ quorũdã in numeris & non numerus erit: neq; ob hæc numerus qdã erit. Præterea multis ex numeris unus fit numerus: ex formis aũt qũo forma una fieri potest. Quod si non ex ipsis, sed ex unitatibus quæ sunt i numero, ut in centenario fiunt: quonã pacto unitates se habent. Nã si eiusdem sint speciei: Complura euenient nimirum absurda: si non eiusdem nec eædem sint inter se nec cæteræ omnes.

Quo differẽt cũ exptes sint passionis. Neq; enĩ cõsona sunt hæc rationi: neq; cõsentanea menti. Præterea genus aliud cõficere numeri, circa quod arithmetica uersetur necesse est. Et omnia quæ a qbusdã media nũcupantur. Quæ quo modo sunt: aut e qbus principiis sunt: aut cur hoꝝ & ipsarum media erunt. Præterea utraq; unitas quæ est in dualitate, ex alio erit priore: ex ipsa inquam dualitate: at fieri nequit. Præterea ꝑpter quid numerus unum est cõpræhensus. Insuper si unitates diuersæ sunt: oportebat eos perinde dicere: atq; ii dicunt qui elementa quatuor aut duo asserunt esse. Nam hoꝝ non elementũ esse dicit quisq; ipsum cõe, ueluti corpus: sed ignem ac terram: siue sit. Nunc autem perinde dicit̃ ac si unum ipsum similiũ esset partiũ, ut ignis uel aqua: quod si ita sit numeri substãtiæ sane non erũt. At patet si est quid unum ipsum, atq; id est principiũ: multipliciter unum dicit̃ secus enim est impossibile. In principia aũt substantias uolentes redigere. Longitudines quidem ex breui ac longo paruo magnoq; ponimus: & planum ex lato atq; angusto. Corpus autem ex profundo ac humili. At quonam modo planum habebit lineam: aut solidum lineam atq; planum. Aliud ẽ enĩ genus latum atq; angustum: & profundum ac humile. Vt igitur neq; numerus inest in ipsis: quia multum ac paucum ab his est diuersum: sic patet nec aliud quicq; inferis superorũ inesse. At uero neq; latum ipsum genus est ipsius profundi: esset enim corpus ipsum quid planum: Præterea ex quonã inerunt puncta. Atq; huic generi plato aduersabatur: esseq; geometriã opinionem dicebat: sed principium lineæ uacabat: idq; lineas indiuiduas persæpe ponebat: & tamẽ harũ finem quẽdam esse necesse est: quare ex ea rõne q̃ linea est: & pũctum etiam est. Omnino autem philosophia quærẽte manifestarum causam rerũ: hãc quidem omisimus. Nihil enim de causa dicimus: unde est mutationis pricipium: substantiam aũt ipsarũ ducere putãtes: alias quidẽ substãtias esse dicimus. Qũo aũt haꝝ illæ sunt causæ dicere uane uidemur. Esse enĩ participes ut antea diximus: nihil esse uidet̃: neq; id ẽt, qd circa sciẽtias causam esse uidemus: ꝑpter qd & oĩs mens & omnis natura facit: & quod unũ principioꝝ dicimus eẽ, ideæ formæq; tangunt: sed mathematicæ scientiæ hisce qui hac tempestate sunt phlosophia fuerunt: quã q̃ inquiunt alioꝝ gratia ipsarũ studio uacare oportere. Præterea substantiam ipsam subiectã ut materiã mathematicam quispiã magis existimabit: & prædicari magis substantiæq;, atq; materiæ differentiam, q̃ materiam esse: magnũ inquam ipsum ac paruũ quẽadmodum & naturales rarũ dicunt & dẽsum: primas hæc asserẽtes subiecti differẽtias eẽ: hæc enim excessus quidã sunt & defectus. De motu uero quid putare oportet. Si motus hæc sunt: formæ mouebuntur ut patet: sin uero nõ sunt: unde motus accessit.

Tota nãque consideratio de natura sublata est. Id præterea non fit: quod facile esse uidetur: unum inquã esse oĩa demonstrare. Non enim ipsa designatione unum oĩa fiũt: sed ipsum quid unũ: si quispiam oĩa præstet: & neq; etiã hoc: nisi ipsum uniuersale genus dederit esse: hoc autẽ quibusdam accomodari non potest: at uero neq; rationẽ ullã

habent longitudines plana ac solida: quæ sunt post numeros: quonam pacto sunt aut erunt: neq; uim ullam habent. Hæc enim neq; formæ esse possunt: quippe cum nō sint numeri neq; media (illa enim sunt mathematica) neq; ea quæ corrūpūtur. Sed rursus quartum hoc aliud genus emerget. Omnino autem fieri non potest: ut elemēta eorum quæ sunt quisquam inueniat quærendo: si non ipsa: cum multipliciter dicantur distinxerit: præsertim si hoc modo quærat, ex quibus nam sint elemētis: fieri enim nō potest, ut ea ex quibus actio constat, aut passio, aut actio, aut rectum accipiantur: sed substantiarum tantummodo sumi possunt. Quare rerum omnium elementa quærere: aut habere putare, superuacaneum est, & nō uerum. Quonā etiam pacto quispiā elementa omnium discet. Patet enim antecedere non posse cognitionē: nam ut is qui geometriam discit, alia quidem ante cognoscere potest: nihil autem eo; quorum est scientia: & quæ sunt sibi discenda prius cognoscit: sic & in aliis fieri solet. Quare si omnium aliqua scientia est: qualem inquiunt quidam: nihil is antea sane cognoscit. Omnis tamen disciplina p antea nota, aut omnia, aut aliqua fit: & aut per demonstrationem, aut per diffinitiones efficitur. Ea enim ex quibus diffinitio constat, antea cognoscatur: & sint nota oportet: similiter & ea quæ fit per inductionem. Atqui si est infra nobis: mirabile est profecto quo pacto nos latet potissimam scientiarum habere. Præterea quonam pacto quispiam cognoscet ex quibus sunt omnia: & quonam modo patebit. Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit enim quispiam: perinde atq; circa etiam syllabas quasdam. Nam quidā XA syllabam ex C, & S, & A, constare dicūt: quidam alterum sonum ipsius ꝓprium inquiunt eē: & nullum eo; qui nō sunt. Præterea quonā modo quispiam sensum non habens, ea quo; est sensus cognoscet. Oportebat tamen si omnium ea sunt elementa, ex quibus perinde atq; compositæ uoces ex elemētis propriis cōstat. Ex his igitur quæ prius sunt dicta: patet eas uniuersos uideri causas quærere: quamuis obscure quas in naturalibus diximus: nullamq; nos aliam præter illas dicere posse: atq; prius partim oēs, partim nullo modo dictas fuisse. prima namque philosophia, ut noua q̄dam primoq; orta balbuties de oibus esse uidet. Nam & Empedocles os ratione constare dicit. hoc aūt est quidditas rei substantiaue. Atq; similiter & carnis cæterorūq; cuiusq; ratione, uel nullius esse oportet. Ob hoc.n. & caro, & os, & unūquodq; cæteros; est: & non ob materiam: quā ille terrā, ignē, aerem, atq; aquā eē dicit. Verum hæc illæ si alius diceret, necessario cōcessisset: dilucide uero nō dixit. Sed de his q̄dem & prius est declaratū. Nunc aūt redeamus: ea rursus allaturi: quæ de eisdē q̄spiā dubitauit ex ipsis enim facultatem ad posteriores dubitationes forsitā consequemur.

Aristotelis Secundus Liber primæ philosophiæ Incipit, Io. argiropylo interprete.



Ontēplatio ueritatis, partim difficilis, partim facilis ē. Indicium aūt est: neq; digne quēquā ipsam cōsequi posse: neq; uniuersos ēt aberrare: sed quēq; de natura aliquid dicere: & singulos quidem nihil, aut parū ad ipsam conferre: ex omnibus autem cōgestis magnitudinē quādā emergere. Quare si ita sese habere uidetur, ut dicere prouerbio cōsueuimus: quis nā ostium non attinget. Hoc q̄dē pacto facilis erit. At totū ac partē habere non posse: id difficultatem ipsius ostēdit. fortasse aūt cū difficultas duobus sit modis, nō in rebus, sed i nobisipsis

difficultatis est causa. Nam ut uespertilionum oculi sese habent ad lucem dici: sic & nostræ animæ mens ad ea sese habet: quæ manifestima omnium sunt natura. Non solum autem hisce quorum quispiam opiniones acceptabit, atq; utetur: sed et hisce q ueritaté non penitus attigerunt, gratias habere oportet. Et hi nāq; & aliquid cōtulerunt: habitū enim nostrum excitarūt, ac acuerūt. Nā si Timotheus nō fuisset, nō tantā habe remus artem cantandi. Et si phrynis non antecessisset: nō talis Timotheus euasisset. Eodē modo res sese habet: & de hisce, qui de ueritate dixerūt. A quibusdā enim opiniones quasdam suscepimus: at qdam ut illi talia sentirent causæ sane fuere. Recte autē sese habet & illud: scientiam inquam philosophiæ ueritatis appellari contemplationē: nā finis quidem contemplatiue ueritas est: actiue autem opus. Etenim si quomodo res se se habet, actores ipsi considerant: non tamen eius causam per se: nec ut perpetuo talis est: sed ut ad aliquid, atq; ut nunc contemplantur. Verum autē sine causa nescimus. Vnumquodque aūt maxime cæterorū est ipsum: quo & cæteris nomen idem cum eadem competit ratione: ut ignis est calidissimū: nā cæteris hic caliditatis est causa. Quare & id est uerissimum: quod est posterioribus ut uera sint causa. Quapropter eorum principia quæ sunt semper: uerissima sint semper necesse est: non enim interdum sunt uera: neque illis ut sint quicquam est causa: sed cæteris illa. Quare ut quodque est: sic & ueritatis particeps est.

Capitulum secundum.



T uero constat principium quoddam esse: & neque profectione recta, neque specie infinitas rerum causas esse: fieri enim nō potest: ut aut in materia, cum hoc ex hoc oritur, habeatur in infinitum: ut caro quidem ex terra autem ex aere: aer uero ex igne fiat: & huiusce nullus sit finis. aut in eo unde est pricipium motus: ut homo quidem ab aere: aer autē a sole: sol uero a discordia moueatur: & huiusce sit exitus nullus: simili modo neque in eo gratia cuius cætera sunt, atque fiunt: in infinitum profecto esse potest: ut ambulatio quidem sanitatis: hæc autem fœlicitatis: fœlicitas uero cuiuspiam sit idemtidem gratia: atque hoc pacto aliud semper. Eodem modo nec in ratione in infinitum abiitio esse potest. In hisce namque mediis, extra quæ ultimū est atque prius: necesse est id quod est prius eorum quæ sunt, post ipsum causam esse. Si enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus est causa: primum sane dicemus: nō enī dicemus ultimum: quippe cum nullius sit ipsum ultimum causa: at neque medium: est enim unius ut patet causa. Nihil enim interest unum an plura sint media: & finita an infinita. Infinitorum uero hoc pacto: infinitique omnino partes omnes usque ad hoc præsens similiter media sunt. Quare si nihil sit primum: causa nulla omnino est. At uero neque ad infera: si supera principium habent: in infinitum profecto esse potest: ut ex igne quidem aqua: ex hac autem terra: & sic semper aliud quid genus fiat ac oriatur. Duplicato enim hoc ex hoc fit: non ut hoc post hoc fieri dicitur: uelut ex isthmiis dicūtur olympia fieri: sed ut aut uir ex puero mutationē subeūte fieri dicit̄: aut aer ex aqua: ex puero igitur uirum fieri dicimus: ut ex eo quod fit, id quod factum est: aut ex eo qđ perficitur, id quod est perfectum. Vt enim inter esse atque non esse, medium est generatio: sic & inter id quod est atque id quod non est, id quod fit medium semp est. Qui aūt discit: fit sciēs: & id quod discitur: ex addiscēte fieri scientē: ex aere uero fit aq̄ altero subeunte corruptionem. Quapropter in illis quidem nō fit reflexio: neq; fit puer ex uiro: Nō enim ex generatione fit id qđ fit: sed ē post generationē: sic eni ex aurora fit dies:

quia post illā:iccirco neque ex die fit aurora In hisce uero reflexio fit. Neutro autem modo in infinitum abiitio esse potest. Etenim illorum quidem cum sint media: finē eē necesse est: hæc autem reflectuntur: alterius enim corruptio, alterius est generatio. Et insuper fieri nequit: ut ipsum primum cum perpetuum sit corrumpatur. Cum enim generatio non in infinitum sursum proficiscatur: id ex quo corrupto primo quippiam ortum est: perpetuum non esse necesse est. Præterea id gratia cuius cætera fiunt, est finis: tale autem est id quod non ob aliud fit: sed alia illius gratia fiunt. Quare si ultimum tale fuerit non erit: sin uero nihil fuerit tale: non erit id gratia cuius cætera fiunt: sed quid infinitionem faciunt: ipsius boni naturam e medio tollunt: & tamen nemo quicq̄ agere aggredietur: si non sit id ultimum accessurus. Neque profecto mens erit in ratiōe rerum: gratia nanq; cuiuspiam semper is agit qui mentem habet: hoc enim est ultimū: ultimum enim est finis. At uero neq; quiditas in aliam diffinitionem abundantem ratione redigi potest. Semper eni ea quæ est ante, est magis: ea uero quæ est posterior non est: ubi autem primum non est: neq; id est profecto quod heret. Præterea qui ita dicunt: scientiam e medio tollunt: fieri enim non potest ut quicquā sciatur, antequā ad indiuidua sit profectum. cognitioq; esse non potest. Qui nanq; fieri potest: ut ea quæ hoc pacto sunt infinita intelligantur. Non enim simile est in linea: ubi in diuisionibus quidem non statur. Non fit autem ut intelligamus: nisi diuisioni modum ponamus. Quocirca diuisiones non enumerabit, qui infinitam trāsit. Quinetiā materia hoc ipso quod mouetur, intelligatur necesse est: atq; infiniti nullius est esse: quod si ita non est: infiniti esse infinitum non est. At qui si infinitæ etiam essent multitudine species causarum: neq; hoc pacto rerum profecto cōsequi cognitionē possemus. Tunc enim scire arbitramur, cum causas cognouerimus: fieri autem nequit: ut infinito in tempore, id quod finitum est, additione pertranseamus.

Capitulum tertium.

Vsculationes autem p consuetudines fiunt. Nā & cōsueuimus sic, & oportere dici cēsemus: ut ea q̄ præter illas sunt, non similia: sed ob insolentiā ignota nobis, alienaq; magis uidētur. Quo enim nobis est consuetum, id nobis est notum. Quantam autem ea uim habent, quæ consueta sunt nobis: leges ipsæ declarant in quibus circa fabulosa & puerilia consuetudo magis quam ueritas potest. Quidā igitur nisi quispiam mathematice dicat: non acceptat eos qui dicunt. Quidam nisi per exempla dicatur: non approbant. Sunt & qui poetam testem adducendū esse censent: atque alii quidem omnia exacte dici uolunt: aliis autem molestia est exacta doctrina: aut quia sequi non possunt: aut quia quasi calculū de rebus exiguis idipsum esse existimant. Habet enim tale quid ipsa exacta doctrina: quare quibusdam ut in pactis atque contractibus: sic & in sermonibus diligentia talis illiberale quoddam esse uidetur. Iccirco eruditum esse quemque oportet: quonam pacto quæque sunt acceptanda: quoniam absurdam est scientiam simul, & scientie quærere modum: ubi ne alterum quidem consequi facile est. Mathematicorum autem exacta discussio non in uniuersis est flagitāda: sed in hisce duntaxat quæ materia uacant. Quapropter modus ille non naturalis esse uidetur. uniuersa nanque natura fortasse materiam habet. Quamobrem primum quid sit natura considerare oportet: hoc eni pacto: & quibus de rebus est scientia naturalis: & si unius facultatis, an plurium sit. Causas pricipiaque cōtēplari pfecto patebit.

Aristotelis Liber tertius primæ Philosophiæ Incipit. Io. argiropilo interpræte.



Ecesse est ad eã sciam quã quærimus ea primũ nos aggredi: De quibus dubitare primũ oportet. Hæc aũt sunt ea de quibus aliter quidã existimarunt: & si quid præter illa fuit neglectum atq; omissum. Est aũt operepræciũ bene eos dubitare: q cõsequi percutiunt facultatẽ: posterior enim facultas solutio est eoꝝ quæ prius dubitantur. Atq; fieri nõ potest ut uinculum soluatur si ignoretur: sed dubitatio mentis idipsum de re declarat. Quo enim mens dubitat eo persimilis est ligatis fieri enim nequit ut ulterius hæc aut illi progrediant. Qua propter difficultates omnes antea cõtemplari oportet: & hoꝝ gratia: & quia hoies qui quærũt: si primo nõ dubitauerint: persimiles hisce sunt q ignorãt quorsum pergere oporteat: & insup neq; si id qd qrit inuenerint tãdẽ nec ne discernere possunt: finis enim hisce quidẽ nõ patet. At ei qui antea dubitauit est manifestus. Præterea melius ad iudicandũ affectũ eũ esse necesse est: qui rõnes ẽt cõtẽdẽtes oẽs peri de atq; aduersarios audiuit. Est itaq; dubitatio pria de hisce quæ i exordiis dubitauimus. Vtrum unius an plurium sciẽtiaꝝ sit cãs cõtemplari: & utrũ hoc solum ad hanc scientiam spectet. principia inquã prime substãtiæ cõtemplari: an ad ea principia ex q bus uniuersi demõstrant: Ceu si fieri possit ut idẽ ac unũ affirmetur simul atq; negetur nec ne: & istiusmodi cætera: & si sit huiusce scientiæ circa substãtiam uersari: utrũ una sit circa oẽs an plures: & si sint plures: utrum oẽs generis sint eiusdẽ an aliæ ipsarum sapientiæ aliæ aliquo alio noie sint appellandæ. Hoc ẽt ipsum quærere necessarium esse uidet: utrum substãtias sensibiles solum an præter has alias esse sit asserẽdum: & utrũ unum sit genus an genera substãtiaꝝ sint plura: ut ii qui formas faciunt censent an inter has & sensibilia res mathematicas medias collocant. De his igitur uti diximus cõsiderandũ esse uidet: & utrũ circa substantias tãtũ sit cõtemplatio: an & circa ea quæ p se substantiis accidũt. Præterea cuius nã sit de iis omnibus cõtemplari: de qbus artifices differẽ di cõsiderare conant: ex solis uerisimilibus facientes cõsiderationẽ: de eodem inquã & diuerso de simili & dissimili de cõtrarietate de priore posterioreue & cæteris oibus talibus: & de his insuper quæ p se illis accidunt: ut non solũ qd illorũ sint singula: sed etiam si unum sit cõtrarium uni cõsideretur. Et utrum principia & elementa sint genera ipsa an ea quæ insunt: & in quæ res quæq; diuiditur: Quid si sint genera: utrum sint ea quæ ultimo de indiuiduis ipsis dicunt an ipsa prima. Ceu utrum animal an homo principium sit: & magis sit præter singularia ipsa. Maxime uero quærendum atq; tractandum est: si præter materiã sit aliqua per se causa: atq; hæc sit separabilis nec ne: & utrum una an plures numero sit: & utrũ sit quippiam præter ipsum totum: dico autem totum: cum de materia quippiam prædicatur an nihil: an quorundã sit quorundam nõ sit: & quales reꝝ sit tales. Præterea principia numero ne an specie tã in rationibus q̃ in subiecto sunt definita. Et utrum rerũ quæ occidunt: & rerum quæ non occidũt eadem pricipia sunt an diuersa. Et utrũ oia corruptionis exptia sint an principia rerum quæ corrumpunt: subeant corruptionẽ & ipsa: Præterea quærendũ est id quod oium ẽ difficillimum & dubitationem maximã habet: utrum unũ ipsum & id quod est nõ aliud quicq̃ sed eorum quæ sunt substãtia sit: ut Pythagorici Platoq; dicebãt: an nõ ita sit sed aliud quippiam sit ei subiectũ: ut snia quidem Empedoclis amicitiæ:

quorūdam autem alioꝝ/ignis/uel aer/uel aqua. Et utrū principia uniuersalia sint/an ita sese habeāt/ut res singulares. Et potentia ne sunt/an actu: & alio ne modo/an motu. Hæc enim magnā dubitationē præbere possunt. Insup quærēdum est/si numeri/lōgitudines/figuræ/ac puncta/substantiæ quædam sint/nec ne. Quod si substantiæ sint. utrum a sensibilibus sint separatæ/an sint in ipsis. De his.n.omnibus nō solum difficile est consequi ueritatem: sed ne ratione quidem bene dubitare facile est.

Capitulum secundum.

Primum igitur quærendum est de quibus diximus primum: utrum unius/an plurimum sit scientiarum genera causarum oia contemplari. Et.n.quonā pacto unius erit scientiæ principia rerum cognoscere: cum non sint contraria. Præterea cum pluribus eorum quæ sunt non omnia competunt. Qui nāq; fieri potest/ut immobilibus sit principium motus: aut boni natura: si omne quidem quod est per se atq; suapte natura bonū finis sit: atq; adeo causa ut illius gratia cætera sint atq; fiant: finis autē & id cuius gratia cætera fiunt/actionis sit cuiuspiam finis: actiones uero oēs efficiant̄ cū motu. Quare fieri nō pōt/ut in imobilibus hoc principium/aut ullum sit per se bonum. Quapropter & in mathematicis nihil oino per hāc ostēdit̄ causam: neq; ulla prsus ex eo fit demōstratio: qa sic ē melius/aut deterius. Qui nemō mētionem ullam omnino facit Iccircō sophistarum quidam ut aristippus in ipsa inuehebatur: in cæteris qdem inquiens artibus/& etiam sordibus: ut in ædificādi facultate/atq; suendi omnia dici: quia sic est melius/aut deterius: mathematicas uero nullā bonoꝝ maloꝝq; curam habere. At uero si plures sint sciētiæ causarū: & alia circa aliā causam uersēt̄: quam harum oportet eam dicere quam quærimus. Aut quem eorū qui ipsas habent rem maxime scire dicemus: sit enim ut ad eādem rem modi causarum omnes accomodent̄. Domus enim principium quidem unde proficiscitur motus: ars est atq; ædificator: id autem gratia cuius cætera fiūt/ipsum est opus: materia uero lapides sunt & cementū: & forma est ipsa ratio. Ex his igitur qbus olim determinatum est: quam sciētiā sapientiam oporteat appellare. consentaneum esse rationi uidet̄: illarū quāq; sapiētiā nūcupare. Quo nāq; sapientia princeps est maxime atq; domina: & cui cæteras ut seruas neq; cōtradicere fas est: hoc scientia finis ac boni sapientia nuncupanda esse uidet̄: huius enim gratia cætera sunt atq; fiunt. Quo uero definitum est causaꝝ primaꝝ maximeq; scibilis scientiam sapiētiam esse. hoc substātiæ scientia nomen sibi nō iniuria sapientiæ uendicabit. Nam cū multis modis idē sciatur: magis quidem eos dicimus scire: qui rem ex hisce quæ insunt/q̄ eos qui ex hisce quæ nō competunt eidē cognoscūt: hoꝝ autem alium alio magis/& maxime eum qui quid nam sit percipit: sed non eum qui aut quanta sit/aut qualis/aut si apta sit agere quippiam/aut pati cognoscit. In cæteris etiam quoꝝ est demonstratio: tum scire quodq; putamus: cū quidnam sit unum quodq; cognoscimus: ut quadrationē inuentionē mediæ esse: & in cæteris simili modo.

At qui circa generatiões actionesue: atq; omnē mutatiōem tum maxime scimus: cū ipsum principium motus scimus: hoc aūt aliud principium est atque oppositum fini. Quare contemplatio haꝝ causarum cuiusq; ad aliamq; sciētiam uidebitur pertinere.

At uero de principiis etiam demonstrationis est controuersia: si una sit an plures de ipsis scientiæ: atq; demōstratiua pricipia dico opiniones cōmunes: ex qbus oēs demōstrāt. Vt omne quoduis affirmetur aut negetur necesse est: & ipossibile est eē simul atq; nō esse: & quæ sunt huiusmodi propositiones. Est igitur horum atq; substantiæ una scientia/an alia atque alia. Quod si non sit una: utrum dicere oporteat eam quæ

nunc quæritur scientiam esse. Vnam igit̃ eē non est cōsentan eum ratiōi. Cur enim magis est ꝓprium geometriæ:q̃ cuiusuis hæc intelligere. Si igitur cuiusuis quidē similiter est:oīum aūt eē nō potest:ut neq; cæterarum sic/neq; eius quæ substātias cognoscit proprium ē de ipsis cognoscere:& insup quonā pacto ipsoꝶ sciētia fuerit. Quid enī unū quodq; ipsoꝶ est:& nunc plane cognoscimus:nam utuntur ipsis & aliæ artes ut cognitis. Quod si demonstratiua sit de ipsis scientia: genus subiectū esse quippiā oportebit & quædam affectus quædam dignitates ipsoꝶ esse:impossibile est enim demonstrationem de omnibus esse:ex quibusdam.n.& circa quippiam & quorūdam eē demonstrationem necesse est. Quare fit ut ex oīum quæ demōstrantur: unum sit quippiā genus. Vniuersæ nāq; demōstratiuæ scientiæ dignitatibus ipsis utūtur. At uero si alia sit substantiæ scientia:& alia item de ipsis utra sit potior ipsarum/& suapte natura prior. Vniuersaliter enim dignitates maxime ac omnium principia sunt. Quod si non ad philosophum/ad quem nam alium uerum de ipsis ac falsum contemplari spectabit Præterea una ne omniū substantiarū/an plures scientiæ sunt. Atq; si non una sit:cuiusnam substantiæ hanc scientiā ponere oportet. Vnam aūt omnium esse/nō est cōsentaneum rationi. Et demōstratiua nāq; scientia una oīum per se accidentium erit. Si quid ē omnis demōstratiua scientia circa aliquid subiectum ex opinionibus cōmunibus accidentia per se contemplatur. Eiusdem igitur est p se accidentia ex eisdem opinionibus circa subiectum alqd' cōtemplari. Subiectum.n.circa qd' unius scientiæ est:& ea ex quibus unus idētidem est:siue sit eiusdem/siue non eiusdem:quare & accidentia simili modo/siue hæ cōtemplantur/siue ex istis una. Præterea utrum circa substantias solum sit cōtemplatio:an & circa ea quæ ipsis accidunt. Dico autem hoc pacto:si solidum sit substantia quædam:& lineæ atq; plana:utrum ad eandem hæc & accidentia circa unumquodq; genus de quibus mathematicæ demonstrāt:an ad aliam scientiam cognoscere spectet. Nam si ad eādem pertineat:demōstratiua quædā & substantiæ ꝑfecto scientia erit: At ipsius quid est/non uidetur demonstratio eē. Sin ad aliam quænam est ea/quæ accidentia circa substantiam contemplatur: hoc enim assignare facile admodum est.

Præterea utrū solas substantias sensibiles esse/an & præter hasce dicendum est alias esse. Et utrū unū sit genus:an plura substantiarū sint genera:ut ii putant qui formas inquiunt:& res eas medias eē/circa quas mathematicas uersari scientias dicunt. Quemadmodum igitur ipsas formas causas atq; p se substantias eē dicimus:in primis sermonibus de ipsis est dictū. At cū multæ difficultates habeantur de ipsis:nō minus id ē absurdū asserere quidē quasdā esse naturas/præter eas quæ sunt in cœlo:has aūt dicere nō differētes a sensibilibus esse/nisi dūtaxat æternitate:quippe cū illas perpetuas faciant: hæ uero orianẽ ac occidāt.inquiūt enim eē ipsum hominē & equū ac sanitatem: aliud uero nihil peride faciētes atq; ii qui deos qdem inquiunt eē:humanam aūt fomam habere:neq;.n.illi quicq̃ aliud/q̃ hoīes æternos:neq; ii formas aliud quicq̃/q̃ res sensibiles perpetuas faciunt. Præterea si quispiā præter formas & sensibilia/res ipsas medias ponet. Cōplures sane difficultates habebit. Patet.n.lineas similiter ꝑter ipsas & sensibiles fore:& cæteroꝶ generū quodq;. Quare cū astrologia una sit horū sciētia:erit & quoddā cœlū præter hoc sensibile cœlū:& sol & lūa & cætera similiter q̃ sunt i cœlo. At quonā pacto his ē credēdū:nā neq; imobile illud eē cōsentaneum est rōni:& oīno fieri non pōt ut moueatur. Similiter & de his est putādū circa quæ musica/mathematica/ꝑspectiuaq; uersatur:neq;.n.ipsa præter sensibilia possunt ob easdē causas eē: nam si media sint sensibilia:patet & sensus & animalia iter formas/& res ipsas caducas cōtinuo fore.

Dubitauerit aũt qſpiam & circa quas rerũ has ſcientias quærere oportet. Nã ſi hoc geometria a facultate ptiẽdi terras differt ſolũ:qđ hæc quidem hoꝝ eſt quæ ſentimus illa uero nõ ſenſibiliũ:patet & præter medicinã & cæterarũ quoq; facultatũ: aliam quã dã fore iter ipſam medicinã & hãc medẽdi artem. At hoc q fieri poteſt:erunt.n. quædã ſana præter ſenſibilia:& ipſum ẽt ſanum:& iſuper neq; hoc ueꝝ eſt:facultatẽ iquã par tiendi terras ſenſibilium eẽ magnitudinum:& quæ nõ uacãt corruptione : corrumpe rẽť.n. cũ illæ intereunt. At uero neq; aſtrologia quæ ẽ circa hoc cœlũ magnitudinum ſenſibilium erit:neq;.n. ſenſibiles lineæ tales ſunt quales eſſe geometria dicit. Nihil.n. ſenſibilium adeo eſt rectũ aut rotundum. Normã nãq; nõ pũcto circulus tãgit:ſed ut Protagoras dicebat redarguens geometras : neq; motiones reuolutioneſq; cœli ſimiles ſunt hiſce:de qbus aſtrologia ſuas rõnes facit:neq; puncta eadẽ naturam habẽt quam ſtellæ. Sunt aũt qui eſſe quidem iquiunt ea:quæ media dicunť inter formas ac ſenſi bilia eẽ:nõ tamẽ ſeorſũ a ſenſibilibus ſed in iis ipſis eẽ: quibus omnia quæ eueniũt im poſſibilia recẽſere:longioris ẽ ſane orationis:ſatis aũt fuerit & talia contemplari. Nõ.n. hæc ſolum ita ſeſe habere cõſentaneum ẽ rationi:ſed patet & ipſas formas in ſenſibili bus eẽ poſſe:eiuſdem enim ſunt hæc utraq; rationis. Præterea duo ſolida eẽ eodẽ ĩ loco neceſſe ẽ:& non imobilia eẽ:quippe cũ ſi in ſenſibilibus ſint:neq; quidẽ motu cientur: omnino aũt cuiuſnã gratia quiſpiã eſſe quidem ipſa:in ſenſibilibus autem eẽ ponet : ea dẽ enim abſurda eueniẽt & huic ſententiæ: quæ & antecedenti. Erit enim quoddã cœ lum ꝑfecto præter hoc cœlum. Verum non ſeorſum : ſed eodem in loco:quod quidem magis fieri nequit. De his igitur magna eſt dubitatio: quonam modo poſitis ueritatem conſequi poſſumus. Et de principiis ẽt utrum genera elemeta eẽ principiaq; putare oporteat:an ea potius ex quibus primis quæq; res cõſtat. Veluti uocis elementa princi piaq; ea eẽ uidẽtur:ex quibus primis uoces cõponunť: ſed non uox ipſum cõmune:& deſignationum ea eẽ dicimus elemẽ ta:quorum demonſtrationes in iſtarũ aut omniũ aut plurimarum demonſtrationibus iſunt. Præterea & qui unũ corporum elemẽtum: & qui plura inquiunt eẽ:ea dicunt principia eſſe:ex quibus omnia corpora componũ tur & conſtãt. Vt Empedocles ignem aquam terram ac aerem elementa inquit eẽ:ex quibus cõſtãt quæ ſunt:ſed nõ ut genera ipſorum hæc dicit. Inſuper ſi qs uelit & alioꝝ cuiuſq; naturam inſpicere:ut lecticã quibus ex partibus conſtet:& quonã pacto cõpo ſitis:tunc ipſius naturã cognoſcet:His igitur rationibus principia non eẽ genera rerum uidentur. At ſi unũquodq; quidem per diffinitiones cognoſcimus:pricipia uero diffini tionũ genera ſunt:neceſſe ẽ & diffiniendarum rerũ principia genera eẽ. Et ſi ex eo rerũ ſciẽtia ſumitur:quia ſpecierũ accipiť:quibus res ipſæ quæq; dicũtur:ſpẽꝝ profecto ge nera eoꝝ quæ ſunt principia erũt. Videnť aũt & quidam dicentium:unum ipſũ aut id quod eſt:aut magnũ & paruum pricipia eoꝝ quæ ſunt eẽ:his ipſis ut generibus uti. At uero neq; utroq; mõ principia dici poſſunt. Rationem namq; ſubſtãtiæ unam eẽ cõ ſtat alia autẽ fuerit diffinitio:quæ p genera aſſignať:& alia quæ ſumit ea ex quibus res cõſtat. Inſuper & ſi q̃ maxime principia genera ſunt:utrum generũ prima putare opor teat principia rerũ eẽ:an ea quæ ultimo de indiuiduis prædicanť. Nã hoc ſuſcipit con trouerſiam. Si.n. magnis uniuerſalia principia ſunt putanda:patet ſuprema generũ exi ſtimanda eoꝝ quæ ſunt pricipia eẽ. Hæc enim de uniuerſis dicũť: Tot igiť erũt eoꝝ q̃ ſunt principia:quot ſunt ipſa genera prima. Quare id qđ eſt ac unũ ipſum principia atq; ſubſtãtiæ erũt:hæc enim maxime de uniuerſis rebus dicũť. At neq; ipſum unũ ne q; id qđ ẽ genus eẽ põt. Differẽtias enim uniuſcuiuſq; generis & eẽ :& unãquãq; unã

esse necesse est: fieri uero nõ põt aut species generis de differentiis propriis aut genus sine suis speciebus dicatur ac prædicetur. Quare si id qd' est aut unũ ipsum sit genus: nulla differentia aut unũ aut ens erit: quod si nõ sint genera: neq; principia erunt: si genera principia sunt. Præterea ipsa media cũ differentiis sumpta genera usq; ad indiuidua erunt: nunc uero alia uident' esse: alia nõ uidentur: Insuper differẽtiæ magis q̃ genera principia erũt. Quod si & hæ sint principia: infinita fere principia fiunt: præserti si quispiam primũ genus principium eẽ ponat. At uero si unũ ipsum magis ratiõe pricipii subeat: & id sit unũ quod diuisionem non capit: atq; hoc omne aut spẽ aut quantitate sit tale: priusq; sit id quod est specie tale: genera aũt in diuisiones species capiant: id erit magis unum pfecto quod ultimo prædicatur: homo nãq; non est ut patet ipsorum singulariũ hominũ genus. Præterea in quibus est prius atq; posterius: in hisce fieri non põt: ut id quippiã sit præter ipsa: quod de ipsis cõiter prædicatur: Vt si dualitas prima est numerorũ: nõ est numerus quisq; præter species numerorũ: similiter neq; figura præter ipsas species figurarũ. Quod si horũ genera præter species ipsas nõ sunt multo minus cæterorũ genera præter ipsas species erunt. Nam horũ genera maxime esse uidentur: in diuis aũt non aliud prius aliud posterius est. Præterea ubi aliud præstabilius aliud deterius est: id quod præstabilius est semper est prius: quare neq; horum fuerit genus. Ex his igitur ea quæ de indiuiduis prædicãtur. magis q̃ genera principia eẽ uidentur. At rursus non facile dictu uidet': quonã modo hæc pricipia existimare oporteat: principiũ.n.& cãm præter eas res quarũ est pricipium esse oportet: & separari ab ipsis posse. Tale aũt qd præter singulare cur quispiã esse existimabit: nisi quia uniuersaliter & de oibus prædicatur. At si ob id ipsum putandũ est quippiam principium esse: ea sane quæ magis uniuersalia sunt magis pricipia sunt ponẽda: quare prima genera pricipia erunt. Est aũt post has alia dubitatio ac oium difficillima: & ad contemplandũ eam maxime necessaria: qua de re nunc erit oratio. Nam si non sit præter singularia quicq̃: ipsa uero singularia sint infinita: q fieri põt ut ifinitarum accipiat' sciẽtia. Quo nãq; unũ quid est in uniuersis & idẽ: & quo quippiam uniuersaliter competit: hic uniuersa cognoscimus. At uero si hoc sit necessarium & præter singularia aliud esse oporteat genera pfecto præter singularia necesse est eẽ aut ultima aut prima: hoc aũt impossibile eẽ nuper ostendimus dubitãdo. Præterea si q̃maxime quippiam sit præter totum ipsum: cũ de materia quippiã fuerit prædicatum: utrũ præter oia quippiã eẽ oporteat: an præter aliqua quidẽ eẽ: præter aliqua uero non eẽ: an præter nulla omnino: Si igit' nihil omnino præter singularia sit: nihil intelligibile prorsus: sed oia sensibilia erunt: & nullius erit sciẽtia: nisi quisq̃ sensuum sciẽtiã dixerit eẽ: & insuper nihil erit perpetuũ nihil imobile: sensibilia.n. intereunt uniuersa suntq; in motu. Quod si nihil perpetuũ sit: neq; generatio eẽ põt: Necesse ẽ.n. aliquid eẽ: id quod fit. & id ex quo fit: atq; horum ultimũ eẽ si statur: & ex eo quod nõ est fieri quicq̃ nõ põt. Præterea si generatio sit & motus: & finẽ eẽ necesse est: neq;.n. infinitus ullus est motus: sed motionis oĩs est finis: & impossibile est id fieri: quod factũ esse non põt: ipsum uero factũ necesse est eẽ: cum primũ est factũ. Præterea si materies est ex eo quia ingenita est: multo magis etiam consentaneum est rõni substãtiam esse quãdo sit illa. Nam si neq; erit: neq; illa: nihil penitus erit. Quod si hoc fieri nequeat: necesse est aliquid eẽ præter ipsum totũ. Speciẽ inquam ipsam ac formã. At si quispiã id posuerit: dubitatio rursus existit: in quibus hoc ponet: & in quibus nõ ponet: nam perspicuũ est in uniuersis eẽ nõ posse: nõ.n. domum aliquam præter singulares domos eẽ ponemus. Et insuper erit ne oium ceu hoium

substãtia

ſubſtãtia una: At abſurdum eſt: nõ enim unum ſunt omnia: quorũ ẽ ſubſtãtia una: ſed multa ac dr̃ia: at & hoc metas rõnis egreditur. Et ſimul quonã pacto materies ſit tãdẽ horũ unũqdq;: & eſt totũ ipſum hæc ambo. Præterea de pricipiis & hoc qſpiã dubitabit: nã ſi ſpẽ ſint unũ: nihil erit numero unũ: neq; ipſum unũ & id qđ ẽ. Atq; quonam pacto ſcia fuerit: ſi nõ erit qppiã in oibus unũ. At uero ſi nũero ſint unũ: & unũqdq; pricipiorũ ſit unũ: & nõ ut in ſenſibilibus alia aliorũ: ut huius ſyllabæ: q̃ ẽ eadẽ ſpẽ: & pri/cipia ſunt eadẽ ſpẽ: nã hæc nũero ſunt diuerſa. Si igiť nõ hoc pacto ſed nũero ſint unũ ipſa principia reꝝ: præter elemẽta ſane nihil aliud erit: nihil enim refert unũ nũero an ſingulare dicať: ſic eni dicimus ſingulare qđ unũ nũero eſt. Vniuerſale ãt qđ in his ẽ cõe. Vt igiť ſi elemẽta uocis ĩ nũero definito eſſent neceſſariũ eſſet tot oẽs lr̃as eſſe qđ elementa cẽnt: qppe cũ nõ cẽnt eadẽ duo nec plura: ſic & hiſce q̃ ſunt & in ipſoꝝ numero erit. Nulla aũt dubitatiõe inferior dubitatio ab hiſce qui hac tempeſtate ſunt & a prioribus ẽ omiſſa. Vtrũ eoꝝ q̃ intereũt: & eoꝝ q̃ ſunt exptia corruptiõis: eadẽ an diuerſa principia ſint. Nã ſi eadẽ ſint: quonã pacto & quã ob cãm illa qdẽ occidũt: hæc uero uacãt corruptiõe. Heſiodo igiť cæteriſq; thelogis id curæ fuit dũtaxat: qđ ſibiipſis ueri ſimile eſſet: nos aũt neglexerũt. Cũ enim deos pricipia feciſſent: & ex diis orta eẽ oĩa poſuiſſent ea ſcã eſſe mortalia dicũt: q̃ nectar atq; ambroſiã nõ guſtarũt: hæc oĩa ſibiipſis ut patet nota dicẽtes: & tñ de cãrũ haꝝ guſtatiõe ſupra nr̃æ mẽtis uires dixerũt. Nã ſi uoluptatis ipſas gratia tãgãt nectar ſane atq; ambroſia nõ ut ſint illis cãæ eſſe uidẽtur. Si uero ſint cãæ: quonã pacto erũt ppetui: cũ alimẽtis indigeãt. Sed de hiſce qdẽ qui fabuloſe philoſophanť: ſerio cõſiderare dignũ nõ eſſe uꝛ. Eos ãt q p demõſtrationẽ dicũt interrogare oportet: cur nã ſi ex eiſdẽ q̃ ſunt pricipiis ſint: alia natura ſempiterna ſunt: alia corrũpunť. At cũ neq; cãm dicãt neq; cõſonũ ſit rõni rẽ ita ſeſe hr̃e: patet nõ eadẽ ipſoꝝ pricipia & cãs eſſe. Et eni & Empedocli quẽ maxĩe ſibi cõſona dr̃e qſpiã arbitrabiť: idẽ ſane contigiſſe uꝛ: nã ponit qdẽ corruptionis qddã pricipiũ cãmq; diſcordiam eſſe: nõ minus tamẽ & ipſa q̃ cõcordia generare præter ipſum unum uidebitur: cunctanq; cætera ex hac ipſa ſunt præter deum. Dicit enim.

Ex his quæ fuerint: quæ ſint ueniantq; futura.
Sunt cuncta: arboribus genus hinc: homineſq; fereq;:
Hic orti uolucres: nutritiq; æquore piſces:
Cœlicolæq; omnes longeui: numina magna.

Et ſine his ẽt patet: nã ſi diſcordia nõ eſſet: in rebus unũ: uniuerſa cẽnt ut inqt. Nã cum uniuerſa cõuenerit: tũc ultimo diſcordia ipſa extrudiť. Quapp & ſit ipſius ĩnia. Vt deus q oium ẽ fœlicimus minus ſit q̃ cætera prudẽs. Nõ enim oĩe elemẽta cognoſcit: qppe cũ diſcordiam nõ habeat. cognitio uero ſimilis ſimili fiat: Dicit enim.

Nam terram terra: lympha cognoſcimus undam:
Aetherq; æthere ſane: ignis dignoſcitur igne:
Sic & amore amor ac triſti diſcordia lite.

At enim id eſt manifeſtũ: unũ nr̃a eſt pfecto orõ. Euenire inquã ipſi diſcordiã quidẽ nõ magis corruptiõis: q̃ ut res ſint: cõcordiã uero nõ magis ut ſint: q̃ ut corrũpanť cãm eſſe. Cõgregãs enim in unũ corrũpit cætera: & inſup mutatiõis ipſius cãm nullã dicit: niſi ita fieri aptam eſſe: inquit enim

Aſt ubi nutri ita eſt ingens diſcordia membris.
Tempore tranſacto dulcis concordia ceſſit:
Fœdere quod magno procedit utriſq; uiciſſim:

Vult enim ut patet necessario fieri mutationē:necessitatis uero cām nullā assignat.Attamen tātum dr̄e solus cōsonū sibi ur̄:nō enim eoꝝ quæ sunt-alia subir̄ corruptionē-alia nō subire:sed uniuersa præter elemēta subire dicit corruptionē.Præsens āt dubitatio ē cur alia occidūt-alia corruptiōis exptia sunt:si ex eiusdē sint elemēnis:nō eē igr̄ eadē omniū pricipia-patet ex hisce:q̄ satis ad hoc oñdēdū sūt dcā:si ṽo pricipia sint diuersa.una emerget cōtinuo dubitatio:utrū & ipsa corruptōis exptia sint:an corruptionē suscipiāt. Nā si corrūpant̄:patet hæc ex qbusdā cōstare necessariū eē.Vniuersa.n.i ea corrūpūt̄: ex qbus cōstāt.Quo fit:ut pricipioꝝ alia priora pricipia sint:qđ qdē fieri neqt:& si stetur:& si i infinitū i pricipiis habeat̄.Præterea quonā pacto erūt res:q̄ sunt corruptionis pticipes:si pricipia interibūt.Sin uero uacēt corruptiōe:cur ex his qdem res pticipes:ex aliis aūt exptes erūt corruptiōis:hoc.n.nō ē consentaneū rōni:sed aut fieri neqt:aut orōne indiget lōga. Præterea neq̄ qsq̄ aggressus est diuersa esse pricipia dr̄e:sed eadē qdē oēs oium esse dīit. Primū āt illud qđ dubitauimus prætereūt:hoc ut qddā puū sumētes.Hoc āt oium & ad cōtēplādū difficilimū:& ad cognoscēdā ueritatē maxīe necessarium eē ur̄:utrū id qđ ē-atq̄ unū ipsum-substātiæ sint eoꝝ q̄ sunt:& utrū q̄ ipsoꝝ nō aliud qcq̄ sit:sed alteꝝ qdē unū sit:alterū āt ens:ā q̄rere oporteat qd nā sit id qđ ē ac unū ipm:ut alia qdē natura subiecta.Quidā.n.illo:qdam hoc mō naturā ipsoꝝ sese hr̄e putāt. Plato nāq̄ & pithagorici nō aliud qcq̄ id qđ ē ac unū ipm inqūt eē.sed id ipsorū ē: natura qppe cū substātia ipsius sit ipsum esse unius ac entis.Naturales aūt qdnam sit dicūt.Empedocles.n.quasi ad notius redigēs dicit:qdnā sit ipsū:nā cōcordiā ipsū esse dr̄e sane uidebit̄:Hæc.n.cūctis est cā-ut sint unū.Alii uero ignē-alii aerē eē inqūt hoc unū & id qđ est:ex quo ea q̄ sunt-& esse-& fieri dicūt.Eodē mō faciūt:& hi q plura afferūt elemēta:necesse ē.n.& hosce tot esse dr̄e id qđ est-ac unū ipsum:q̄ esse principia dicūt: sit autē si qspiā nō posuerit unū ipsum:& id qđ est substātiā quādā esse: ut neq̄ cæterorū qcq̄ uniuersaliū sit:hæc.n.maxīe omniū uniuersalia sunt.Si igit̄ nō sit quicq̄ unū ipsum-ac ipsum ens-multo minus cæteroꝝ qcq̄ fuerit-præter ea:quæ singularia dici solent.Prætrea si nō sit unū ipsum substātia:patet neq̄ numerū esse-ut quandā a rebus separatam naturā.Nā numerus qdē est unitas:unitas aūt ꝓprie unū qđ ē.Si uero sit quippiā ipsum unū-& ens:necesse ē ipsoꝝ eē substātiam unū ipsum:& id qđ ē:nō.n. aliud quicq̄ uniuersaliter prædicat̄:sed hæc ipsa.At uero si sit qppiā ipsum unū-& ipsum ens: magna existit nimirū dubitatio:quonā mō qcq̄ aliud præter hæc erit. Dico āt hoc pacto quonā mō ea q̄ sunt plura-erūt uno.Id.n.nō est-qđ ē aliud ab eo qđ ē.Quare necessario sit rōne Parmenidis:ut unū oia sint.Atq̄ hoc sit id qđ est.Vtroq̄ autē mō difficultas eē ur̄.Siue.n.unū ipsum nō sit substātia:siue sit qppiā ipsum unū:ipossibile ē nūerū substātiā esse.Si igit̄ nō sit:dictū est antea id ob qđ illud eueniet:sin uero sit:eadē emerget q̄ & de eo qđ ē fieri dubitatio solet:Ex aliquo nāq̄:& præter unū ipsū-erit ipsum aliud unū:necesse est eni unū nō eē:oia aūt q̄ sunt-aut unū sunt-aut multa: quorū qdq̄ ē unū.Præterea si idiuisibile sit ipsum unū:nihil erit ꝑfecto zenonis opinione. Quod enim neq̄ cū addit̄:neq̄ cū aufert̄ maius-uel minus facit:id esse negat:quippe cū id qđ est-sit magnitudo-& magnitudo corporea:hæc.n.oī expte est ens: cæteræ uero si addant̄:ptim faciūt maius-ptim nō faciūt:ut supficies ac linea:pūctū aūt & unitas nullo pacto faciēt maius.Sed quoniā hic inepte admodū cōtemplat̄:& pōt i ratiōe reꝝ indiuisibile esse:ut & hoc pacto sit & ad illū qdā respōsio:nā tale nō maius quidem-sed plus faciet-si addat̄:illud quærēdū esse ur̄:quonā pacto ex uno tali-uel pluribus fuerit magnitudo.Est.n.hoc perinde atq̄ si linea ex pūctis cōstare dicat̄.At uero & si quispiā

hoc pacto putat:ut ex uno ipso ac alio·nō uno quodā numerus ipse fiat:quemadmodū quidā dicūt:non minus tātū quærendū est·cur & quō interdū numerus·interdum magnitudo id erit quod inde orit̃:si non unum ipsum inequalitas & natura eadē erit. Non .n. patet aut quonā pacto ex uno ac ipsa:aut quo modo ex numero quodā & hac eadē magnitudines fient & orientur. Post hæc autē sequit̃ dubitatio·utrū numeri corpora plana ac puncta substātiæ quædā sint:an non sint. Nā si non sint:præterit nos qd nā si id quod est:& quænā sint substātiæ re℞. Affectus enim motus·relationes·dispositiones·ac rōnes·nullius rei substantiā significare uident̃. Omnia nāq; de aliquo subiecto dicunt̃:& nihil hoc aliquid est. Quæ uero maxime substātiam significare uidebuntur ignis· aqua·aer·atq; terra·ex quibus corpa composita cōstant:ho℞ caliditates qdē frigiditates ac tales affectus nō sunt substantiæ. Corpus aūt solū quod hæc patit̃·atq; suscipit·permanet:quia ē qd & substātia quædā. Atq corpus minus q̄ superficies:& hæc minus q̄ linea:& linea minus q̄ unitas punctūue·substātia esse ur̃. His.n. corpus desinitur·ut patet:& hæc quidē sine corpore posse esse uident̃. Corpus aūt sine his esse neq̄t. Quocirca plæriq; hoīes quidē·ac ueteres corpus qdē substātiam·& id qd' est esse arbitrabātur. Cætera uero huius affectus. Quare & pricipia corpo℞·pricipia re℞ esse putabāt:Posteri aūt·& hi q sapientiores his esse sunt nisi·numeros. Vt igit̃ dicebamus: si non sint hæc ipsa substantiæ. nulla est prorsus substantia:neq; q̄cq̄ oīno est ens:Non enim ea quæ hisce accidunt·dignum est entia appellare:at uero si hoc quidē cōcediiur: longitudines inquam punctaue magis quā corpora substantiam esse. Hæc autem quorum nam sint corporum non uidemus:esse enim in sensibilibus nequeunt:non erit profecto substantia ulla. Præterea hæc omnia partim in latitudinem:partim in altitudinē: partim in longitudinem corporis dimensiones esse uidentur. Insuper æque in solido q̄zuis inest figura:quare si neq; in lapide mercurius insit:neq; tesseræ dimidium sit·intersera sic diffinitum:neque ergo superficies inest:nam si quæuis esset:& ipsa profecto esset quæ dimidium ipsum definit:eadem & de linea·& pūcto ac unitate est ratio. Quare si corpus quidem maxime substātia sit:hæc uero magis quā corpus:non sint aūt hæc neq; sint substantiæ quædam:præterit sane quidnam sit id quod est:& quæ tandem sit substantia rerum. Nam ultra ea quæ dicta sunt præter etiam rationem accidunt ea: q̄ circa generationem corruptionemq; eueniunt. Substātia enim si prius nō erat: & nunc est:aut si ante erat:& postea non est:hæc ipsa pa ti cum generatione corruptioneque uidetur. At fieri non potest:ut puncta·lineæ superficiesue·quæ interdum sunt·interdum non:sunt generentur uel corrumpantur. Cū enim corpora se tangunt simul fit superficies una:cum diuiduntur duæ:& sic ēt cætera:quare neq; compositis est:sed euanuit: & diuisis:sunt quæ prius non erāt:non enim indiuisibile punctum·diuisum est bipartito. Quod si generantur & corrumpātur:ex aliquo generantur. Similiter & res sese habet:& circa ipsum temporis punctum:neq; hoc enim generari corrumpiue potest:attamen uidetur aliud semper esse:quia nō est substantia quædam. Eodem modo rem sese habere patet:& circa puncta· & lineas·atq; plana:est enim eadem in uniuersis his ratio nam omnia similiter·aut fines sunt·aut dimensiones. Omnino autem dubitauerit quispiam. Cur & quærere alia quædam præter sensibiles·& medias res oportet: ut ea quæ ponimus formas. Nam si propterea quod mathematicæ ab hisce aliam quidē differunt ratione:hoc autem quod multæ sunt:quædam eiusdem speciei non differunt: non erunt ipsarum principia numero definita:quemadmodum & litterarum numero quidem omnium non sunt principia definita:specie uero sunt. si uero huiusce syllabæ

quispiam:aut huiusce uocis principia sumat:harum enim erunt & numero definita:similiter & i mediis. Infinita enim sunt & ibi ea:quæ sunt speciei eiusdem. Quare si præter sensibilia & mathematica non sint aliqua alia qualia quidam inquiunt formas esse: substantia una numero specieq; non erit:neq: principia eorum quæ sunt erunt numero, sed specie definita. Si igitur hoc est necessarium:& formas ob idipsum eē necesse est. Nam & si non bene positionem suam declarant ii qui dicunt ideas esse:id tamē est qđ uolunt:& hæc ipsi dicant necesse est:unamquanque formarum substantiam quandā esse:& nullam per accidens. At uero ea quæ necesse est euenire impossibilia: si formas posuerimus:& unum numero principia ipsa non specie esse iam antea diximus. His autem hæc dubitatio propinqua esse uidetur: utrum potentia sint ipsa elementa:an aliquo alio modo:nam si sint alio modo:erit aliquid aliud principiis prius: potentia nanque illam causam antecedet:atque non omne quod est potentia illo modo sese habere necesse est. Sin uero potentia sint:fieri potest ut nihil sit eorum que sunt. Potest enim & id esse quod nondum est:nam fit quidem id quod non est:nihil autem fit eorum quæ nequæunt esse. Has igitur dubitationes de principiis dubitare necesse est. Et utrum uniuersalia sint:an eo sint modo quo dicimus ipsa singularia esse. Nam si ipsa uniuersalia sint non erunt substantiæ. Nihil enim communium hoc aliquid:sed quale significat:substantiam autem hoc aliquid significare constat. Quod si id quod communiter prædicatur hoc aliquid erit: digitoque poterit designari: Socrates sane multa animalia erit: ipseque & homo ac animal:si unumquodque hoc aliquid unumque significat. Hæc igitur accidunt:si principia uniuersalia esse ponantur. Sin uero nō sint uniuersalia, sed ut singularia:non sub scientiam cadunt scientia nanque omnium uniuersalium est. Quare principia erunt alia principiis sane priora:uniuersalem subeuntia prædicationem:si ipsorum scientia sit futura.

Aristotelis Liber primæ philosophiæ quartus incipit. Io. Argiropylo interprete.



ESt scientia quædam, quæ id quod est ea ratione qua est ens:& ea quæ huic insunt per se contemplatur. Hæc autem nulla est earu:quæ scientiæ particulares dicuntur. Nulla enim cæterarū id quod est, ut est ens considerat:sed partem quæq; aliquā excipiens, id quod accidit de hac contemplatur:ut mathematicæ scientiæ faciunt. Quoniam autem principia summasq; causas quærimus:patet ipsas necessario per se cuiuspiā esse naturæ. Quod si & ii qui eorum quæ sunt elementa quærebāt, hæc principia quærebant:necesse est & elementa eius quod ē ut est ens, & non per accidens esse. Quapropter & a nobis eius quod est ea ratiōe qua ens, primæ causæ sunt sumendæ. Id autem quod est dicitur quidem multipliciter: sed ad unum & unam quandam naturam, & non æquiuoce dicitur:sed ut & omne sanum ad sanitatem dicitur. partim quia conseruat. partim quia efficit, partim quia indicat ipsam, partim quia est susceptiuū ipsius:& medicatiuum item ad medicinam. Aliud eni tale ex eo dicitur, quia medicinam habet:aliud quia aptum est ad ipsam: aliud quia opus ē medicinæ:& alia plura simili modo: sic & id quod est, multis quidem modis:sed ad unum principium dicitur. Quædam enim quia substantiæ sunt, entia dicū tur:quædam quia substantiæ sunt, affectus:quædam quia sunt ad substātiam uia, aut

corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut affectiua generatiuaq; substantiæ: uel eorum quæ ad ipsam dicuntur substantiam: aut alicuius horum negatio uel substantiæ: quocirca & id quod non est, non ens dicimus esse. Vt igitur & omnium sanorum: sic & cæterorum una scientia est: non enim solum eorum quæ per unam rationem dicũtur, una scientia est: sed eorum etiam quæ ad unam dicũtur naturam: & hæc enim quodammodo una ratione dicuntur. Patet igitur unius etiam esse scientiæ ea quæ sunt, ut & entia sunt contemplari. Vbiq; autem scientia ipsius est proprie primi: & ex quo cætera pendent: & propter quod dicũtur. Quod si hoc est substantia: ipsum philosophũ principia substantiarum, causasque habere oportet. Omnis autem generis unius sensus est unus atq; scientia: ueluti grammatica quæ est una, omnes contemplatur uoces. Quapropter & eius quod est ut est ens: quæcunq; sunt species: unius est scientiæ genere: & specierum species contemplari.

Capitulum secundum.



AT qui id quod est ac unum ipsum idem sunt ex eo atque una natura, quia mutuo se sequũtur: ut principium atque cã, sed non ut unam subeuntia ratioñe. Nihil ãt refert & si eadem hoc pacto putauerimus esse: sed & ad propositum magis cõducit: idem est enim unus hõ: & hõ & qui est homo: & nõ aliud qcquã dictio significat: si reduplicabitur est homo: & homo: & unus homo: patet autem nec in generatione separari: nec in corruptione similiter & in uno. Quare perspicuum est additionem in his idem significare: & nihil aliud unum ipsum præter id quod est esse. Præterea uniuscuiusq; substantia unum est non per accidens: similiter & ens proprie quid. Quare quod sunt unius: tot & eius quod est species sunt. De quibus quidnam sit contemplari: ad eandem genere scientiam spectat: ut de eodem ac simili, & cæteris talibus. Fere autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Hæc uero contemplati sumus in contrariorum delectatione: atque tot sint philosophiæ partes: quod substantiæ sunt. Quare necesse est ipsarum quandam esse primam, & aliã sequentẽ: nã unũ ipsum & id quod est, genera continuo habent: quapropter & scientiæ hæc sequũtur. Ipse nanque philosophus perinde se habet: atque hisce qui mathematicus nuncupatur. Etenim partes hæc habet, & prima quædam est scientia, & secunda: & aliæ deinceps sunt mathemacis collocatæ. Cum autem unius sit facultatis opposita contemplari: & uni pluralitas opponatur: atq; negationẽ priuationemq; scientiæ sit eiusdem considerare: ad hanc sane scientiã & pluralitatis contemplatio pertinebit: utroq; nanq; modo unũ ipsum in contemplationẽ uenit. Cuius est negatio uel priuatio: quæ aut simpliciter illi inquã non inesse: aut cuipiam generi. Atq; ibi quidem uni ipsi differentia inest: præter id quod est in negatione: ipsa nãq; negatio illius est nimirum absentia: in priuatione uero & subiecta quædam existit natura: qua de priuatio dicitur. Quæ cum ita sint & uni pluralitas oppinaẽ: fit ut eoꝝ etiam cognitio quæ sunt opposita dictis ad scientiam dictã attineat: diuersi inquã, dissimilis, inæqualis: & si qua sint alia q̃ aut ad idẽ, aut ad pluralitatẽ & unũ accomodanẽ: ex qbus eius cõtrarietas ipsa: qppe cũ dr̃ia qdẽ diuersitas sit: contrarietas aũt dr̃ia quædam. Quare cum ipsum unũ multis modis dicatur: & hæc multipliciter quidẽ dicentur: scientiæ tamen unius est uniuersa cognoscere. Non. n. si multis modis dicantur: ad diuersas scientias ipsorum contemplatio pertinebit. Sed si neq; una ratio ipsis competat: neq; ad unũ rationes oĩum reducunẽ. Cũ aũt ad primũ oĩa referantur, ut ea quæ dicuntur unũ ad primũ unũ: dicendũ est & de eodẽ & diuerso cõtrariisue rem eodẽ modo sese habere. Quare distinctione facta quot unũquodq; mo

dis dicatur:assignādū est ad primum in unoquoq; prædicamēto quonā ad illud dicit mō:quædā.n.hoc sane dicentur quod illud habet quædā ppterea qd illud agit quædā aliis talibus modis. Patet igitur id quod olim in dubitationibus diximus: unius inquā facultatis esse:de his & de substantia rōnem hēre:hoc aūt unum erat eorū quæ diximus dubitādo. Atq; ipsius philosophi nimirū est posse de oibus contēplari: nam si non ad philosophū idipsum ptineat:quisnā erit qui scrutetur qd si idem sit socrates & socrates sedens:aut si unū sit uni contrarium:aut quidnā sit contrariū:aut quot modis ipsum oppositumq; dicatur:& identidem de cæteris eiuscemodi rebus considerabit. Cur igit uni us ut unū est:& eius qd est ut ens ē: hæc per se sint affectus:sed nō ut numerus est aut linea aut ignis:patet illius esse scientiæ:& quidnam sint hæc cognoscere:& ea quæ ipsis accidunt contemplari. Atq; nō hac parte aberrant ii: qui de ipsis considerant uti nō philosophantes:sed quia prius his est substantia:qua de nihil prorsus intelligunt. Nā ut & numeri quo numerus est pprii sunt affectus:ueluti paritas in paritas:cōmensuratio æqlitas excessus defectus atq; hæc & per se & inter sese numeris cōpetunt:& solido similiter & mobili ac immobili & experti atq; pticipi pōderis sunt affectus alii pprii:sic & ei quod est ut ens est sunt ppria quædam:atq; hæc sunt ea de quibus est philosophi ueritatē considerare:cuius hoc īdicium est. Artifices nanq; disserēdi:atq; sophistæ munus ipsius philosophi subeunt:sophistica enim facultas apparēs est tantum modo sapientia:& artes disserendi de omnibus disserunt. Commune autem omnibus est id quod est. De hisce uero propterea disserunt:q; hæc philosophiæ propria sunt. Circa nanq; genus idem & sophistica & disserendi facultas & philophia uersatur:sed ab altera quidem facultatis modo ab altera autem electione uitæ differre philosophia uidetur. Atq; disserendi quidem facultas de his est tētatrix:de quibus est philosophia cognitiua: sophistica autem apparet quidem: non tamen est. Præterea contrariorum altera series priuatio est:omniaque in id quod est atque non est:& unum ac multitudinem reducuntur:ueluti quies quidem unius est:motus autem multitudinis:ea uero quæ sunt & substantiam fere omnes ex contrariis componi fatentur. Omnes nāque principia contraria dicunt esse:quidam.n. par & impar:quidam calidū frigidumq;:quidam finitum ac infinitum:quidam concordiam discordiaue pricipia esse dicunt hæc autē omnia cæteraue in ipsum unum multitudinemq; reduci uidentur. Sumatur.n. a nobis ipsa reductio:principia uero quæ ab aliis afferunt penitus in hæc ut in genera cadūt:patet igitur ex his etiam unius esse scientiæ id quod est ut ens est contemplari. Vniuersa enim aut contraria sunt aut ex contrariis constat. Principia uero contrariorum sunt unum ipsum ac multitudo:hæc autem scientiæ sunt unius: siue una siue non una ratione dicantur:quemadmodum sese fortasse rei ueritas habet:at tam & si multis modis dicitur ipsum unum:ad primum tamen cætera dicentur:& contraria simili modo: & si id quod est aut etiam ipsum unum non uniuersale est:& idem de omnibus uel separabile:quemadmodum forsitan non est: alia tamen ad unum referuntur alia deinceps sunt collocata:& icciirco geometræ non est quidnam sit contrarium aut perfectū aut ens aut unum aut idem aut diuersum considerare nisi ex suppositione. Perspicuum igitur est ad unam scientiam pertinere id quod est ut ens est:& ea quæ insunt ipsi ut tale est contemplari:& non solum substantiarum sed etiam eorum quæ competunt sciētiam eandem esse contemplatricem:eorum inquam quæ diximus & de priore posterioreue & genere & toto & specie ac parte & huiuscemodi cæteris.

Capitulum tertium.

POst hæc autem dicendum esse uidetur: utrum unius an diuersarum scientiarum sit de hisce principiis quæ in methematicis appellantur, ac de substantiis contemplari. Patet itaque non ad diuersas: sed ad unam horum etiam considerationem, & ad philosophi scientiam pertinere. Vniuersis enim quæ sunt: sed non generi cuiquam seorsum a cæteris accomodantur: atq; utuntur quidem his omnes ex eo, quia sunt eius quod est: qua ratione est ens: & genus unũquodq; ẽ ens: eousq; tamẽ utuntur: quousq; satis est ipsis: idest quoad occupat genus: quod de afferũt demonstratiões. Quare cum pateat, hæc ipsis ut entia sunt uniuersis competere: hoc ẽ enim ipsis commune: horum quoq; contemplatio eius est profecto, qui id quod est ea ratione qua est ens contemplatur. Quocirca nemo eorum qui partes considerãt: de his ipsis quicq̃ dicere aggredit̃: si sint uera inquã, nec ne nec arithmeticus nec geometra, sed naturaliũ quidã dũtaxat, idipsum non i congrue facientes: soli nãq; de natura tota: & de eo quod est considerare putabant. Verum cum sit quidã superior naturali: natura nãq; genus ẽ unũ quoddã ipsis qđ est, ad uniuersalem sane, atq; ad eum qui primæ est substãtiæ cõtemplator: horum quoq; consideratio pertinebit: facultas autem naturalis est quidem & ipsa sapiẽtia quædã: sed nõ prima. Qui uero dicere ueritate ipsorũ quonã pacto sit acceptãda aggrediunt̃: ob eruditionẽ resolutiuoꝝ id sane faciunt: accedere .n. de his antea sciẽtes: sed nõ audientes quærere oportet. Patet igit̃ ad philosophũ, & ad eum q de oi substãtia ea rõne qua naturæ talis est cõtemplatur: & de pricipiis rõcinationis spectare cõsiderare. Attinet aũt ad eũ qui maxime circa unũqdq; gẽus cognoscit: affirmare firmissima rei principia posse: quare & ad eũ ẽt pertinet oium posse firmissima principia assignareq; de hisce quæ sunt ut entia sũt cognoscit: atq; hic est ipse philosophus: Firmissimũ aũt id oium principiũ est: circa qđ fieri non põt ut qsq̃ decipiat̃. Tale nãq; necesse est notissimũ esse: quippe cũ uniuersi circa ea quæ nõ cognoscũt decipiãt̃: & sup positionẽ non esse. Quod enim necesse est eum habere, qui quoduis eorum quæ sunt percipit: id suppositionis rationẽ non subit. Quod uero necesse est eũ cognoscere, qui quoduis eorum quæ sunt cognoscit: id & habentem ipsum uenire necesse ẽ. Patet igitur tale principium firmissimum oium eẽ. At quidnã sit illud: deinceps dicamus oportet.

Hoc itaq; principiorum omniũ firmissimũ est: fieri inquã non posse, ut idem simul insit, & non insit eidẽ, atq; per idem. Addantur autem & cætera cuncta: quæ ad differẽdi difficultates dimouendas olim determinauimus: habet enim iã dictã conditionem: fieri enim nõ põt, ut idẽ esse quispiã, atq; nõ esse existimet: ut quidã Heraclitũ dicer̃ arbitrantur. Nõ enim necesse est: quæ quispiã dicit: ea & ita esse ipsum existimare. Qđ si fieri nequit, ut contraria simul insint eidem: addãtur aũt & huic præpositioni quæ addi solent: suntq; opiniones contrariæ quæ contradictoriæ aduersantur. Patet impossibile esse, simul idem esse, atq; non esse eundem existimare: habebit enim contrarias opiniones simul profecto: q circa hoc est deceptus. Quapropter omnes qui demõstrant ad hanc opinionem ultimam demonstrationes reducunt. Hæc enim principiũ est natura cæterarum etiam omnium dignitatum.

Capitulum quartum.

SVnt autem quidam: qui uti diximus fieri posse dicunt: ut idem sit, atq; nõ sit, & ita existimetur. Atque hac sententia naturalium quoque complures utuntur: nos uero nunc, ut impossibile id accepimus: simul inquam esse, atque non esse. & per idipsum principiorum omnium hoc firmissimum esse ostendimus. At sunt qui ob ruditatem & hoc demonstrandum esse censent. Est enim profecto rudi-

tas non discernere quorum quærere & quorum non quærere demonstrationem opor-
tet. Omnino nãq; fieri nequit ut omnium sit demonstratio: in infinitum enim erit abi-
tio: ut neq; hoc pacto sit ulla penitus demonstratio. Quod si quorundam demonstra-
tionem quærere non oporteat: quod magis tale principium esse censent: assignare sane
non possent: licet tamẽ hoc quoq; demonstrare redarguendo: impossibile iquã esse atq;
non esse: si modo is qui contendit quippiam dicat. Quod si nihil dicat: ridiculum est ꝑ
fecto ad eũ rationẽ quærere: q nullius rationem habet: ut rationem nõ habet: talis enim
homo ꝑsimilis iam esse uidetur ut talis est plantæ: demonstrare autem redarguendo &
demonstrare differre dico. Qui nãq; demonstrat: uidebitur id quod initio quæritur
postulare. Si uero alius sit huius cã: redargutio nõ demonstratio erit. Principiũ autẽ
est ad talia cuncta: non autem esse quippiã dicere aut non esse censere. Id enim forsitã
quispiã postulationẽ eius esse putauerit: qđ ab initio quæritur: sed & sibiipsi & alii quip
piam significare: non enim necesse ẽ eẽ si quippiam dicat. Qđ si nihil dicat: tali homi-
ni neq; sibi ad se oratio neq; ad alium erit. Si uero id quispiam dederit: erit tunc demon
stratio: iam enim erit aliquid definitum: sed causa est non qui demonstrat: sed qui susti
net: tollendo nanq; orationem utitur nimirum oratione. Præterea qui hoc concessit ali
quid esse uerum absque demonstratione concessit: quare non omne & ita & nõ ita se ha
bet. Primum igitur patet id ipsum esse uerum: nomen inquam esse hoc aut non esse si-
gnificare: quare non oẽ & sic & non sic se hebet. Præterea si nomen homo significat
unum: sit illud animal bipes. Atque hoc pacto id unum significare dico: ut si hoc est hõ
id sit animal bipes quicquid sit homo. Nihil autem refert & si plura significare qspiã
dixerit modo sint definita: poni nãq; poterit in unaquaq; oratione nomen: ueluti si di-
xerit hoc nomen homo nõ unum sed plura significare: quorum unius quidẽ hæc una
sit oratio animal bipes: cæterorum autem aliæ plures qdẽ: at numero definitæ. In una
quaq; nãq; orationum poni nomen proprium potest: Quod si poni non potest sed in-
finita significare dicet: patet orationem non esse. Non unum enim significare est oĩno
nihil significare. Si uero nomina non significent: hominum inter sese & ad seipsum cu-
iusq; uere sublata est disputatio: fit enim ut nihil is intelligat: qui nihil intelligit unum.
Quod si unum quid intelligi possit: illi poni nomen poterit unum. Sit igitur hoc ut
in principio diximus nomen inquam significare quid: & significare eitam unum: fieri
ergo non põt ut ipsum hominis esse hominis nõ esse significet: si nomen homo non so-
lum de uno dicatur: sed unum quoq; significet: non enim unum significare id esse cense
mus: dici inquam de uno. Hoc enim pacto musicum & album ac homo unum signifi
carent: quare omnia unum erũt: plura enim nomina erũt eiusdem: atq; nõ ut idem sit
& non sit eueniet: nisi uarietate nominũ: perinde atq; si eum quem nos homines appel
lamus: alii non hominẽ uocẽt. At id qđ dubitatur nõ ẽ hoc: si fieri põt ut idẽ sit & nõ sit
homo nomine sed re. Quod si nomen homo & nomen non homo nõ diuersa signifi
cẽt: patet & ipsum nõ hoĩs esse & hoĩs nõ diuersa significare: q̃re esse ipsum hoĩs eẽ nõ
hominis erit. Vnũ enim erunt quippe cum unum esse id significet qđ est unum: ut ue-
stimentũ ac tunica: si una eoꝝ sit rõ. Quod si unum erunt unũ & hoĩs & non hominis
esse sane significant. At demonstratũ est diuersa significare: necesse est igitur si quid ue-
re dicitur homo id animal bipes esse: id eni erat quod nomen homo significabat. Qđ
si hoc necesse est esse: fieri non potest ut non sit idem animal bipes. Hoc enim ipsum
necesse est esse significat: fieri inquam non posse ut non sit homo. Impossibile est ergo
idem hominem esse & hominem non esse uere dicere simul. Eadem est ratio & si quip

piam homo non esse uere dicatur:esse enim hominis, & non hominis esse diuersa significant.Si quidem & album esse, & hominem esse non idem significant, sed diuersa:multo.n.magis illud opponitur:quare diuersum significat. Quod si album dixerit unum idemq; significare:rursus idem dicemus quod & prius est dictum, unum inquã omnia esse:& non opposita solum. Quod si hoc esse nequeat, fit id quod dictum est:si ad interrogatũ respondeat.Si uero simpliciter interrogatus negationes ẽt addat:nõ ad interrogatũ respondet.Eteni nihil ꝓhibet ut idẽ & hõ sit, & album:cæteraq; multitudĩe infinita: attamẽ interrogatus si uerum sit hoc dicere hoiem esse, nec ne:respondeat per id quod unũ significat:& nõ albũ & magnum addat oportet.Eteni fieri non põt:ut accidẽtia q̃ſpiam cum sint infinita pertranseat:aut igiť oia dicat:aut nihil illorũ afferat respondendo.Pari igiť mõ & si q̃maxime idẽ est homo, & nõ homo:tamẽ iterrogati si hoc est homo: nõ est respondẽdum esse hoiem, & nõ hoiem simul:nisi cætera etiã quæ acciderũt: insuper afferat quæcunque insunt, aut non insunt. Quod si id non facit non disputat.

Omnino autẽ qui ita dicunt, substantiam quiditatemq; tollunt:omnia enim accidisse dicant ipsi necesse est:& nõ esse quicq̃ quod sit homo per se, aut animal:& cui ipsum eẽ animalis, aut hominis competat.Si enim est quippiam cui eẽ hois competit: ei non competit nõ hominis esse, aut nõ esse hominis:& tamẽ hæc negatiões sunt huius. Vnũ enim erat id quod significabat:atq; hoc substantia cuiuspiam erat.Substãtiam uero significare nil aliud est:q̃ esse ipsius nihil aliud esse. Quod si esse hois ipsi competet, non ad ipsum aũt nõ hois eẽ:aut nõ eẽ hominis accomodabitur:aliud enim quippiam erit: quare dicant ipsi necesse est nullius rei talẽ orationem esse:sed per accidens uniuersa cõpetere:hoc enim ipso substãtia, atq; accidẽs seiuncta esse uidentur.Albũ enim homini propterea accidit, qđ albus quidẽ est:sed non est id quod est album. Si per accidens autem uniuersa dicantur:non erit primum ipsum uniuersale. Quod si accidens de subiecto aliquo prædicationem semper significat:ĩ infinitum abeatur necesse est:at fieri nõ potest:non enim duobus plura nectunť.Accidens enim non accidenti est accidens: nisi quia eidem accidunt ambo.Dico aũt hoc pacto, album est musicum, & hoc est albũ: propterea quod ambo homini acciderũt. At Socrates non est ex eo musicus: qa utrũq; alii cuipiã accidit.Cum igitur quædam hoc, quædã illo modo accidentia dicantur:q̃ sic dicuntur, ut album accidit Socrati:ea ut infinita sint uersus supra:minime fieri potest:ueluti ut socrati albo quippiam aliud accidat:non enim ex uniuersis unum qđ fit: at neq; albo quippiam aliud accidit, ueluti musicũ:neq; enim hoc illi magis q̃ illud huic accidit. Et insuper diximus distinguendo:alia hoc accidere modo, alia ut musicum Socrati accidit. Quæ uero hoc pacto accidunt, non accidẽti accidũt:sed quæ illo modo. Quare non per accidens uniuersa dicunť:ergo quippiam & ut significans substãtiam erit:qđ si ita sit:demonstratum est fieri nõ posse, ut simul cõtradictoria prædiceť.

Præterea si contradictoria omnia simul de eodẽ sint uera:patet unũ oia fore: idem enim triremis, & paries erit, ac homo:si de quolibet aut affirmare, aut negare cõtingit: queadmodũ ii, qui Protagoræ sequũť sñiam, fateanť necesse est:nam si cuipiã homo triremis non esse uideť:patet triremẽ non esse. quare & est: si sint contradictoria uera: atq; fit ut res uniuersæ sint simul:id inquã id quod Anaxagoras asserebat:atq; adeo ut nihil sit uere unũ:ipsum igitur indefinitum dicere: Isti uidẽtur:& putantes id quod ẽ, dicere de eo qđ haud est, dicũt:Est.n.ipsum indefinitum id quod est ens potẽtia: & nõ actu.At uero de quolibet ipsis affirmatio, aut negatio ẽ dicẽda.est.n.absurdũ si sua quidẽ cuiq; negatio competet;diuersi uero quod quidem sibi nõ accomodatur non compe

tet.Dico aūt hoc pacto:si uerum est hominem non esse hominem dicere:patet uerum etiam esse si triremis non esse dicatur.Si igitur affirmatio competit:necesse est negationem quoq; competere:si uero affirmatio non competit:negatio opposita quam sua cōpetet magis.Quod si illa etiam competit:& triremis profecto competet:at si hæc conpetet:& affirmatio continuo conpetet.Hæc igitur eueniunt hisce qui hanc sententiam dicunt:& non necesse esse affirmare aut negare:nam si uerum est esse hominem & non hominem:patet neq; hominem neq; non hominem esse:duarum.n. illarum duæ sunt istæ negationes.Quod si illa est una ex utrisq; composita:& hæc una erit opposita.

Præterea aut circa uniuersa res ita se hēt:& ē albū atq; nō albū & ens & nō ens:& circa cæteras affirmationes negationesue similiter:aut nō circa oēs res se habet simili mōt sed circa quasdā sit ita circa quasdā non sit:atq; si non circa omnes sit ita:illæ erunt firmæ nimirum ac definitæ.Sin circa omnes sit ita:rursus aut de quibus est affirmandū est ēt & negandum:& de quibus est negandum est ēt affirmandū:aut de quibus quidē est affirmandum est etiam & nagandum:de qbus autem est negandū nō de uniuersis ē affirmādum:& si res se habet hoc pacto:erit aliquid certe nō ens:atq; hæc opinio erit firma.Quod si non esse sit quid firmum notumue:notior opposita nimirum affirmatio erit.Sin uero similiter sit:& de quibus est negandum de iis est affirmandum:necesse est aut diuidentē dicere rerum:ueluti si albū esse & rursus nō album eē dicat:aut nō ita sed componentem.At si non sit ut diuidens uerā dicat:neq; dicit hæc:neq; est quicq̄ oino:ea uero quæ nō sunt qui fieri pōt ut aut loquant aut intelligant quicq̄.Vniuersa ēt erunt unum:ut & antea diximus:atq; idē & hō & triremis ac deus erit: & quæ hisce contradictoriæ aduersant.Nā si similiter de unoquoq; uere dicūtur: nihil erit prorsus quo aliud ab alio differret:se enī erit quippiā:illud uerū sane ac ꝓpriū erit.Similiter ēt si sit ut diuidens uere dicat.id quod dictum est euenire uidetur:& insuper ut omnes uere dicant:ac omnes falso & seipsum quisq; falsum dicere fateat.Patet etiam insup nulla de re prorsus ad hunc hominem esse considerationem:nihil enim omnino dicit :nam neq; ita neq; non ita dicit:sed & sic & non sic:& rursus hæc ambo negat:neq; sic neque non sic dicendo:etenim si ita non dicit:erit quippiam continuo definitum. Præterea si cum affirmatio uera est negatio falsa sit:& si cum hæc est uera falsa sit affirmatio:nō sit ut idem uere simul affirmetur atq; negetur:sed hoc fortasse dicēt id esse:quod ab initio proponebatur.Præterea uidetur ne ipsis is quidem qui rem aut aliquo mō sese habere aut non habere putat dicere falsum:is aūt qui ambo putat dicere uerū.Nā si uerū dicit:quid aliud erit quod dicitur:q̄ eorum quæ sunt talem esse naturā : sin uero nō dicit uerum:sed hisce potius q illo mō existimat:res iā sese habēt aliquo mō:atq; hoc uerū utiq; erit:& non simul ēt haud uerū.Quod si oēs similiter falsa ueraq; dicūt:neq; loqui ꝓfecto neq; dicere tali homini qcq̄ licet:nā hæc simul & nō hæc dicit.Si uero nihil ꝑrsus existimat:sed putat similiter atq; nō putat quænam inter hūc & plātam differentia fuerit. Vnde & maxime patet neminē hoc pacto dispositū eē:aut cæterorū hominū aut eorū q hanc sniam dicunt.Cur enim athenas ꝓficiscitur:sed nō quiescit putans se ꝓficisci oportere.Aut cur in diliculo non continuo in puteū aut in præcipitū ꝓficiscit: sed cauere uidetur uti non similiter putans non bonum ac bonum eē i illa sese ꝓiicere: Patet ergo alterū melius alterū non melius esse existimare.Quod si hæc ita sint:hoc q̄dem hominem hoc autem non hoiem:& hoc dulce illud non dulce existimare necesse est. Non enim æque quispiam q̄ritat atq; existimat:cum melius arbitratur esse bibere aquam aut uidere hominem:deinde quæritat ipsa:& tamen oportebat si idem esset

& homo similiter & non homo:& itidem aqua atq; non aqua: sed uti diximus nemo est prorsus:qui non ab hisce cauere:ab hisce non cauere uideatur. Quare oes ut uidet & si non circa omnia circa tamen melius & deterius simpliciter sese habere existimant. Quod si non scientes sed opinates:multo magis adhibenda est diligetia ueritati:perinde atq; ægrotati magis q̃ sano ualitudini cura est adhibeda. Qui nanq; opinatur:si ad scientem compararetur:non sane profecto ad ueritatem ipsam disponitur. Præterea & si q̃ maxime ita sese habent & non ita cuncta:in natura tamẽ eorũ quæ sunt gradus inest: & magis ac minus talia ipsa dicuntur. Non enim dualitatem similiter trinitatemue parem numerum eẽ dixerimus.neq; hoꝝ uterq; falsum æque dicit:quorum alter quinq; alter mille ipsa quatuor dicit atq; existimat esse. Quod si non æque falsum dicunt: patet alterum minus dicere falsum:quare magis ipse ueꝝ q̃ alter dicit. At si id quod ẽ magis propinquius est:erit profecto aliquod uerum cui propiquius id quod magis dicitur uerum. Quod & si non est:attamẽ quippiã iam firmus atq; uerius est:& sententia illa mera & prohibente definire aliquid mente erimus liberati.

Capitulum quintum.

AB eadem autem opinione proficiscitur & Protagoræ ipsius sentẽtia:atque ambas ipsas similiter aut ueras aut non ueras esse necesse est. Nam si cuncta quæ uidentur atque apparent sint uera: necesse est uniuersa simul uera falsaque esse. Complures enim contraria opinantur:& eos qui eadem secum non opinantur falsa putare dicunt: quare sit & non sit idem necesse est: atque si hoc ita sit necesse est ea quæ uidentur omnia esse uera: qui nanque uera & falsa dicunt ac opinantur: opposita opinantur. Quod si ea quæ sunt ita se habent:omnes profecto uera dicunt ac opinãtur. Patet igitur has utrasque sententias ab eadem mente pendere. Non est autem idẽ disputationis modus ad omnes. Quidam enim persuasione idigent: quidam ui. Quã namque dubitando sic existimarunt:eorum ignoratio sanari facile potest: non eni oratiοni sed menti ipsorum est occurrendum. Qui uero disputationis gratia ita dicunt:eorum est curatio redargutio orationis:quæ in uoce nominibusque consistit:in iis autem qui dubitant ex sensibilibus rebus hæc est opinio orta: simul inquam contradictoria contrariaque inesse:cum ex eodem contraria fieri uiderent. Quod si impossibile est id fieri quod non est:res antea profecto erat utrũq; quemadmodũ & Anaxagoras inquit quolibet in quouis esse mixtũ atq; Democritus. Etenim iste uacuum atque plenum in quauis esse parte censebat:& tamen horum alterum ens:alterum haud ens eẽ dicebat. Ad eos igitur qui ex his ita existimarunt:partim recte dicere partim ignorare ipsos dicemus:id enim quod est dupliciter dicitur:quare fieri quippiam ex eo quod haud est partim potest partim non potest:& simul idem ens & non ens esse potest:non tamen eodem modo:etenim potentia quidem fit:ut idem sit contraria simul:actu autem minime fieri potest:& insuper eos admonebimus & ad aliam in ratione rerum substantiam esse existimare:cui neq; motio neq; corruptio penitus neq; generatio competit. Opinio autem nonnullorum de ueritate ea quæ in apparentibus rebus consistit ex sensibilibus orta esse uidetur. Verum enim non multitudine neq; paucitate discerni oportere censent:idem aliis dulce aliis amarum gustantibus esse uidet. Quare si omnes ægrotarent aut oẽs essent insani:duo uero aut tres ualitudinem aut mentem haberent:hi quidem ægrotare uiderentur:cæteri uero non uiderentur. Præterea compluribus cæterorũ animalium sanis contraria de eisdem apparent:& etiam nobis & insuper cuique ad se ipsum non eadem semper sensu uidẽtur. Quænam igitur istoꝝ uera sint aut falsa:in

certum est sane:nõ eni hæc magis uera q̃ hæc sunt:sed æque. Quapp Democritus ait: aut nihil esse uerȝ:hũc aũt alterationem esse putarũt:ideo id qđ sensu uidet necessario uerum inquiunt esse.Ex his.n.& Empedocles & Democritus ac cæterorum ut simpliciter dicam quisq; talibus opinionibus obnoxii sane fuere .Empedocles enim habitu mutato prudentiam dicit mutari cum inquit:

Ad præsens hominum crescit sapientia semper:
& alio rursus in loco dicit:
Vt uario semper mutatur corpore quisq;.
Sic sapere est illi motato ac mente moueri.
& Parmenides eodem etiam modo dicit.
Namq; ut quisq; suam retinet per membra reflexa
Temperiem:sic mente ualet mortalis ubiq;:
idem & hoc potest eiusdem:
Plurimaq; id cunctis mens est mortalibus æque.

Anaxagore etiã & sententia talis a quodam familiariũ recensetur. Talia ipsis ea quæ sunt erunt:qualia ipsi illa existimabunt.Aiunt autem & Homerum uideri hanc opinionem habere:quod Hectorem fecit iacere alia sapientem:ut ex ictu fuit mẽte dimotus: propterea quod sapiũt quidẽ & ii q mẽte sunt dimoti:sed non eadẽ.Patet igitur si utraque prudẽtia sit:& ea quæ sunt ita simul & nõ ita sese habere.At enim id qđ inde emergit absurdissimum esse constat:nam si qui maxime id uerũ quod perspici potest uiderunt:Sunt aũt ii qui maxime quærũt hocipsum ac amant:ii tales opiniones habeant:& hæc de ueritate dicãt ac asserãt:quo pacto nõ abiecto animo fuerũt ii qui philosophari aggrediuntur.Quærere nãq; ueritatẽ perinde erit:atq; si uolantia quispiã persquať.

Causa uero opinionis hæc fuit nã de hisce quidẽ q̃ sunt ueritatẽ considerabãt:ea uero q̃ sunt res tamẽ ipsãs sensibiles esse putarũt.In his aũt abũde idefiniti natura & eius qđ est hoc pacto quẽadmodũ diximus inest.Quare uerisimiliter quidem:nõ aũt uera dicunt.Sic enim magis dicere decet.q̃ ut Epicharmus in Xenophanem dixit. Præterea oẽm quidẽ hanc naturã motũ subire:de eo uero qđ mutať nihil uere dici uidentes.Circa id qđ oĩ ex pte mutať:nihil uere dici posse arbitrabanť.Ex hoc.n.existimatiõe summa illa opinio pullulauit:quã Heracliti sequaces atq; Cratylus hẽbat.Qui quidẽ postremo nihil dicere oportere arbitrabatur:sed digitũ dũtaxat mouebat:atq; Heraclitũ increpabat:Propterea qđ dixit fieri nõ posse, ut bis eũdẽ fluuiũ quisquã igrediať: ipse nãq; neq; semel arbitrabať.Nos aũt & ad hanc rõnem dicemus:id qđ mutať cum mutatur esse nõ putare aliquã ipsis rõnem habere:q̃q̃ controuersiã habet.Id enim qđ abiicit hẽt aliquid eius qđ abiicit:& eius quod fit aliquid iã esse necesse ẽ . Oĩnoq; si corrũpitur erit qppiam ens:& si fit fit id ex quo fit & a quo generať necesse est: atq; hoc nõ ĩ infinitũ ꝓcisať:sed his omissis illa dicamus nõ idẽ esse ĩ quãtitate atq; qualitate mutari:rõne igiť quãtitatis nõ maneat:sed rõne formæ nos uniuersa cognoscimus. Præterea increpandi sunt ii qui ita de rebus existimarũt:propterea quod cum pauciores numero sensibiliũ rerũ ita sese habere uiderent:de toto cœlo similem sententiam attulere. Locus enim sensibilium rerum qui est circa nos: corruptionem solus generationemq; subit:sed iste nulla fere pars ipsius uniuersi esse uideť.Quare iustius hæc ob illa tali sẽtẽtia liberassent:q̃ ob hæc in illa sñiam contẽnẽtẽ tulissent. Præterea patet & in hos ipsos ea nos dicere posse:quẽ olim sunt dicta.Ostendẽdũ est enim ipsis atq; persuadẽdũ naturã quãdã ĩmobilem esse:q̃q̃ hisce qui simul esse atq; non esse dicunt euenire uide

tur, ut quiescere magis q̃ moueri omnia dicant. Non est.n.omnino quicquã ĩ quod qp piam mutaretur: quippe cum uniuersa omnibus insint. De ueritate uero disseramus oportet: ostendendo non oẽ ue℞ esse id, quod apparet. Nam primo quidem sensus ꝓpꝛii obiecti non est falsus: at imaginatio nõ est idẽ qđ sensus. Deinde dignũ est admiratione: si hoc dubitẽt: utrũ tantæ sint magnitudines talesq; colores, quantæ ac quales hisce qui sunt remoti: an tantæ qualesue hisce qui sunt ꝓpiqui uidenť: & utrum tales sint quales sanis, an tales quales ægrotantibus ipsis apparent: & utrũ ea sint grauiora quæ imbecillis, an ea q̃ robustis uidenť: & ẽt utrũ ea sint uera, q̃ dormientibus an ea quæ uigilãtibus ipsis apparẽt: nã non ita ipsos putare patet. Nemo nãq; si sit in Africa: deinde noctu se esse Athenis existimauerit: ad lyciũ ꝓficiscitur: præterea medici opinio, ut inquit etiam Plato, atq; ignorãtis hominis de futuro sano, aut nõ futuro: nõ æque ꝓfecto est certa. Præterea de ꝓpinquo quiuis ac alieno obiecto sensus aut remoto ꝓpinquo ue sibi nõ æque est certus: sed de colore quidẽ certus est uisus non gustus: de sapore aũt gustus non uisus, quorũ nunq̃ eodẽ in tempore quisq̃ simul idẽ sic sese habere, & nõ sic sese habere dicit: quinetiam neq; diuerso in tpe ambigit de affectu: sed de eo circa quod accidit ipse affectus. Dico aũt hoc pacto idem uinũ aut ipsum mutatũ, aut instrumẽto mutato, interdum dulce, interdũ nõ dulce esse uidebitur: sed dulce est tale semper cum est: & unq̃ mutať: sed semp de eo uerũ dicit ipse gustatus: atq; affectus, quia dulci proficisciť: & necessario talis: & tamẽ hocipsum oẽs hæ sententiæ tollunt. Quemadmodũ eni & substãtiam esse nullius: sic & nihil necessario esse dicũt: necessariũ enim ut aliter sese habeat, fieri minime potest. Quare si quippiam necessario sit: id nõ sane ita, & nõ ita sese habebit. Atq; omnino si sensibilia solum sint: nihil erit profecto, si animãtia non sint: sensus enim non erit: fortasse igitur uerum est, neq; sensibilia, neq; sensus pceptiones esse: hoc est enim sentientis affectus. At impossibile est & sine sensu ea subiecta non esse: quæ faciũt sensum. Non enim ipse sensus est sui: sed est & aliquid aliud præter sensum: quod quidem antecedere sensum necesse est: id enim quod mouet, prius est eo natura quod mouetur: neq; id minus est: & si hæc ipsa mutuo referuntur.

Capitulum sextum.

Sunt autem quidam qui dubitant: & eorum qui ꝑsuasi sunt: & eorũ ẽt q̃ solũ has s̃nias dicunt. Quæritãt.n. quisnam sit ille: qui sanũ hoiem discernit: & eũ omnino qui circa singula recte iudicat atq; discernit. Tales uero dubitationes similes huic sunt dubitationi: dormimus ne nunc an uigilamus? idem aũt omnes huiuscemodi dubitationes possunt oium.n.hi rõnẽ esse censent eteni principium quærũt: atq; hoc p demõstrationẽ accipere: nõ eẽ nãq; persuasos in ipsis actioibus patet. sed uti diximus hic est ipso℞ error. Rõnem enim eo℞ quæritant: quorũ nulla est rõ: pincipii.n. demonstrationis nõ est demõstratio. Atq; hi quidem facile id ita esse ꝑsuaderi possunt: nõ est.n. difficile ut accipiať. Qui uero i rõne uim solum quæritãt: ĩpossibile quærũt. Eteni continuo simul ipsi contraria dicũt: deinde sibi deductionẽ censent ad contraria fieri oportere. At si nõ oia sint ad aliquid: sed aliqua ẽt per seipsa sint: nõ omne sane qđ apparet fuerit uerũ: id enim quod apparet: alicui est apparens. Quare qui dicit omnia q̃ uidẽtur atq; apparent uera esse: is oia quæ sunt ad aliquid facit. Quapropter & cauẽdum est hisce qui uim in rõne quæritant: & ob hoc subeunt disputationẽ: non enim eos dicere oportet id quod uidetur esse uerũ: sed addant oportet cui uideť, & cum uidetur, & quo uideť, eodẽq; modo. Quod si disputent quidẽ: nõ aũt hoc pacto subeant disputationẽ: eueniet ipsis, ut cito contraria dicãt: fieri nãq; potest: ut idem uisu quidem mel

esse:gustatu aũt nõ eẽ mel uideať: & utrisq; oculis. si sint dissimiles non idem appareat nam ad eos q pp cãs olim dictas:id qď uideť inquiũt esse ueꝝ:atq; ob idipsum oĩa simi liter uera falsaq; esse dicunt:facilis est obiectio fieri nã põt. ut neq; oĩbus eadẽ. neque si bi semp eadẽ: sed semp cõtraria eodẽ ĩ tpe uideanť: nãq; idẽ tactu quidẽ cũ digitus sup digito ponitur. duo uisu aũt unũ eẽ uideť :at nõ eodẽ sensu. atq; p idẽ. & eodẽ mõ. tpe que eodẽ. Quare hoc erit ueꝝ:sed fortasse pp hoc necesse est hisce dicere:q nõ ob diu bitationẽ:sed disputationis gratia. dicũt nõ esse hoc ueꝝ:sed huic ueꝝ. Atq; ut antea di ctũ est:necesse ẽ ad aliqd oĩa facere& ad opinationẽ. & sensum. Quare neq; fuit qcq neq; ẽt erit:si nullus antea fuit opinatus. Quod si fuit uel erit:patet non oĩa ad opinio nem referri. Præterea si unũ ad unũ aut ad definitum referť:& si idem est & dimidiũ & æquale:sed non æquale ad duplum. neq; dimidiũ ad æquale. referť : si idem sit homo: atq; id quo de habetur opinio : id qď opinatur non erit hõ:sed id quo de habeť opinio. Quod si unumquodq; erit ad id quod opinať:id sane quod opinať spẽ fuerit infinita. Esse igitur hanc opinionem firmissimã oĩum:nõ esse inquã ueras enunciatiões opposi tas:& quid hisce accidit qui ita dicũt:& cur ita dicũt:satis a nobis est dictũ. Cum autem fieri nequeat ut contradictoria simul de eodẽ sint uera:perspicuum est neq; fieri posse quo cõtraria simul eidem insint. Est enim alteꝝ cotrarioꝝ nõ minus priuatio:substan tiæ uero priuatio negatio est ab aliquo genere definito. Si igitur ĩpossibile ẽ uere simul affirmare. atq; negare:fieri quoq; nõ potest. ut cõtraria simul ĩsint:nisi aut aliqua ex pte ambo:aut alterum quidem aliqua ex parte:alterum uero simpliciter insint.

Capitulum septimum.

AT uero neq; fit ut inter cõtradictoria quicq cadat:sed aut affirmetur unum de uno quiduis. aut negetur necesse est. Patebit aũt id ita esse:si primo quidnam sit uerum. & qd falsum diffinierimus. Nã dicere quidẽ id qď est non esse. aut id quod non est esse. est falsum:dicere uero id qď est esse. & id qď nõ est nõ esse. est uerũ. Quare & q dicit illud mediũ esse. aut non esse. uerũ aut falsum dicet:sed neq; id qď ẽ. neq; id qď nõ est. esse aut non esse dicit. Præterea mediũ contradictionis. aut ut ẽ fu scum inter nigrũ & albũ erit. aut ut id qď neutrũ est inter hoiem atq; equũ. Si igiť hoc pacto mediũ eẽ dicať:nõ erit in illud sane mutatio:ex non bono enim in bonum:aut ex hoc in bonũ fieri mutatio solet:nunc aũt fieri semper uidetur:non est enim mutatio. ni si ad opposita mediaq;. Sin uero sit medium altero modo:erit aliqua sane in album mu tatio generatione ex non albo:nunc uero non cernitur. Præterea omne qď sub mẽtem cadit ac intellectũ:mẽs aut negat aut affirmat:hoc ãt ex diffinitiõe patet:quãdo uerum uel falsum dicit. Cũ.n.hoc quidẽ pacto cõponit negãs aut affirmans. ueꝝ dicit:cũ autẽ hoc pacto. falsum. Præterea uniuersis in cõtradictiõibus illud esse oportet:nisi sermo nis cã dicať. Quare & neq; uerũ neq; nõ uerũ quispiam dicet:præter ẽt id quod est. & id qď nõ ẽ. aliqd erit ꝓfecto: quare præter generatiõem ẽt corruptionẽue mutatio qdã erit. Præterea in his ẽt erit generibus:in qbus negatio cõtrariũ affert: ut in numeris. ne q; ĩpar numerus. neq; nõ ĩpar:at ĩpossibile ẽ eẽ ex diffinitiõe aũt patet. Præterea ĩ ĩfini tũ fiet abitio:& non solum sex qui altera erunt ea q sunt. sed ẽt plura. Rursus.n.negare illud. & ad affirmationẽ & ad negatiõẽ licebit:atq; istud aliquid erit:substantia.n.ip sius alia quædã erit. Præterea si ad interrogationem factam. si album est dixerit quis piam. nontnihil nisi ipsum esse negauit:& non esse negatio est ut patet. Orta est au tem & hæc opinio:perinde atq; opiniones cæteræ admirabiles. Quando.n.rationes cõ tentiosas soluere nequeunt:rõni concedentes:aiunt uerum id esse quod est per rationẽ

cõclusum.Quidã igit̃ ꝑ hanc cãm hæc dicũt:quidã ppea qđ oĩum q̃ritant rõnem.Pricipiũ aũt ad hos oẽs ex diffinitione sumẽdum est:fit aũt diffinitio ex eo quia aliquid ipsos significare necesse est.Ratio enim cuius nomen est signum:diffinitio fit:atq; Heracliti quidem sententia:omnia dicens esse atq; non esse uniuersa facere uera uidet̃.Anaxagoræ uero eẽ aliqđ in cõtradictoria mediũ:asserẽs oĩa facere falsa:cũ.n.mixtũ ex bono ac malo cõstat:neq; bonum esse:neq; non bonũ:quare non fit ut quicq̃ uerẽ dicatur.

Capitulum octauum.

Determinatis autem hisce patet fieri non posse ut ea quæ dicunt̃ de omnibus unico modo sese habeant:quẽmadmodum quidam inquiunt:partim nihil uerum esse dicentes:Nihil enim inquiunt prohibet ut ita sint omnia:ut diameter ẽ cõmẽsurabilis costæ:ptim oĩa uera eẽ dicẽtes:fere.n.sniæ ipsoꝶ idẽ qđ Heracliti snia possunt.Qui nanq; dicit oĩa uera & oĩa falsa eẽ:utrãq; haꝶ orationum seorsum ẽt dicit.Quare si illa eẽ nõ possunt:& hæc ẽt eẽ est impossibile.Præterea sunt manifeste cõtradictoria:quæ fieri nõ põt ut simul sint uera aut simul sint oĩa falsa:& tamẽ ex hisce quæ dicta sunt potius posse uidebit̃ falsa utraq; esse.Verum ad uniuersos tales sermões postulare oportet:ut & superius diximus:nõ si aliquid sit aut nõ sit sed si aliqđ ipsi significent.Quare ex diffinitione est disputatum:sumendo quid nam falsum & qđ ueꝶ significat. Quod si nihil aliud est uerũ nisi affirmare hoc pacto aut negare:& similiter falsum fieri nõ põt:ut sint oĩa falsa:necesse est.n.cõtradictionis partẽ alterã uerã eẽ.Præterea si oẽ aut affirmare aut negare necesse est:impossibile est falsa utraq; esse:altera nãq; ps cõtradictionis est falsa.Accidit aũt uniuersis hisce sentẽtiis & id qđ dicitur uulgo:ipsas iquã seipsas tollere.Qui nãq; dicit oĩa esse uera:& cõtrariã huic sniam uerã facit:quare suã nõ uerã facit:contraria nãq; snia uerã ipsam nõ esse dicit.Qui uero dicit oĩa esse falsa:& suã ẽt dicit.Quod si ille quidẽ cõtrariã ut solã nõ uerã:ille aũt suã ut solam nõ falsam excipiat.Accidit ipsos nihilominus orões ueras infinitas falsasque postulare.Quæ eni dicit uerã orationẽ eẽ uerã est uera:hoc aũt i infinitũ ꝓficiscetur.Patet aũt neq; eos qui oĩa quiescere:neq; eos qui oĩa moueri dicunt:dicere uera.Nã si cũcta quiescũt:sẽp eadem erunt uera & falsa:at hoc mutari uidetur.Qui namque dicit:aliqdo ipse nõ erat:& rursus nõ erit.Sin omnia mouent̃:nihil erit uerũ:ergo oĩa erunt falsa:at demonstratũ est id impossibile esse.Præterea id quod est mutet̃ necesse ẽ:ex aliquo eni ad aliquid est ipsa mutatio.At uero neq; oĩa quiescũt interdũ:aut mouentur:nihil autem est quod semper aut mouetur:aut quiescit.Est enim aliquid:quod semper mouet ea quæ mouentur:& primum ipsum mouens immobile est.

Aristotelis liber primæ philosophiæ quintus incipit.Io.Argiropilo interprete.



Rincipium dicitur partim id rei unde motus quispiam fuerit primo:ut longitudinis atque uiæ.hic quidem principium est:econtra autem alteꝶ.Partim id unde unũquodq; optime fieri põt:ut & in eruditione non a primo interdũ & ab ipso principio rei:sed unde facillime quispiam discere poterit inchoãdũ esse uidet̃.Partim id ex quo primo quippiam fit eo pacto ut I sint:ut nauigii carina:& ædiũ fundamentum:& animalium qdã cor:quidã cerebrũ:quidam aliquid aliud tale putãt.Parti id unde fit quippiam primo eo pacto ut non insint:& unde

primo motus mutatioq; icipere folet:ut ex patre matreq; fit ples:& ex conuitiis pugna. Partim id cuius uoluntate mouent ea quæ motu cientur:& mutãtur ea que mutantur quales sunt magistratus qui sunt in ciuitatibus:& principatus & regna atq; tyrãnides. Artes ẽt & horum maxime architectiuæ pricipia dici solent. Præterea unde res primo cognosci potest:id ẽt rei principiũ dicitur ut demonstrationũ suppositiones. Tot autem modis & causæ dicunt:oẽs enim causæ principia sunt. Vniuersis igit principiis est cõe: ut id sit primũ unde est aut fit quippiam aut cognoscit: Hoꝝ aũt alia insunt:alia sunt externa iccirco natura ac elementum principium est:& mens & electio & substantia: & id ẽt causa cuius cætera sunt aut fiunt. Compluriũ enim & cognitionis & motus pricipium est ipsum bonum atq; etiam malum.

Capitulum secundum.



Ausa autem uno quidem dicitur mõ id ex quo quippiam fit eo pacto ut insit: ut æs statuæ:argentumque pateræ:& horum genera. Alio uero mõ forma atque exemplar: hæc autem est rõ quiditatis:& huius genera:uelut eius concentus qui sonos omnes cõplectit:ipsa duorũ ad unũ ratio:atq; oĩno numerus:ptes itẽ quæ i rõne sumũtur. Præterea id unde primũ pricipiũ est mutationis aut quietis:qlis est causa iste qui consulit:& pater filii atq; oĩno qđ efficit eius qđ efficit:& quod mutat eius qđ mutatur. Insuper ut finis:hic aũt est id gratia cuius cætera fiunt:ueluti deambulãdi sanitas. cur enim ambulat interrogati quo ualeat respondemus:atq; si hoc pacto dixerimus:reddidisse cãm arbitramur:& cũcta oĩno quæ alio mouente:inter ipsum & finem fiunt gratia finis ipsius fiunt:qualia sunt rõne sanitatis maties purgatio uenena ac istrumẽta:uniuersa enim hæc ipsius gratia sunt:iter sese aũt differũt:alia nãq; sunt opa: alia instrumẽta. Causæ igitur tot modis dicũtur:sit autẽ ut cũ multipliciter cãæ dicant: & multæ eiusdẽ sint nõ p accidẽs causæ:ceu statuæ & statuaria ars:& æs non per aliud quicq̃:sed ut statua ẽ at nõ eodem mõ:sed æs quidẽ ut materies:ars autẽ ut id unde motio proficiscitur:& inter sese sint mutuo causæ:ut exercitum bonæ causa est abitudinis: & hæc exercitii:at non eodem modo:sed hæc ut finis illud ut principium motus. Idem insup cõtrariorũ interdũ est cã. Quod enim præsens cã cuiuspiã est: id & absẽns nõnũq̃ cãm esse contrarii dicimus ut gubernatoris absentiã subuersionis nauis:cuius præsentia cã erat salutis:utrũq; tamẽ & præsentia & absentia causæ sunt ut mouẽtes. Vniuersæ aũt nunc dictæ causæ quatuor in genera manifestissima cadunt. Elementa namq; syllabarum:materiã cõficiendorum operũ arte:ignem & terrã & talia oĩa corporum partes totius suppositionis deniq; cõclusionis:ut id ex quo res fiunt cãs esse cõstat:atq; horum quædã sunt ut subiectum:ueluti partes quædã ut quiditas totũ inq; cõpositio atq; forma. at semẽ medicus quiq; cõsuluit & oĩno efficiens oĩa sunt causæ:unde est pricipiũ mutationis aut quietis. Quædam aũt sunt ut finis bonũq; cæterorũ:id enim gratia cuius cætera fiunt. Optimum esse finisq; illorũ solet. Interfit aũt nihil bonum ipsum an apparens bonum dicatur:tales igitur atq; tot causæ speciei esse uidẽtur:at qui modi cãrum numero quidem sunt multi si in capita aũt & ipsi redigãtur pauciores euadunt. Dicuntur enim causæ multipliciter:& ipsaꝝ quæ sunt eiusdem speciei alia prior alia & posterior:ut sanitatis medicus atq; artifex:& concentus eius: qui oẽs sonos cõplectitur. duplum ac numerus:& sẽp eæ quæ cõtinent quis singularium:præterea ut accidẽs & genus huius:ut statuæ aliter Polycletus est causa:& aliter statuarius. accidit eni statuario ut sit Polycletus. & eã quæ continent accidens:uelut homo ẽ causa statuæ:aut omnino aĩal qui est Polycletus homo & homo est animal. Sunt autem & accidẽtium alia remotiora

motiora aliis atq; ppinquiora:ceu si albus ac musicus cā statuæ dicerent:sed non solū Polycletus uel hom o. Præter aūt oēs quæ accomodate dicunt:& quæ per accidēs:aliæ ut potentes aliæ ut operantes dicuntur: ueluti extruendæ domus cā est ædificator: aut ædificans ædificator. Similiter & in hisce dicetur:quoꝝ causæ sunt ipsæ causæ:ut huius statuæ aut statuæ aut oīno imaginis:& æris huiusce aut æris aut oīno materiæ:& in accidētibus simili mō. præterea & hæ & illæ cōplexe dicēt ueluti nō Polycletus aut statuarius:sed statuarius Polycletus. Attamē hæc oia multitudine quidem sunt sex:dupliciter aūt dicenē:nā aut ut singulare aut ut genus aut ut accidens:aut ut accidentis genus aut ut cōiuncta hæc aut ut seiuncta dicunt: & insuper ut potentia aut actu. Interest aūt tantum eāæ enim actu & singulares:& ea quorum sunt causæ simul sunt & non sunt: ut hic qui medet cū hoc qui sanat:& hic qui ædificat cū hoc qui ædificatur:sed quæ sunt potentia:non semper:non enim simul domus ædificatorque corrumpuntur.

Capitulum tertium.

Elementū dicitur id ex quo quippiam componitur primo:ita ut sint indiuisibileque sit specie i aliam formam:ut uocis elementa sunt ea ex quibus componitur uox:& in quæ diuiditur ultima: quæ quidem non ulterius in alias uoces diuersas a se spem diuiduntur:sed si ēt diuidantur partes eiusdem sunt rationis:ut aquæ pars aqua est:sed non syllabæ syllaba. Simili mō & ea corporꝫ elemēta ueteres dicūt:i quæ ultima ipsa corpora diuidunē:& quæ nō in alia corpora differentia spē diuidunē: & siue unū siue plura sint talia:hæc elementa appellant. Similiter & designationum & demōstrationum elementa dicuntur. Primæ nāq; demonstrationes quæ i pluribus demonstrationibus insunt elementa demonstrationū uocanē. Sunt aūt tales ratiocinationes hæ: quæ primæ sunt ex tribus per medium unum. Hinc ēt per translationē elemētum id oē appellant:qd unū est & paruum & ad multa cōducit. Quamobrē & id qd est paruum & simplex i diuisibileq; elementum uocatur:unde emersit ea quæ maxime uniuersalia sunt elementa esse:quia unūquodq; ipsoꝝ unum est & simplex :& in multis aut in oibus aut q̄plurimis inest:ipsum ēt unum per eadem pūctumue principium quibusdam esse uidetur:cū igit ea quæ genera uocantur uniuersalia sint indiuisibiliaq; (una est enim ratio ipsoꝝ)genera ipsa quidam elementa inquiunt eē:& magis quā differentiam: ppter quod genus uniuersale magis esse uidet :cui nanq; differentia competit:ei continuo genus etiam inest:at cui competit genus:ei nō omni differentia inest:omnibus autem est commune elementum esse cuiusque id:quod cuique primum inest.

Capitulum quartum.

Natura dicitur uno modo eorum quæ nascūtur ac pullulant generatio:alio uero modo id ex quo nascitur primo id quod nascitur:ita ut insint. Præterea id: unde primus motus in unoquoque est eorum quæ natura constant ut ipsum est:nasci autem ea dicuntur:quæ per aliud incrementum suscipiūt:ex eo quia tanguntadiunctaque sunt:aut copulata:ut fœtus. Interest autem iter copulationem & tactum in quibusdam enim præter tactum nil aliud esse necesse est. In is autem quæ copulata sunt est aliqd unū:in utrisq; idem:quod copulationem ꝑ tactu facit:& esse continuationem quātitateue & non qualitate unum. Præterea natura dicitur id ex quo primo est aut fit aliquid eoꝝ quæ natura constant:quod quidem ē informæ ex suaq; potētia immutabile:ut statuæ quidem æneorūq; uasoꝝ æs natura dicit :ligneorum aūt lignum: & in cæteris simili modo. Ex his enim unum quod constat : prima materia permanente salua:etenim hoc & elementa modo naturam eoꝝ esse quæ natura constant ueteres

dicunt:quidam ignem:quidã terram:quidã aerem:quidam aquã:quidam aliquid aliud tale:quidam hoꝝ aliqua:quidam hæc uniuersa dicentes. Alio præterea mō natura dicitur eoꝝ substantia quæ natura constant:ut ii censent qui dicunt naturam primum esse compositionem:aut ut Empedocles ait:qui quidem naturam nullus eorum eē quæ sunt:sed mixtionem dumtaxat mutationemue mixtoꝝ esse:ab omnibus uero naturam uocari dicit:quamobrem & ea quæ natura sunt aut fiunt:& si id iã est ex quo ipsa sunt apta fieri aut esse:nondum tamē naturam habere dicimus:si speciē nō habeant atq; formã. Natura igitur constat id quod ex his utrisq; componitur:ut animalia partesq; ipsorũ. Natura ãt est materia prima:quæ duplex est:est enim aut ea q̃ ad ipsum ē prima: aut ea quæ omnino est prima:ueluti uasoꝝ materies æneoꝝ:ad ipsa quidem prima est æs. simpliciter aũt forsitan aqua:si oĩa ea sint aqua quæ liquescere possunt: & insuper forma atq; substantia:quæ quidem est generationis ipsius finis. Per translationem autem iam & oĩs omnino substantia natura propter hanc dicitur: quia & ipsa natura substantia quædã est. Ex his igitur quæ naturæ sunt dictæ:substantia eoꝝ quæ principiũ in seipsis habent:ut ipsa sint prima:est ꝑfecto natura:proprieque natura dicitur. Materia nãq; ex eo natura dicitur:quia est huiusce susceptrix: generatio etiam pululatiōe natura propterea dicitur: q ab illa est motio principium quoq; motus eorum quæ natura constant ipsa eadem est quæ quidem inest aliquo modo aut potentia aut actu.

Capitulum quintum.


Ecessarium id dicitur:sine quo fieri non potest ut uiuatur ut causam comitante:ueluti respirare ac alimentum necessarium est animali: esse enim ipsum sine istis non potest. Et id etiam sine quo fieri nequit:ut bonum aut sit aut fiat:aut malum quippiam abiciatur ac extrudatur:ueluti bibat medicinam necesse est: ut non ægrotet: & ad æginam nauiget ut argentum recipiat. Præterea uiolentũ ac uiolentia: hoc autem est id quod præter appetitionem uoluntatemque impedit atque prohibet. Violentum enim necessarium dicitur:quapropter & dolore efficit ut & Euenus poeta dicit.

tur.Diffiniendarum enim rerum:& quarum ipsum quid est assignamus:aliæ uti simũ aliæ uti concauum esse uidentur. Hæc autem differunt:propterea φ simum siquidem cum materia est comprehensum:est enim simum concauus nasus:at cõcauitas sine sensibili materia est. Quod si naturales res omnes perinde atque simum dicũtur:ut nasus: oculus:facies:os:caro:omnino animal:folium:radix:cortex:omnino planta:nullus enĩ ipsorum ratio motionis est expers:sed materiam semper habet:patet quonã pacto naturalibus in rebus ipsum quid est quærere diffinireque oportet:& quamobrem ad naturalem philosophum pertinet de aliqua anima contemplari:quæ non sine materia ẽ. Naturalem igitur facultatem contemplatricem esse:ex hisce quæ dicimus innotescit: at ipsam mathematicam contemplatiuam scientiam esse constat:sed si est immobilium separabiliumue:nunc obscurum esse uidetur:tamen esse aliqua mathematica:quæ quidem ut mobilia atque ut separabilia contemplatur scientia mathematica:patet. Quod si quippiam sit in ratione rerum immobile sempiternum ac separabile:patet ac cõtemplatricem quidem scientiam illius cognitionem spectare:nõ tamen ad naturalẽ:quippe cum naturalis facultas circa mobilia quædam uersetur:neq; ad mathematicam: sed ad aliam his utriq; priorem. Naturalis enim circa inseparabilia quidem:sed non imobilia uersatur. Mathematicæ uero non ullæ circa ĩmobilia quidem:at non fortasse separabilia:sed ut in materia sunt uersañt:At prima circa separabilia ac ĩmobilia sane uersañt. Omnes autem causas sempiternas esse necesse est:maxime aũt istas:sunt enim causæ diuinorũ hisce quæ sunt manifesta. Quapropter philosophiæ tres erunt cõtemplatrices. Mathematica:naturalis: theologia. Non est enim obscurum:si uspiã ipsum diuinum est in tali eẽ natura:atq; præstabilissimam facultatem maximeq; honorabilẽ circa id quod est præstabilissimum maximeq; honorabile genus uersari oportet. Contemplatrices igitur scientiæ cæteris facultatibus sunt expetibiliores:ut patet:hæc autẽ expetibilior contemplatricibus est. Dubitauerit aũt quispiam utrũ uniuersalis sit ipsa prima philosophia:ac circa genus quippiam unãq; naturã uerseť. Neq; enim in ipsis mathematicis scientiis idẽ est modus:sed geometria quidem atq; astrologia circa naturam quandam uersañť:illa uero est uniuersalis omnium sane cõis. Si igitur nulla sit alia substantia præter eas quæ natura constant:naturalis sane facultas prima sciẽtiarũ erit. Sin uero substantia sit in ratione rerum:quædã inmobilis hæc erit profecto prior:philosophiaq; prima & uniuersalis hoc pacto. Quia est prima:atq; de eo quod est ut ens est:& quid nam sit:& ea quæ ipsi competunt ut ens est: & ad hanc profecto scientiam pertinet contemplari.

Capitulum secundum.



Erum enim cum id quod est quod simpliciter dicitur:multis dici soleat modis. Nam & id quod est per accidens:& id quod est uerum ens dicitur:cui nõ ens opponitur uti falsum. Præterea prædicamẽti figuræ:aliud enim est quid: aliud quale:aliud quantum:aliud ubi:aliud quando: & siquid est istiusmodi insuper præter hæc oĩa id quod est potentia atque actu:cum igitur id quod est multis modis dicatur:primo de eo quod est per accidens id dicamus oportet:nullam contemplationem circa ipsum uersari:cuius illud indicium esse uidetur. Nulli nanq; sciẽtiæ prorsus est curæ:neque actiuæ:neq; effectrici:neq; cõtemplatrici de ipso qcq̃ cõsiderare: neq; .n. hisce qui domum extruit:ea quæ simul accidunt extruendæ domui conficit. Quippe cum infinita sint. Quibusdam.n.gratam:quibusdã molestã: quibusdã utilem eam nihil prohibet eẽ:atq; omnino a rebus omnibus esse diuersã:quorũ nullius ẽ effectrix

ædium

ædiũ extruendarũ facultas:neq; geometriæ ꝓfessor ea quæ hoc pacto figuris accidunt: neq; si triangulus ligneus:& triãgulus duobus rectis angulos habens æquales: diuersi sint contemplat':atq; idipsum recte fieri cũ rõneq; nr̃. Accidẽs.n. ipsum quasi nomine tamẽ ẽ:iccirco plato aliq̃ ex pte nõ male id qđ nõ ẽ facultati sophisticæ tribuit. Rões eni sophistaꝝ circa accidẽs maxie oium uersari uidẽt':iterrogãt.n.ẽ ne idẽ an nõ ẽ idẽ musicũ atq; grãmaticũ:& itẽ coriscus musicus atq; coriscus. Precũctant' præterea: si id omne factum est quod est quidẽ sed nõ perpetuo est. Quare si musicus grãmaticus factus est:grãmaticus musicus factus est:& alias afferunt istiusmodi rões:id enim qđ accidit ei sane qđ haud ẽ:propinquũ quippiam eẽ uĩ. Patet isuper idipsum & p tales ẽt rões:coꝝ eni quæ alio modo sunt generatio est atq; corruptio:at eorum quæ sunt per accidens non est generatio atq; corruptio. Attamen ulterius de accidente dicendum est:quo ad dici potest quæ nam sit ipsius natura:& quã ob causam est: simul.n. & cur nulla est ipsius scientia fortasse patebit. Cum igitur in hisce quæ sunt:alia semper eodẽ modo sese habeant necessarioue:non necessitate quidem ea quæ per uiolẽtiam dicitur: sed ea qua rem aliter sese habere non posse dicimus:alia necessario quidem non sit neq; semper:sed sint plærumq;:hoc est pricipiũ sane & hæc est causa ut sit accidens ipsum. Quod.n.neq; semper est neq; plærumq;:id accidens dicimus esse: ueluti si cũ sol ẽ in cane hiems fuerit atq; frigus:id dicimus accidisse:sed non si calor fuerit atq; æstus:propterea q; hoc semper aut plærũq; illud nõ semper neq; plærũq; fieri solet: hominẽ etiã accidit esse album:neq;.n.semper neq; plærũq; homo est albus, at non per accidẽs homo animal est: ædificatorem quoq; facere sanitatem per accidens est:propterea qđ nõ est aptus ædificator idipsum efficere:sed medicus sed accidit ædificatorẽ medicum eẽ. Epularum ẽt effector uoluptatem coniectans:salubre quippiã fecerit:sed non epularũ conficiendarũ facultatis officio rationeue:quapropter dicimus accidisse:atq; aliqua quidem ex parte facit:absolute uero non facit:nam cæterorum quidem aliæ potentiæ interdum sunt effectrices:at hoꝝ nulla prorsus est ars:nulla potentia definita:eorũ enim quæ per accidens sunt uel fiunt:& causa per accidens est. Quare cum non omnia necessario semperq; sint aut fiant:sed plura plærũq; sint aut fiant:id quod est per accidẽs tale esse necesse est:qualis ipse albus musicus est:qui quidem neq; semp est neq; plærũq;. Cum autem aliquãdo fiat:per accidẽs erit:alioqn omnia necessario erunt:q̃re materies erit ipsa:quæ contingens eius est cã accidentis quod aliter euenit præter id qđ plærunque fieri solet. Principium aũt hoc est sumẽdum:utrum nihil sit prorsus in rõne rerum: qđ neq; semper est neq; plærũq;:an idipsum fieri nequeat. Est ergo quippiam præter ista quod æque atq; per accidens & esse & nõ esse põt. At est ne id quod plærũq; fieri solet:quod aũt semper sit in ratione rerũ non est:an sunt aliqua quæ perpetuo sunt. De his igitur posterius considerandũ esse uidetur. Scientiam aũt accidentis nõ eẽ patet: omnis enim scientiam aut eius quod est semper:aut eius qđ ẽ plerũq;. Quonã pacto quispiã aut discet aut docebit. Definitum enim id esse oportet:qđ de sciẽtia est:aut hoc ipso quod semper est:aut hoc ipso quod est plerũq;:ueluti conducẽtem esse febricitãti plærũq; aquã mulsam:aut quippiã tale. Id aut quod præter hoc est dicere nõ poterit:ueluti calendis:aut enim semp aut plerũq;:calendis ẽt dicat prodesse illud oportet:at accidens est præter hæc ipsa. Quid igitur est ipsum accidens:& quam ob causam est: ac scientiam ipsius non esse:satis iam per ea quæ dicta sunt innotescit. Esse uero principia causasue tales ut oriantur ac occidant sine generatione corruptioneue patet. Si eni res non ita sese habeat:omnia necessario erunt:si eius quod fit atq; corrumpitur nõ per ac-

cidens eãm aliquam esse necesse est:erit ne hoc an nõ erit. Si hoc fiet:erit si non fiet:non erit:id aũt erit:si aliud fiet:atq; hoc pacto si tẽpus semp auferat̃:ad id demũ perueniet i quo nunc est:quare hic hõ morietur morbo aut ui:si gressus fueri urbem:hoc aũt erit:si aliud fiet:atq; hoc pacto ad id demũ perueniet in quo nunc est:aut in qppiã eo℞ quæ facta sunt:ueluti si fiterit:hoc aũt erit si comedit salsa:at hoc est:aut nõ est quare necessario decedet uel nõ decedet:eadẽ ẽt erit rõ:& si qspiã ad ea quæ sunt facta saltauerit: est eni iam idipsum i aliquo:atq; dico id qđ ẽ factũ. Vniuersa ergo futura necessario erunt ueluti morieť iste qui uiuit:iam enim qppiam factum est:ceu cõtraria fuere corpe i eodẽ:sed morbo ne an ui morietur:nõdũ emergit:sed si hoc fuerit factũ. Patet igiť usq; ad aliqđ principiũ reductionẽ hanc pficisci:qđ quidẽ non ulterius in aliud pficisciť:atque illud principiũ eius erit quod fit p accidens:& esse atq; nõ eẽ põtĩcãq; generatiõis illius nõ erit ulla. At cõsiderãdũ est ad qđ principiũ atq; causam talis reductio pficisciť.

Vt ad materiã ne:an ut ad id gratia cuius cætera fiunt:an ut ad id potius a quo motio pfluit:Sed contemplationẽ eius qdẽ qđ est p accidens omittamus:de ipso nãq; iam satis est definitũ. Quoniã autẽ id quod ut ue℞ est ens:& id qđ ut falsum est nõ ens:i cõpositione diuisioneue atq; in cõtradictionis oĩno partione cõsistit:nã uero quidẽ affirmatio ob id quod adiungiť:negatio ob id qđ seiungitur:falso aũt huiusce contradictio partionis accomodať. Ve℞ enim falsumq; non sunt in rebus:ut bonũ quidẽ sit uerum: malũ autẽ falsum:sed sunt in mẽte. Circa uero ea quæ sunt simplicia ipsumq; qd ẽ:neque in ipsa sunt mente:atq; quonã pacto fit ut simul quædã ac seorsum itelligant̃: alia rõ ẽ. Dico aũt simul seorsumq; nõ ut sint aut nõ sint deinceps:sed ut unũ qd fiant:aut nõ fiant ea qdem quæ de eo qđ ens atq; nõ ens hoc dr̃ pacto:nos contẽplari oportet:posterius cõsideranda esse uident̃. Cũ aũt cõplexio diuisioq; non in rebus sit sed in mente: id aũt quod hoc pacto ẽ ens diuersum sit ab hisce quæ pprie entia sunt: mens enim aut substãtiã aut qualitatẽ aut quantitatẽ aut quippiam aliud cõiungit aut seiungit:id qdem ens qđ est ut accidens:& qđ est tu uerum omittẽdũ est sane:nã cã illius qdẽ indefinita est:huius aũt affectus est qdã mẽtis:atq; utraq; circa reliquum genus ipsius sunt entis:& non qcq̃ extra naturam ipsius entis esse significãt. Quapropter hæc qdẽ omittamus. Ipsius autem qđ est ut ens est: causas principiaq; consideremus oportet. Patet: aũt per ea quæ dicta sunt eo in loco:quo quot modis diciť unũquodq; declarabamus id quod est non uno modo:sed pluribus modis dici.

Aristotelis Liber primæ phylosophiæ septimus incipit. Io. Argyropilo interprete.

Capitulum primum.



D quod est multipliciter dicitur: uti prius in hisce quæ dicta sunt de uno quoq; quot modis dicatur distinximus. Præterea enim quod est & hoc aliquid:partim quale aut quãtum aut cætero℞ quodq; quæ hoc prædicant̃ pacto significat. Cũ autem id quod est tot modis dicatur: patet horum primum ens esse ipsum quid est:quod quidem substantiã ipsam significat. Nam cum dicimus quale quid est hoc: ut bonum dicimus aut honestum:sed nõ tricubitum aut hominem. At cum quidnam est dicimus:nõ album tum aut calidũ aut tricubi-

tum: sed hominem dicimus aut deum. Cætera aũt ex eo dicuntur entia: quia eius quod hoc pacto est ens: quædam quantitates: quædam qualitates: quædam passiones sunt: quædam aliud quippiam tale. Quapropter non iniuria quispiam dubitauerit: utrũ ambulare & ualere atq; sedere cæterorumq; similium unumquodq; sit ens an nõ ens: nihil enim ipsorum aut aptum est per se esse: aut separari a substantia potest: sed si sint entia: magis ambulans & sedens & ualens sunt entia: hæc autem ideo magis entia esse uidetur: quia est quid definitum quod est his ipsis subiectum. Atq; hoc est substantia singulareq; ipsum: quod quidem in tali prædicationi nimirum apparet: bonum enim & sedens cæteraq; istiusmodi non sine hoc subiecto dicuntur: patet igitur ob hanc ipsam & unumquodq; illorum esse. Quibus efficitur ut substantia sit id quod primo est ens: & non quippiam ens sed ens ut patuit absolute. Multis igit̃ modis dicitur primum: omnium tamen est ipsa substantia primum & ratione & cognitione & tempore: nam cæterorum quidem quæ prædicantur nihil prorsus est separabile: ipsa autẽ sola separabilis est. Ratione quoq; hoc esse primum uidetur: in uniuscuiusq; enim ratione necesse est substantiæ rationem inesse. Et scire tum unumquodque maxime arbitramur: cum quid sit homo magis aut ignis q̃ cum quale aut quantum aut ubi cognoscimus: nam & horum ipsorum unumquodq; tum scimus: cum quid nam sit aut quãtum aut quale cognoscimus. Et id igitur qđ olim & nunc & semper quæritur semperq; dubitatur quid nam sit id quod est hoc est profecto: quænam ipsa substãtia sit: Hoc enim quidam unum esse dicunt: quidam plura q̃ unum: & horum quidam finita quidam infinita inquiunt esse. Quapropter & nos maxime primoq; ac fere solum de eo quod ita est ens: quidnam sit consideremus ac contemplemur oportet.

Capitulum secundum.

Substantia autem manifestissime quidem corporibus uidetur cõpetere: quam obrem animalia plantas partesque ipsorum substantias dicimus esse: & itẽ corpora naturalia: ut ignem aquam & terram & talium singula: & quæ sunt horum partes: quæque ex his ut partibus aut quibusdam aut omnibus constat. Cœlũ insuper ac partes ipsius stellam solem & lunam: at utrum hæ tãtummodo an & aliæ substantiæ sint: an horum quidem nihil rationẽ substantiæ subeat: aliæ uero sint substantiæ quædam consideremus oportet: atqui corporis fines: ut superficies linea punctum ac unitas substantiæ & magis quam corpus solidumque quibusdam esse uidetur. Præterea quidam præter sensibilia nihil tale esse existimant: quidam plura & magis entia sempiterna: ueluti plato formas ipsas & res mathematicas duas substãtias eẽ: tertiam uero corporum substantiam sensibilium esse censuit. Speusippus autẽ & plures substantias ob uno ipso incipiens & principia cuiusque substantiæ esse dixit. Aliud quidem numerorum: aliud autem megnitudinum: deinde animæ atque hoc pacto extendere substantias accumulareque uidetur. Quidam insuper formas quidem & numeros eandem inquiunt naturam habere: cætera uero lineas planaque in quam usque ad cœli substantiam resque sensibiles secundas esserunt substantias esse. Sed de hisce quid recte dicitur quid non recte: & quæ substãtiæ sunt & utrum sunt quædam præter sensibiles an non sint: & eæ quomodo sunt & utrum sit quædam separata substantia & cur sit & quo pacto sit: an nulla sit præter ipsas sensui subiectas substantias. Considerandum deinceps est antea quidnam sit ipsa substantia designata.

Capitulum tertium.

Substantia itaque si non pluribus quattuor autem modis maxime dici solet: etenim quiditas & uniuersale ac genus substantia cuiusque esse uidetur:& quartum horum subiectum. Subiectum autem id est: quo de cætera dicūtur: ipso rationem prædicati non subeunte. Quare de hoc antea determinemus oportet: maxime nāque subiectum primum substantia esse uidetur. Tale autem modo quodā ipsa materia dicitur: alio uero modo forma: tertium autem id quod ex hisce constat: atque materiam quidē dico æs: formam autem talem figuram. Id uero quod ex hisce constat statuam: ipsum inquam totum quod ex utrisq; componitur. Quare si forma prior sit:& magis ens q̄ materies:& id profecto quod ex utrisq; constat prius per rationem eandem erit. Nunc igitur dictum est quasi figura quidnam sit ipsa substantia: ubi diximus id esse quod non de subiecto dicitur: sed quo de cætera prædicantur. Nō solum autem hoc pacto dicere de ipsa oportet: quippe cum non sit satis. nam & hoc ipso obscurum est:& insuper materia substantia fit. Si enim ipsa non sit substantia: quæ nā sit alia nos præterit atq; fugit. Cæteris nāq; sublatis: nihil præter ipsam permanere uidetur. Etenim cætera quidem corporum passiones effectiones potentiæq;: longitudo uero latitudo atq; profunditas quantitates quædam sed non substantiæ sunt. Quantitas enim substantiæ rationem non subit: sed cui primo hæc insunt id potius substantia est: at uero longitudine & latitudine ac altitudine sublata nihil præter id quod ab his definitur restare uidemus. Quare si hoc considerauerimus modo: materiam solā substantiam uideri necesse est. Materiam autem eam dico: quæ neq; quid per seipsam neq; quantum neque aliud quicquam eorum dicitur: quibus id quod est definitur. Est eni quid quo de uniuersa hæc prædicantur: cuius ratio a cuiusque ratione prædicamēti diuersa est. nam cætera quidem de substantia. Hæc autem de materia prædicatur. Quare ipsum ultimum neq; quid neq; aliud quicquam per se esse uidetur: at neq; etiā negationes: etenim hæ per accidens competent. Ex his igitur consideratis fit ut materia substantia sit: at esse non potest: etenim separabile atq; hoc aliquid substantiæ maxime uidentur competere: quapropter forma & id quod ex utrisq; constat substantia magis q̄ materia uidebitur esse. Ea igitur substantia quæ ex utrisq; ex materia inquā formaque constat: omittenda. Est enim posterior atq; clara. Manifesta etiam quodāmodo & ipsa materies est. De tertia uero considerare oportet: hæc enim est maxime dubia atq; cum substantiæ quædam sensibilium rerum consensu omnium sint in hisce primum ipsam quæramus ac contemplemur oportet:

Capitulum quartum.

Quoniam autem ī principio quot modis substantiam definimus distinximus: atque horum unus esse ipsa quiditas uidebatur: de ipsa nunc contemplandū esse uidetur. Operepræcium enim ex notioribus nobis ad notiora simpliciter proficisci: discunt enim omnes hoc modo ex minus notis naturæ ad magis nota proficiscentes: atque ut in rebus agendis hoc opus est: ut ex hisce quæ cuique bona sunt ea quæ sunt omnino bona efficiantur: sic ex cuique notioribus ea quæ sunt nota naturæ cuique efficienda sunt nota. Ea uero quæ singulis nota primaque sunt: parum persæpe sunt nota:& parum aut nihil ueritatis nimirum habent: attamē ex hisce quæ praue quidem sunt nota: ipsi autem nota: enitendum est ea quæ omnino sunt nota cognoscere: ad hæc ipsa per illa proficiscenti quemadmodum diximus. Atque primo de ipsa

quædam differendi modo dicamus. Quiditas est id quod dicitur unumquodque per se. Non enim esse cui esse musici est: quippe cum non per teipsum: musicus sis: atque neque etiam omne per se: non enim id quod sic per se est, ut superficies album est: quia superficiei esse non est esse ipsius albi: at uero neque id quod ex utrisque constat: esse in quam superficiei albæ: est esse superficiei: propterea quod ipsa superficies est ī ratione.

Ea ergo ratio quiditatis est uniuscuiusque: in qua ratione dicente ipsum non inest ipsum. Quare si esse superficiei albæ, sit esse superficiei leuis: esse albi leuisque unū & idem est. Cum autem sint & cæteris in predicamentis composita: est enim aliquod cuique subiectum, ut quiditati, & quantitati, & ubi, ac motui: considerandum est si sit quiditas uniuscuiusque ipsorum ratio: & sit ipsorum etiam quiditas: ueluti si sit albi hominis quiditas: sit itaque nomen ipsi positum uestimentum. Quidnam igitur sit uestimenti esse. At enim neque hoc est ex eorum numero: quæ per se esse dicunt. An id quod non per se est dupliciter dicitur: & aliud est ex additione: aliud non est ex additione. Quoddam enim ex eo dicitur id quod diffinitur: quia ipsum alii additur: ueluti si quispiam album diffiniens albi rationem hominis dicat. Quoddam ex eo dicitur: quia aliud ipsi non additur: ueluti si uestimentum quidem hominem album significet: ipsum autem quispiam ut album diffiniat. Albus igitur homo est quid album: non tamen ipsius quidditas est esse albi: sed uestimenti. At est ne quidditas quædam aut simpliciter: an non est. Quidditas enim cuiusque substantia est. Cum autem aliud de alio dicitur: non est proprie hoc aliquid: si ipsum hoc aliquid substantiis tantummodo cōpetit. Quare quidditas est eorum: quorum oratio diffinitio est. Diffinitio uero est non si nomen idem quod oratio significat. Omnes enim orationes significat. Omnes enim orationes essent utique diffinitiones. Sit enim cuius orationi positum nomen. Quare & alias diffinitio erit: sed si alicuius sit primi. Talia uero sunt ea quæ dicuntur non ex eo quia aliud dicitur. Nulli ergo specierū quæ nō sub genere sunt quidditas competit: sed hisce solum: hæ nanque per participationem passionemue: neque ut accidens dici uidentur. Sed oratio quidem: & cuius cæterorum erit quid nomen significat: si sit nomen: hoc inquam huic inesse: aut pro oratione simplici magis exacta. Diffinitio uero non erit, neque quiditas sane: an ut & ipsum quid ē: sic & diffinitio multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est uno quidem modo substātiam: & hoc aliquid significat. Alio uero modo unumquodque eorum quæ prædicantur: quantum inquā, quale & alia huiusmodi. Vt enim & ipsum est omnibus quidem: sed non similiter competit: sed alicui primo, cæteris loco secundo: sic & ipsum quid est absolute quidem substantiæ. Cæteris autem ex parte aliqua competit. nam & ipsum quale, quid nam sit interrogare possumus. Quare est quidem & ipsum quale quid est: at non simpliciter: sed ut id quod haud est differendo quidam inquiunt esse: non simpliciter, sed non ens: sic & ipsum quale dicimus quidem quid est: sed non simpliciter ut diximus. Atque considerare oportet: & quonam pacto de unoquoque dicere oportet: ut non magis quā ipsa res sese habet, atque ad ipsam sit accomodatum dicatur. Quapropter & nunc cū id quod dicitur pateat: & quiditas sane similiter: primo quidem absoluteque substātiæ deinde cæteris: quemadmodum & ipsum quid est competet: ut ipsorum non simplici-

ter quiditas, sed qualis, aut quanti sit quiditas: aut enim æquiuoce, aut addentes, aut auferentes hæc esse entia dicamus oportet: quemadmodum & non scibile: scibile dicitur: quoniam hoc est rectum: neque æquiuoce dicere, neque modo eodem, sed ut medicatiuum: quod quidem ad unum dicitur atque idem: non autem idem est atque unū. Attamen non æquiuoce dicitur. Corpus enim: & opus, & uas, neque æquiuoce sane: neque oratione una medicatiuum dicitur. sed ex eo quia ad unum ipsorum quodque refertur. At enim siue hoc modo, siue alio quispiam hæc dicere uelit: nihil interesse uidetur. Illud perspicuum iam euasit: qui finitionem quiditatemue primo quidē atque simpliciter substantiarum ipsarum esse. Cæterorum autem esse quidem, sed non primo. Non necesse est enim si hoc ponamus: eius diffinitionem esse cuius nomen idem quod oratio significat: sed quod oratio quædam. Hoc autem est: si unus sit: non continuatione, ut ilias: & quæ coniunctione sunt unum: sed si hisce modis pluribus ipsum unum proprie dicitur: ipsum autem unum perinde atque id quod est dicitur: at hoc partim hoc aliud: partim quantum: partim quale significat. Quapropter & albi hominis erit ratio diffinitioque: Alio uero modo & albi & substantiæ erit.

Capitulum quintum.

Existit autē dubitatio: si diffinitionem quispiam nō esse dixerit eam ratioēm, quæ ex additione conficitur: cuiusnam non simplicium, sed coniunctorum diffinitio fuerit. Per additionem enim hæc declarentur necesse est. Dico autē hoc pacto, est nasus, & cōcauitas, atq; simitas, id qđ ex utrisq; dr̄: ex eo qa hoc huic inest: & nō per accidens: aut cōcauitas: aut sanitas affectus est nasi. Sed p seipsum ut patet: neque ut album calliæ competit aut homini: propterea quod callias est albus: cui accidit ut sit homo: sed ut mas animali, atque æquale competit quanto: omniaque omnino quæ per se inesse dicuntur. Hæc autem ea sunt: in quibus, aut nomen, aut ratio eius cuius affectus est inest: & quæ fieri non potest ut declarentur seorsum: quēadmodum album quidem declari sine homine potest: fœmella uero sine animali non potest. Quare aut horum nullius quiditas est, diffinitioque: aut est alio modo quemadmodum antea diximus. Emerget etiam de ipsis alia dubitatio. Nam si idem sit simus nasus: & concauus nasus: idem ipsum simum, & concauum erit. Sin uero nō idem ex eo sit: quia fieri non potest, ut simum absque ea re dicatur cuius per se est affectus: est enim ipsum simum in naso conuitas: aut nasum simum dicere profecto non licet: aut dictum bis idem erit: nasus concauus nasus. Nasus enim simus nasus concauus erit. Quapropter absurdum est quiditatem talium esse: quod si sit, in infinitum erit profectio: nasi enim nasi simi, alia quiditas erit. Patet igitur solius diffinitionem substantiæ esse. Nam si cæterorum quoque sit prædicamentorum ex additione illam esse necesse est, ut qualis aut imparis: nō enim sine numero extruetur nec etiam sine animali fœmellæ. At ex ad-

ditione eas extrui dico:in quibus fit ut bis idē dicatur:perinde atque in istis. quod hoc sit uerum: neque coniunctorum ut numeri imparis erit: sed latet rationes non exacte dici ac assignari. Quod si horum quoque sunt diffinitiones:aut sunt alio modo. aut ut dictum est. multipliciter diffinitio atque quiditas est dicenda. Quare partim non ullius erit .istorum præter substantias diffinitio:quiditasue:partim etiam erit. Patet igitur diffinitionem quæ quiditatis est ratio:quiditatemue:aut substantiarum tantum: aut ipsarum maxime. & primo. atque simpliciter esse.

Capitulum sextum.

Vtrum autem quiditas & unumquodque sint idem:an non eadem. sed diuersa deinceps considerandum esse uidetur:ad substantiæ nāque consideratione̅ hoc uehementer conducit. Vnumquodque enim non aliud a substantia sua esse uidetur: & quiditas uniuscuiusque substantia dicitur esse. In is igitur quæ per accidens dicuntur diuersa esse non eadem uidebuntur:ut homo albus. & hominis albi esse. nam si eadem sint hominis esse. & albi hominis esse idem erit profecto. Idem enim est homo:& albus ut inquiunt homo. Quare idem erit & hominis albi. atque hominis eē. An non est necesse ea quæ sunt per accidens eadem esse. Non enim extrema modo eodem eadem fiunt:sed illud accidere fortasse uidebitur:extrema inquam eadem per accidens fieri:ut est albi & musici:at non uidetur. In iis autem quæ per se dicuntur. necesse est ne non diuersa. sed eadem esse:ueluti si sint aliquæ substantiæ: quibus aliæ non sunt substantiæ. neque naturæ priores:quales inquiunt quidam ipsas ideas esse. nam si ipsum bonum. ac boni esse:& animal ac & animalis esse: & ens. atque entis esse:non idem sit. sed diuersum:erunt prefecto aliæ substantiæ naturæque atque ideæ præter eas quas ponunt:& priores etiam substantiæ sane. si quiditas rationem substantiæ subit atque si absolute quidem sunt. harum quidem scientia non erit. Illæ uero non ratione̅ entis subibunt: absolutas autem esse dico:si neque ipsi bono insit esse boni: neque huic competat esse bonum. Scientia enim uniuscuiusque cognitio quiditatis uniuscuiusque est:atque in bono cæterisue. res ita sese habere uidetur. Quare si esse boni bonum non est:neque esse entis ens erit:neque unus unum: atque omnes similiter qualitates sunt. aut nulla. Quare si esse entis est non ens neque cæterorum est ullum. Præterea cui ipsum esse boni non est id est non bonum. Vnum sit ergo necesse est bonum esse boni: & honestum & esse eius: & quecunque omnino non per aliud. sed per seipsa primaque dicuntur. Hoc enim satisfacit sane:etiam si formæ non sint: magis aūt forsitan & si sint.

Insuper patet & subiectum idsum substantiam non esse: si sint ipsæ ideæ tales.

quales inquiunt quidam esse. Has enim substantias quidem esse: de subiecto autem non dici necesse est: alioquin erunt communicatæ. Ex his igitur rationibus perspicuum iam euasit: ipsum unumquodque quiditatemque eius unum & idem non per accidens esse. Et unumquodque etiam scire hoc esse quiditatem inquam cuiusque scire. Quare per rationes atque inductionem unum quid sint ambo necesse est. Id autem quod per accidens dicitur, ut musicum aut album. Et quiditatem idem esse dicere uere non licet: propterea quod duplex significat: id inquam cui accidit: & ipsum quod accidit. Quare partim idem non idem est: esse enim hominis, ac hominis albi non idem est: est tamen idem affectu. Absurdum autem esse uidebitur: & si quispiam unicuique quiditati nomen posuerit. Erit enim & præter illam alia quiditas sane: ut præter quiditatem equi alia quiditas equi. Atque quid probibet, & nunc esse aliquas continuo quiditates idem quod ea quorum sunt quiditates: si quiditas est substantia. At uero non solum sunt unum: sed etiam ratio ipsorum eadem est: ut ex his etiam quæ dicta sunt patet. Non enim esse unius, ac unum per accidens, unum est. Prætetea si aliud erit: in infinitum erit profectio. Nam alterum quidem ueluti ipsum esse unius quiditas eius erit: alterū autē ipsum unū. Quare & in illis ratio eadē erit.

Patet igitur in hisce quæ prima & per se dicuntur, ipsum cuiusque esse ac unūquodque unum & idem esse. Sophisticæ uero redargutiones aduersus istam positionem eadē ut patet solutione soluuntur: si idem est inquam Socrates & socratis esse: nihil enim differunt eam ex quibus quispiam interrogauerit: & ea ex quibus soluens rem attigerit ipsam. quo pacto igitur quidditas & unumquodque est idem: & quo pacto non est idem satis iam ut patet diximus.

Capitulum septimum.

EOrum autem quæ fiunt: alia natura: alia arte alia casu fiunt. Atque uniuersa quæ fiunt: ab aliquo sane: & ex aliquo: atque aliquid fiunt. Aliquid autem dico in uno quoque prædicamento: nam aut hoc: aut quantum aut quale: aut ubi. Naturales autem generationes eæ sunt: quæ a natura proficiscuntur. id uero ex quo fiunt materies est: & id a quo fiunt aliquid est eorum,

quæ natura constant. Ipsum autem aliquid homo: aut planta: aut aliquid quippiam talium est: quæ quidem maxime substantias dicimus esse. Vniuersa præterea, quæ aut arte, aut natura fiunt: materiam habent: esse enim, & non esse quodque ipsorum potest: quod quidem a materia proficiscitur quæ in singulis inest. Vniuersaliter autem & id ex quo: id quo natura est.

Id enim quod fit naturam habet: ut planta, animal, & similia. Et id etiam a quo ipsa inquam natura quæ per formam dicitur: quæ quidem eiusdem est speciei: atque hæc est in alio. Homo enim hominem generat. Hoc igitur modo fiunt ea, quæ per naturam fiunt ac oriuntur. Cæteræ uero generationes effectiones dicuntur. Atque omnes effectiones, aut ab arte aut a potentia, aut a mente proficiscuntur. Harum autem quædam & a casu fiunt, atque fortuna: perinde atque in hisce quæ a natura fiunt.

Et illic enim nonnulla eadem ex semine, & sine semine fiunt: sed de hisce quidem posterius est considerandum. Ab arte autem ea fiunt: quorum forma in anima est. Atq; formam dico quiditatem cuiusque, substantiamque primam. Etenim contrariorum quodam modo forma eadem est. Ipsa nanque opposita substantia priuationis substantia est, ut sanitas morbi. Illius enim est absentia ipse morbus. Sanitas autem est ea ratio: quæ est in anima scientiaque: atque sanum efficitur: cum sanitatis artifex hoc intellexerit modo: cum hoc sit sanitas: si futurum sit sanum, hoc esse necesse est, uelut æqualitatem.

Quod si hæc efficienda est, caliditas oriatur oportet: & hoc pacto semper intelligit: quouisque ad id ultimum accedatur: quod ipse facere potest. Deinde ea iam motio quæ ab hoc incipit: effectio nuncupatur: quia ad consequendam ualitudinem itur.

Quare fit ut ex sanitate quodammodo sanitas: & ex domo domus: ex ea quæ est absque materia ea quæ habet materiam oriatur. Facultas enim medendi, atque ars extruendarum ædium, ipsa est forma sanitatis, ac domus, atque substantiam: sine materia dico rationum ipsam & quiditatem. Rationum autem motionumue alia itellectio alia affectio nuncupatur. Nam ea quidem quæ a principio formaque incipit, intellectio appellatur: ea uero quæ ab intellectionis ultimo incipit, effectio nuncupatur. Similiter & unumquodque mediorum fieri solet: nam si sanabitur ad æqualitatem redigatur oportet.

Quid igitur hoc est, hoc: atque est potentia hoc. Hoc autem iam in potestate ipsius medici collocatur. Id igitur quod facit: & unde incipit motio, qua ad ualitudinē itur: si p artē qdē facit: forma est ea pfecto q̄ est in aīa: sin casu ab eo incipiet: qd' tādē faciēdi pricipiū est ei, qd' arte facit: quēadmodū & in medēdo fortasse a caliditatis īpressiōe pricipiū sumit: hoc aūt facit fricatione. Caliditatis igit' quæ est in corpe facta, sanitatis est

pars:aut ipsam aliquid sequitur tale:quod sanitatis est pars::aut statim:aut per plura: hoc autem est ultimum quod sanitatis efficit partem. Atque ut ibi caliditas, aut aliquid quod ipsam sequitur:sanitatis est pars:sic & lapides domus, & alia aliorum sunt partes. Quare quemadmodum dicitur impossibile est quicquam fieri: si nihil est prius.

Patet igitur partem aliquam necessario eorum quæ fiunt esse. Materia nanque pars est:quippe cum insit & fiat:& aliquid item eorum quæ in ratione sumuntur. Vtroque enim modo circulum æneum dicimus quid est: & materiam dicentes æs in quam:& formam talem inquam figuram. Atque hoc est genus in quo ponitur primo. Aeneus uero circulus in ratione materiam habet. Atqui quædam cum orta sunt, non illud dicuntur ex quo:ut ex materia fiunt:sed illiusmodi, ceu statua non lapis, sed lapidea dicitur. Homo autem sanus non dicitur illud ex quo factus est sanus. Atque causa hæc esse uidetur:ex priuatione nanque fiunt atque subiecto:quod quidem materiā dicimus:uelut & homo & ægrotans fit sanus: magis tamen ex priuatione fieri dicitur: ut ex ægrotante magis quam ex homine sanus. Quapropter sanus ægrotans quidem non dicitur:homo autem dicitur, homoque sanus. Quorum autē priuatio manifesta non est:& nomine caret. ut in ære cuiusque figuræ:aut in lateribus lignisue domus: ea ex hisce fieri ut illic ex ægrotante uidentur. Quapropter ut illic non id ex quo fit dicitur:sic & hic statua non lignum, non æs, non lapis:sed lignæa deriuatiuæ, ænea, lapidea:& domus itidem non lateres, sed lateritia dicit. Nam si quispiam diligenter exacteque inspexerit:non utique simpliciter dixerit ex ligno statuam fieri, aut ex lateribus domum:propterea quod mutetur id ex quo quippiam fit:sed nō maneat sane oportet:propter hoc igitur isto dicitur modo.

Capitulum octauum.



Cum autem id quod fit ab aliquo generetur: hoc autem id esse dico unde est principium generationis: & ex aliquo:quod quidem non ut priuatio sumatur, sed ut materia. Iam enim determinatum est quo istud dicimus modo:& aliquid etiam fit. Atque hoc:aut spæra est:aut circulus:aut quoduis cæterorum: id profecto unde est principium generationis:ut neque subiectum, æs inquam ipsum: sic neque spæram nisi per accidens facit:ex eo sane quia spæra ænea, spæra est, sed illā facit, æneam inquam speram. Nam hoc aliquid facere est hoc aliquid facere: ex eo quod est omnino subiectum. Dico autem æs rotundum facere non rotundum facere aut sperā: sed aliud quippiam, uelut hanc in alio formā. Sin enim facit, ex quodā alio facit:hoc eni supponebat: ueluti æneā spærā facit:hoc aūt ita facit, ut ex hoc: qđ qui-

dem est æs: hoc faciat quod quidem est spæra. Si igitur hoc ipsum faciat: identidem profecto faciet uti patet: & generationes ipsæ in infinitum proficiscentur. Patet ergo neque speciem fieri: si hoc aut alio nomine eam formam quæ est ĩ re sensibili nuncupare oporteat: neque generationem ipsius esse, neque hanc esse etiam quiditatem. Hæc enim est id quod in alio: aut ab arte: aut a natura: aut a potentia fit. Facit autẽ spæram æneam esse: nam ex ære speraque facit: In hoc enim hãc efficit formam: atque hoc est ænea spære. Si uero ipsius esse spæræ omnino sit generatio: quippiam e quopiam erit. Id enim quod fit, esse diuisibile oportebit: ac aliud hoc: aliud hoc esse aliud: inquã materiam: aliud formam. Quod si spæra æqualis e medio sit figura: huius aliud id erit in quo id erit: quod efficiens facit in ipso. Aliud id quod erit in illo. Totum autẽ id erit quod est effectum: uelut ænea spæra. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt: id quidem non fieri, quod ut forma, aut ut substantia dicitur: concursum autem qui per hãc dicitur fieri: & in omni re generata materiam esse: atque hoc quidem materiam, hoc autem formam esse. Est ne igitur præter has aliqua spæra: aut præter lateritias domos aliqua alia domus: an si sic esse nunquam hoc aliquid esset ortum. Sed hoc quidẽ tale significat: definitumque non est. Id autem quod producit: ex hoc efficit atque generat tale: quod cum fuerit ortum, est hoc tale: totumque hoc callias est aut socrates: perinde atque hæc est ænea spæra: homo uero ac animal, ut ænea spæra omnino. Patet ergo formas ipsas ut quidam dicere formas consueuere: si sint præter singularia quædã: non utiles ad generationes, atque ad producendas substantias esse, neq; ob hæc ipsas separatas in ratione rerum substantias esse ponendas. In quibusdam enim & luce clarius extat: id quod generat tale quidem esse quale est id quod ab ipso producitur. Non tamen numero: sed spem idem: ac unum: ut in ipsis naturalibus constat. Homo nanq; hominem generat, & equus equum: nisi præter naturam quippiam fiat: ut fit cũ equus generat mulum. Atque hæc etiam similem subeunt legem: id enim quod commune est equo ac asino: propinquissimum inquam genus nomine caret: fortasse autem ambo sunt, ueluti mulus. Quare patet non opus esse formam exemplar extruere. In his enim maxime formæ inquirentur, atque utiles essent: quippe cum hæ maxime substantiæ sint. Sed id quod generat, sufficiens sane productionis est causa: & ut in materia sit ipsa forma. Tota autem iam talis in hisce carnibus, atque ossibus forma socrates est & callias. Quæ quidem diuersa est ob materiam: & enim diuersa: eadem autem specie: qppe cum ipsa forma indiuidua sit ut patet.

Capitulum nonum.



Vbitauerit autem non iniuria quispiam cur quædam fiunt & arte, atque etiam casu, ut sanitas: quædam non fiunt: ut domus. Atque causa huius hæc esse uidetur. Materiæ nanque quæ princeps est generationis:

ut efficiatur, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiscũtur: in qua pars est aliqua rei: alia talis est, ut a seipsa moueatur, alia talis non est: & huius alia hoc modo moueri potest, alia non potest. Complura nanque moueri quidem a seipsis possunt: at non hoc pacto uelut saltare. Quia igitur sunt & quorum materia talis est ut sic moueri non possit, nisi ab alio, quales sunt lapides, atque ignis: & quorum materia talis est ut sic moueri possit. Ideo alia non erunt sine eo, qui artem habet: possunt autem ipsa, aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte moueri. Patet autẽ ex hisce quæ diximus & uniuersa quodammodo: si non per accidens fiant, ex eo quod est eiusdem nomiminis ratio nisque fieri, ut res naturales. Aut aliqua ex parte tali: ut domus ex domo: aut a mente. Est enim ars ipsa forma: aut ex parte: aut ex habente aliquam partem. Causa enim faciendi pars est prima per se. Nam caliditas quæ est in motione: caliditatem in corpore fecit: hæc autem sanitas est: aut pars sanitatis: aut ipsam pars sanitatis aliqua, aut ipsa sanitas sequitur. Quapropter & facere dicitur: quia illud sanitatem facit: caliditas in, quam ipsa. Cui accidit atque sequitur ualitudo. Quare ut in ratiocinationibus substantia principium omnium est. Nam ex ipso quid est ratiocinationes proficiscuntur: sic sunt hic generationes. Simili modo res sese habet & in hisce quæ natura constant. Semen enim perinde atque artifex facit: habet enim potentia ipsam formam: & id a quo est semen uniuocum est quodammodo, nisi ipsum ortum sit lesum. Quocirca non ex mulo nascitur mulus. Non enim ita omnia sunt flagitanda: ut ex homine nascitur homo: etenim ex uiro mulier oritur. Atqui quorum materies ut ibi & a seipsa ea motu moueri potest, quo semen mouet: ea a casu fiunt. Quorum uero non potest, ea nullo alio modo quam ex generationibus fieri possunt. At uero iã dicta non de substantia sola formam non fieri declarat: sed communis est de omnibus similiter primis: ut de qualitate: de quantitate: cæterisque prædicamentis Nam ut ænea spæra fit, sed non spæra: nec æs: & in ære eodem modo si fit. Semper enim materiam antecedere formamque oportet: sic & in ipso quid: & in quanto: & quali fit. Cæterisq; prædicamentis simili modo. Non enim fit ipsum quale: sed quale lignum: neque quantũ, sed quantum aut animal aut lignum. Verum hoc ex hisce proprium sumi substantiæ potest. Semper enim aliam præcedere substantiam actu. Quæ quidem facit necesse ẽ: uelut animal si animal nasci tur. Quale autem aut quantum non necesse est actu præcedere, nisi potentia solum.

Capitulum decimum.



Vm autem omnis diffinitio ratio sit: & omnis ratio partes habeat: atque ut ad rem sese habet ratio sic & pars rationis sese habeat ad rei partem. Dubitatur iam utrum partium rationem in totius ratione inesse, ac non inesse oporteat. In quibusdam enim inesse, in quibusdam non inesse uidetur. Ratio

nanq; circuli partium rationem nō habet:at syllabæ ratio rationē habet elementorum: circulus tamē suas in partes:perinde atq; syllaba in elementa diuitur. Præterea si ps prior est toto:& recti anguli pars est acutus & digitus animalis prior utique recto acutus angulus & homine digitus erit. Videntur tamē illa eē priora. Ratione.n.ex illis sane dicuntur:& insuper sine ipsis esse uidentur. An pars multis dicitur modis. Atque uno modo ea pars dicitur:quæ quantitate mensurat. Verū hæc omittatur:sed hoc est considerandum:ex quibus ut partibus constātia cōstat. Si igitur quoddā est materia qddā forma quoddā ex hisce cōstans:& materia & forma:& id qđ ex utrisq; cōstat substantia est. Partim & materia pars quiuspiā dicitur:partim nō dicit:sed ea ex quibus rō formæ constat:ueluti caro pars quidē cōcauitatis non est:hæc ē enim materies ī qua fit. Similiter aūt qdā est pars:æs etiam totius quidē statuæ pars est:eius autem qđ ut forma dicitur statua non est:dicenda est enim ipsa forma:& formam quæque res hēt:sed materiale nunq̄ per se est dicendum. Quapropter circuli quidem ratio frustroꝶ rōnē nō habet: at syllabæ rōnem habent elementorum. Elemēta enim orationis partes sunt formæ:sed non materies. Frustra aūt circuli sic sunt partes:aut materies ī qua circulus fit: propinquiora tamē sunt formæ:q̄ æs cum rotūditas in ære fuerit orta:atqui neq; elemēta omnia aliqua ex parte in syllabæ inerunt ratione ut hæc cerea aut ea quæ sunt ī ære. Iam enim & hæc partes sunt syllabæ:ut materia sensibilis sane:etenim non si linea cum in dimidia:aut homo cum ī ossa neruos carnesq; diuiditur corrumpat. Propterea & ex his ut ex substantiæ partibus constat:sed ut ex materia tātū atq; totius quidem illa sunt partes:formæ aūt ac eius cuius est rō:non sunt partes:iccirco neq; in ipsis rationibus insunt. In quibusdam igit rationibus huiuscemodi partium ratio inerit:quibusdam uero non inesse ipsam oportet:nisi sit ipsius ratio simus sumpti. Propter hoc.n. nonnulla quidem ex hisce sunt ut principiis in quæ corrumpuntur. Nōnulla aūt non sunt. Quæ igitur simul sumpta forma sunt & materies:ut simum aut æneus circulus: ea in hæc corrumpunt:& ipsoꝶ pars est materia. Quæ uero non simul sunt cum materia sed sine materia sumpta ut rōnes ipsius formæ dūtaxat:ea non corrūpuntur:aut oino:aut non saltem hoc pacto. Quare illorum quidē hæc principia sunt & partes:formæ autem ipsius neq; principia sunt neq; partes:& propterea statua lutea in lutum & spera in æs: & callias in carnem ossaq; corrūpitur:& insuper circulus sua in frustra. Est enim quippiam quod cum materia simul est sumptum:æquiuoce nanq; dicitur circulus: & q simpliciter dicitur & ipsi singuli:ꝑpterea q ipsi singuli ꝑprio nomine carent. Dictum est igitur & nunc ipsum ueꝝ:attamen quibusdam repetitis dilucidius dicamus oportet. Quæ nanq; rōnis sunt partes & ī quas rō ipsa diuiditur: eæ sane aut oēs aut aliq̄ sunt priores. Nō aūt anguli recti rō in rationē acuti:Sed acuti rō in rectum diuiditur. Qui nanq; acutum diffinit:utitur recto:acutus enim minor est recto. Similiter circulus & semicirculus sese habere uidetur. Semicirculus.n.circulo diffinitur:& digitus etiam toto:digitus.n.talis est hominis pars. Quare partium eæ quidem q̄ ut materia sunt:& in quas ut in materiam totum diuiditur:posteriores sunt sane: Eæ uero quæ ut cōis ipsius eiusq; substantiæ quæ rōni accomodat sunt partes:aut oēs sunt aut nonnullæ priores. Cū aūt aialium anima sit forma ipsoꝶ id est.n.substantia animātis:q substātia ē ad rōnem accomodata:& forma atq; qditas corporis talis. Nā pars uniuscuiusq; si recte diffiniat non sine munere officioq; diffiniet: qđ qdē ei non cōpetet absq; sensu: huius ꝑfecto partes aut oēs aut qdam ipso toto priores sunt animali: & in singulis simili modo. Corpus autem eiusque partes hac posteriores substantia sunt:& in has ut in mate-

riā nō ſubſtātia ſane ſed totū ipſum diuidit̄.hæ igit̄ tū priores tū non priores ſunt ipſo toto.cum ſeparant̄.n.nequeunt eſſe:non.n.qui quouis mō ſeſe habet digitus eſt anima lis:ſed qui mortuus eſt noīe tātū non rōne digitus eſt.Nōnullæ aūt una cū ipſo pereūt toto:quæ quidē præcipuæ partes ſunt.eaq; maxime:i qua rō ipſa ſubſtātiaq; iſidet primo:ſi illa cor aut cerebrū ſit.Nihil.n.refert hoc:an illud rōnem ſubeat talē: homo uero & equus & iſtiuſmodi cætera in ipſis ſunt ſingulis.Vniuerſalis aūt non eſt ſubſtantia:ſed quoddā totū ex hac ratiōe atq; hac materia ē ut uniuerſale.Singulare uero iam ipſe Socrates ex materia eſt extrema & in cæteris ſimili mō.Eſt igit̄ & formæ pars ipſius iquā qditatis perīde atq; ipſius quoq; totius:qđ quidem ex forma atq; ipſa materia conſtat.Sed formæ ptes rōnis ſunt ſolū partes:ratio uero eſt ipſum uniuerſale.Eſſe nāq; circuli atq; circulus:& aīæ atq; aīa idem eſt.Ipſius uero iam totius huius ut circu li huius & ſingulariū oīno:aut ſenſibilium aut intelligibilinm.Atq; intelligibiles qdē: mathematicos ipſos dico:ſenſibiles aūt æneos:ligneoſue:nō eſt diffinitio:ſed mente cognoſcunt̄ uel ſenſu.Quod ſi ab actu receſſerint:nō ſane patet ſi ſint nec ne:ſed uniuerſali rōne ſemper dicuntur ac cognoſcuntur.Materia uero per ſe ē ignota:atq; materia alia eſt ſenſibilis alia itelligibilis.Senſibilis ut æs lignum:& quæ eſt materia mobilis. Intelligibilis quæ in ſenſibilibus ineſt:non ut ſenſibilia ſunt:ut ipſæ res mathematicæ.

Quo igit̄ de toto ac parte res ſeſe habet:& de priore poſterioreue:ſatis iā explicaui mus.Ad interrogationem autem cum quiſpiam interrogauerit utrnm ſit prius rectus ne & circulus atq; animal:an partes ex quibus conſtat:& in quas quedq; diuiditur:nō ſimpliciter reſpōdendum:nam ſi anima ſit animal aut animās aut cuiuſq; unūquodque:& circulus circuli eſſe & rectus itidē:eē atq; ſubſtātia recti aliqua pars:atq; aliquo toto poſterius eſt dicēda:ut illa q̄ ē ipſius ſingularis atq; aliquo recto.Etenī eſt rectus: & hiſce qui ēſt æneus atq; materiæ particeps:& etiam qui ex lineis ſingularibus cōſtat. At hiſce qui eſt expers materiæ:poſterior quidem rationis:prior aūt ſingularibus partibus eſt dicēdus.Simpliciter aūt nō ē dicēdus.Sin uero anima ſit diuerſa & nō ſit animal:hoc quoq; pacto aliæ partes:priores aliæ nō priores dicende ſunt uti diximus.

Capitulum undecimum.

Dubitatur etiam non iniuria:quæ non ſint ipſius formæ & quæ nō formæ:ſed ipſius ſimul ſumpti partes.Atque ſi hoc non ſit manifeſtum:fieri non poteſt ut quæque diffiniatur.Vniuerſalis enim ipſius & formæ eſt diffinitio.Si igit̄ manifeſtum non ſit quænam partium ſubeunt:& quæ non ſubeunt materiæ rationem: neque ratio ipſius rei profecto patebit:Quæ igitur in diuerſis ſpecie fiunt:ut circulus in ære lapide atque ligno:ea manifeſta eſſe uidentur.Neque enī æs neque lapis ſubſtantiæ quicq̄ eſt circuli:propterea quod ſeparatur ab ipſis:quæ uero non cernuntur ſe iungi:ea perinde ſeſe habere ut illa nihil prohibere uidetur.Fit enim perinde atq; ſi circuli oēs ænei cernerentur.Non enim æs ob hoc magis formæ pars eſſet.Hæc tamen ipſa difficile eſt excipere mente.Hominis enim forma in carnibus oſſibus talibuſue partibus cōſiſtere ſemper uidetur.Sunt ne igitur hæc formæ rationiſue partes.An nō ſunt ſed materia.Verū quia nō & in aliis ineſt iccirco ſeparare nō poſſumus.Quoniam autem hoc quidem fieri poſſe uidetur.obſcurum autem eſt quando fieri poteſt. Dubitare quidam & in circulo & triangulo iam uidentur:atq; innuere nō oportere lineis atque continuo diffiniri:ſed uniuerſa perinde hæc dici atque hominis carnes oſſaue dicuntur:& circuli etiam æs & lapis.Atque i numeros uniuerſa reducunt̄:& lineæ ratio nē duoꝝ rationem inquiunt eſſe.Eorū etiam qui dicunt ideas eſſe:quidam dualitatem

inquiunt ipsam lineam esse:quidā ipsam lineæ formam:in quibusdā enim idem idē eē aiunt formā:& id cuius est forma:ut dualitatem formamq; dualitatis:in linea uero non ita esse. Accidit igit̄ formā unam multorum esse: quorum species diuersa esse uidetur: quod quidem & pithagoricis accidebat:& insuper fieri potest:ut cæteris inde extrusis una oium tātū forma efficiatur:& tamē hoc pacto oia unū erunt. Ea igitur quæ ad diffinitiones attinent dubitationem habere / & quā ob cām satis iam diximus. Quapropter & oia hoc pacto reducere / atq; materiam auferre superuacaneum eē uidet̄. Quædam enim forsitan hoc in hoc sunt: aut hæc ita sese habentia: atq; illa comparatio de animali: quam iunior Socrates dicere consueuit: non: recte sese habet profecto. A ueritate enim abducit / existimareq; facit fieri posse: ut homo sit sine partibus / perinde atque sine ære circulus esse potest: hoc autem nō est simile. Animal.n.fortasse sensibile quiddā est: & nō fit ut sine motu / atq; ob hoc sine suis partibus definito sese habentibus modo diffiniatur. Non enim quæuis manus pars hominis est: sed ea quæ manus officium efficere potest. Quare pars est: si animæ particeps sit: non pars si eiusdem sit expers. Circa uero mathematica cur rationes non sunt rationum partes: ipsi semicirculi circuli. Non enim sensibiles sunt. An nihil refert: Erit.n. & non sensibilium quorundam sane materies: eiusque omnis quod non est quiditas & per seipsum forma: sed hoc aliquid. nō igit̄ uniuersalis circuli: sed singularium hi partes erunt: ut antea diximus. Est enim materies: alia sensibilis / alia intelligibilis. Patet autem & animam quidem substātiam primā: corpus autem materiam esse. Hominem uero ut animal id quod ex utrisque constat: ipsum inquam uniuersale. At Socrates aut coriscus si anima sit duplex est. Quidā eni ut animam dicent: quidam ut totum. Sin simpliciter hæc anima sit / atque hoc corpus: ut uniuersale sese habet / sic & singulare sese habet. Vtrum autē præter materies & substantias tales aliqua quædam substantia sit: quærereq; substantiam aliā quādam oporteat: ut numeros / aut aliquid tale / posterius consideremus oportet. Huiusce enim gratia de sensibilibus etiam substantiis enitimur definire. nam facultatis naturalis / secūdæque philosophiæ officium est aliquo modo ea contemplatio: quæ circa sustantias sensui subiectas uersatur: non enim de materia solum / sed de sustantia etiam quæ ad rationem accomodatur: ac magis philosophum cognoscere naturalem oportet. De diffinitionibus etiam quonam pacto partes sunt ea / quæ in ratione sumuntur: & cur diffinitio una sit ratio: patet enim ipsam rem unum esse: & rem partes habentem unū quippiam esse / posterius considerandum esse uidetur. Dictum est igitur uniuersaliter de quiditate quid nam sit / & quo pacto per se est: & cur quorundam ipsa ratio quiditatis habet rei quæ diffinitur partes: quorūdā non habet. Et in substantiæ quidem ratione partes eas quæ ut materia sunt non inesse: neq; enim illius substantiæ: sed totius sunt partes: atque huius partim est ratio: partim non est: cum materia nanq; non est. Non enim est difinitum: per primam aūt substantiam est: ceu hominis est ipsa ratio animæ. Substantia enim est ea forma quæ inest: ex qua & materia ipsa tota substantia dicitur esse: ueluti concauitas: ex hac enim nasoq; nasus simus / & simitas est. Bis enim in istis inerit nasus. In tota uero substantia / ut in naso simo atq; callia & ipsa materia iest. Dictum est insuper quiditatē & unumquodq; idem in quibusdam esse: ut i substantiis primis: ceu curuitatem & curuitatis esse: si ipsa sit prima. Atq; primam eam dico: quæ non ex eo dicitur: quia aliud i alio inest: & in subiecto uelut materia. Quæ uero sunt ut materia: aut ut simul cum materia sumpta in hisce non esse idem: neq; per accidens unum: ut Socrates musicumque. Hæc enim eadem per accidens sunt.

Capitulum duodecimum.


Vnc autem primum id dicamus oportet: quod in resolutiuis de diffinitione non diximus. Ea nanq dubitatio quæ ibi non pertractata est, ad ea sane quæ nunc de substantia dicimus accomodatur, uehemẽterque conducit. Dico autem hanc dubitationem: propter quid res diffinienda est unum: cuius rationem diffinitionem dicimus esse: ut hominis hoc, animal inquã bipes. Sit enim ipsius hæc ratio: propter quid igitur hoc unum est, sed non plura: animal & bipes: homo enim & album multa quidem sunt: cum alterum alteri non inest. Sed cum inest, atque subiectum id ẽ homo albedine est affectum, est unum: tunc enim unum fit, atque est albus homo. Hic autẽ alterum alterius non est particeps. Genus enim non particeps differentiarum esse uidetur. Idem enim contrariorũ simul perticeps esse. Quippie cũ differentiæ sint cõtrariæ: quibus differt genus. Quod si & est particeps: eadem erit rõ: si differentiæ plures sint: ut gressibile bipes expers alaꝝ. Cur enim hæc unum sunt, sed non plura. Non enim propterea sunt unum qđ insunt. hoc enim pacto ex omnibus erit unum. Sinautẽ unum oportet ea esse, quæ in ipsa sunt difinitione. Diffinitio nanq ratio quædam est una, substantiaue. Quare uniuscuiusq ipsam rationem esse oportet. Etenim substantia unum quid, atq hoc aliquid significat uti dicimus. Atqui primum de diffinitionibus per diuisionis conficiendis considerare oportet: nihil enim aliud in diffinitione esse uideť: nisi id quod primo dicitur genus, & differentiæ ipsæ. Cetera uero genera sunt: primũ inquam & differentiæ sumptæ cũ illo: ueluti primum qdẽ genus est animal: heret aũt animal bipes: & post hoc rursus est animal bipes expers alarum. Similis erit ratio & si per plura dicatur. Omnino enim nihil interest per multa a p pauca dicatur. Quare neq & si per pauca etiã duo dicatur: ubi alterũ erit differentia: alterũ genus: uelut huius animal bipes, animal quidem est genus: alterum uero ẽ differentia. Si igitur genus absolute non est præter ea quæ sunt ut generis species: aut si est quidem: est autẽ ut materies: etenĩ uox quidẽ genus ẽ & materia: differẽtiæ uero ipsas species elemẽtaq ex ipsa conficiunt: patet diffinitionem rõnem eam esse quæ ex differentiis constat. At uero differẽtia ẽt ĩ differẽtiam diuidať oportet: ceu differentia est animalis pedes habere. Rursus igitur animalis pedes habentis, ut pedes hẽt differẽtia percipiatur oportet. Quare non est dicendum habentis pedes, aliud particeps alarum, aliud expers eẽ: si dicere qspiam recte uelit. At faciet hoc: si diuidere accomodate non possit. Sed hoc pacto dicať oportet: aliud sectos pedes, aliud non sectos habere. Hæc enim ad pedem accomodata est differentia. Quippe cũ pedum sectio quædam sit, ut patet differentia pedis. Atque hoc pacto semper proficiscendum est, quousq ad ea perueniatur quæ differentia carent. Ac tot species tunc pedis emergẽt, animaliaque pedes habẽtia: quot sunt ipsius differentiæ pedis. Quæ cum ita sint: patet ultimam differẽtiã substantiã rei, diffinitionẽ, que eẽ: si non oporteat sæpe eadem in diffinitionibus dicere: est .n. superuacaneũ sane: atq idipsum accidere sane uidetur. Cum .n. dicit animal pedes habẽs bipes: nihil aliud dicit q̃ animal pedes habens, duos habẽs pedes: & si hoc diuisione diuidat sua: persæpe idem dicet: & totiens porro quot sunt differentiæ ipsæ. Si igiť differentia differentiæ fiat: una erit: ipsa inquã ultima species ipsa, atq substantia rei. Sin uero per accidens diuisio fuerit: ueluti si pedes habentis aliud album esse dixerit: aliud nigrũ: tot differentiæ nimirum quot sunt diuisiones emergent. Quare patet diffinitiõem eã esse rationẽ: quæ ex differentiis cõstat: atq harũ ex ultima, si diffinire uolumus recte. Dilucidum aũt fuerit: si quispiam ordinẽ huiuscemodi diffinitionũ puerterit: ueluti diffinitionẽ hominis:

minis:animal bipes pedes habens dicendo. Dicto nãque bipede, pedes habẽs superuacaneum esse uidetur: in substantia autem ordo non est: quomodo enim intelligere aliud posterius: aliud prius oportet. Sed de diffinitionibus per diuisionem conficiendis quales quædam sunt; tot primo sint dicta.

Capitulum.xiiii.

CVm autem hæc consideratio de ipsa substantia sit: redeamus rursus oportet: ut subiectum itaque, & quiditas, & quod ex hisce constat substantia dicitur: sic & ipsum uniuersale substantia dici solet: atque de duobus iam diximus: de quiditate inquam, & de subiecto: quod quidem subiici dupliciter asseruimus aut i hoc aliquid, quo pacto affectibus subiicitur animal: aut ut materies actui. Videtur aũt quibusdam & uniuersale causa maxime atque principiũ esse: quapropter & de hoc ipso pertractemus oportet: Impossibile enim esse uñ, quoduis uniuersaliũ substãtiã esse. Primo nanq; substantia cuiusq; rei propria cuiusq; esse uñ: quæ quidẽ ut patet nulli alii inest. Vniuersale aũt est cõmune: id enim uniuersale dicitur: quod pluribus inesse ẽ aptum. Cuius igitur substantia hoc ipsum erit: aut enim omniũ, aut nullius erit: at omnium esse non potest: unius uero si fuerit, & cætera sane hoc erunt: nam aut omnium aut nullius erit profecto. Quoꝝ enim substantia est atq; q̃ditas una: & ipsa ẽt unũ eẽ uidẽtur. Deinde id substantia dr̃: quod de subiecto nõ dr̃. Vniuersale aũt de aliquo subiecto dr̃ sẽp. At hoc ne pacto nõ põt: ut quiditas in ipso aũt inest: ceu aial ipsum in hoie atq; equo: igitur patet ipsius rõnẽ aliquã esse: nihil aũt refert: & si nõ oium est ratio, quæ in substantia sunt. Non enim minus substantia cuiuspiam hoc erit: ut ipse homo hominis in quo inest. Quare idem eueniet rursus: erit.n. illius substãtia: ceu aial ipsum eius speciei, in qua ut ꝓpriũ inest. Præterea & impossibile atq; absurdũ eẽ uidebit̃: ipsum hoc: & substãtiã: si ex q̃busdã constet: nõ ex substantiis neq; ex eo quod est hoc aliquid: sed ex quale esse atq; cõstare. Erit enim ꝑfecto non substantia atq; quale, substantia: & eo q̃d est hoc aliq̃d prius: q̃d quidẽ fieri nequit: neq; eni rõe. neq; tpe: neq; generatiõe affectus priores substantia esse possunt. Erunt enim separabiles sane. Propterea socrati qui quidem est substantia: substantia erit uti patet: quare duabus substantiis socrates substantia erit. Omnino autem accidit si homo substantia sit: & ea quæ hoc pacto dicũtur: nihil eorum quæ in rationibus sunt substantiam esse cuiusque neq; seorsum esse ab ipsis: neq; in alio esse. Veluti non esse aial quicq̃ præter aialia singula: neq; aliud quicq̃ eoꝝ quæ in rõnibus insunt. Ex his igit̃ patet nihil eoꝝ quæ uniuersaliter cõpetũt substãtiam esse: & nihil eoꝝ quæ cõmuniter prædicant̃ hoc aliquid, sed quale significare. Alioquin aliaq; complura accident: & ipse tertius homo. Insuper & hoc pacto dilucidum esse uidetur. Impossibile est enim ex substãtiis quæ hoc insunt pacto, ut sint actu: substantiam unq̃ constare: ea.n. quæ ita sunt actu duo: nũq; actu sunt unũ: sed si potentia duo sunt, erit unũ: ueluti duplũ ipsum ex duobus dimiis potẽtia cõstat. Actus enim nimiꝝ separat. Quare si substantia sit unũ: nõ ex substãtiis sane cõstabit: eoq; mõ quẽ recte Democritus dicit: fieri enim nõ posse dicit: ut ex duobus unũ: aut ex uno duo conficiantur. Ipsas enim magnitudines indiuiduas substantias esse senset. Patet igitur & in numero rẽ simili mõ sese hr̃e. si numerus unitatũ sit composito. ut a quibusdam asserit̃. Aut enim dualitas unum non est: aut in ipsa non inest unitas actu. At enim id quod emergit dubitationem habere uidet̃. Nã si neq; ex uniuersalibus ulla substantia eẽ põt propterea quod non hoc aliquid uniuersale ipsum: sed quale significat. Neq; fieri põt: ut ex actu substantiis ulla cõposita substantia cõstet: ois ꝑfecto substantia incomposita,

&

erit. Quare neq; rō ullius erit substantiæ prorsus. At oīs esse uñ. Nosq; iā dudū aut solius substantiæ aut maxime ipsius diffinitionē diximus esse. Nūc uero neq; ipsius eē cōclusimus. ergo nullius nulla prorsus diffinitio erit. An mō quodam erit. modo quodam nō erit. Verum id quod dicitur ex his quæ posterius dicent magis emerget ac patefiet.

Capitulum. xiiii.

AT qui patet ex ipsis id quod accidit & hisce q dicūt ideas substantias separatas eē: & simul formā ipsam ex genere drīisq; cōficiunt. Nam si sint formæ: & animal in hoie sit atq; equo: aut est unū idēq; nūero aut diuersum. Ratione. n. patet unū idemq; esse. Qui nāque in utroque ipsum diffiniet: eādem rationē utiq; assignabit. Si igit̄ ē quispiā hō p seipsum hoc aliqd separatū & ea sane ex quibus cōstat: ut aial atq; bipes: hoc aliqd significare & separata substantiasq; esse necesse est: q̄re & aial ipsū. Si igit̄ ipsum aial idē est & in hoie & in equo peride atq; tu ipse idē ē qđ tu ipse: quod nā pacto id erit qđ inest in hisce quæ sunt seorsum. Et cur ipsum aial non & a seipso seorsum erit. Deide si bipedis quidē multipedisq; pticeps sit: ipossibile qd euenire uidet̄. Ipsi nāq; qđ quidē unū atq; hoc aliqd est cōtraria inerūt simul. Sin uero nō ita sit: quisnam est modus: cū ipsum aial bipes esse aut gressibile dr̄. At cōponuntur ne fortasse aut tangunt aut sunt mixta. At oia sunt absurda. At in unoquoque ne aliud inest. Igitur ut breuibus dicam infinita erunt: ea quorum animal substātia est. Nō enim homo ex animali p accidēs constat. præterea ipsum animal plura erit. Est enim substātia id animal: quod unicuiq; inest. Non. n. per aliud dicitur. Quod in ita sit: ex illo homo constabit: & illud genus ipsius erit. Et insuper omnia ex quibus homo constat erunt ideæ. Igitur non huius qdē idea: illius autem substātia erit: qppe cū idipsum fieri nequeat. Vnūqđque igit̄ aialiū quæ aialibus insunt: ipsum aial erit atq; idea. Præterea ex aliquo pfecto hoc erit: & quonā pacto ex ipso erit aiali. Aut q fieri pōt ut hoc ipsum aial substātia sit præter aial ipsum: præterea isensibilibus hæc eadē euenire: & his absurdiora uidentur. Qđ si nequeūt hæc ita sese hr̄e: patet ipsorum non ita esse ideā: ut quidā inquiunt esse.

Capitulum. xv.

CVm autem substantia sit diuersa: totū ipsum: & rō: atq; illa substātia rō sit cum materia simul sūpta: hæc uero rō tamē. Quæ quidē illo pacto dicuntur: earū ē nimirum corruptio: ipsarū enim est generatio. Rationis aūt non est hoc pacto ut corrumpatur: neq; enim est generatio. non. n. fit esse domus: sed huius domus sed sine generatione corruptioneque sunt: & non sunt. Demonstratum est enim neminem hæc generare: ac facere. Atq; substātiarū pptere sensibiliū: quæ qdē sunt singulares: nec diffinitio est nec demōstratio: q materiā habēt: cuius natura est talis ut esse atq; nō eē possit. Quapp oia singularia: istiusmodi subeūt corruptionē: ut patet. Qđ si demōstratio necessariorū ē: & diffinitio ad sciētiā attinet: fieriq; non pōtnt aut demōstratio aut diffō sit eius qđ aliter sese hr̄e pōt: sed est dūtaxat opinio. Queadmodū neq; scia: interdum scia interdum ignoratio esse pōt: sed idipsum ē opinatio: patet neq; diffinitionē neq; demōstrationē ipsorū esse: nō. n. sunt māifesta ea q corrūpunt̄: iis q sciam hēnt: cū nō sunt præsentia sensui. Atq; in aia eæ qdē sunt rōnes: quæ seruant̄: nulla autē ipsorū diffinitio neq; demonstratio erit. Quaobrē cū qspiā singularium quippiā diffinit: nō ignoretur oportet talē semp assignationē tolli: atq; interim posse: fieri. n. neqt ut diffinitio assignetur: at uero neq; ulla idea diffiniri pōt: est. n. ut inquiunt ipsa idea singularis ac separata.

Rationē aūt ex nominibus constare necesse est. At q diffinit: non faciet nomen: erit enim ignotū. Ea uero quæ sunt posita: cōia cūctis sunt. Et aliis ergo competāt ista necesf

se est:ueluti si & quispiam diffinierit aial:dicet gracile:aut albũ:aut aliud qppiam: qđ & alii cõpetet. Si uero quispiã nihil phibere dixerit:seorsum quidẽ oia multis: simul ãt huic soli cõpetere. Dicendum est primo quidẽ ipsum aial bipes:& ambobus aiali iquã bipediq; cõpetere. Atq; hoc iperpetuis.& necesse est esse:quia sunt priora & ipsius compositi partes. At sunt ẽt separata: si quidẽ homo est separatũ:aut enim nihil aut utrumque. Si igitur nihil:nõ erit præter species ipsum genus:si uero erit utrũq;:& dria ipsa etiam erit. Deinde quia priora sunt ipso esse. Hæc aũt non econtra tolluntur. Præterea ipsæ ideæ sunt ex ideis:sunt.n.magis ea incomposita ex qbus quippiã constat præterea de multis & illa prædicent oportet:ex qbus ipsa idea cõstat:ut animal atq; bipes. Q đ si nõ prædicent:quonam cognoscent modo. Erit eni quædã idea:q̃ de pluribus q̃ uno impossibile est prædicari:at non uidetur:sed ois idea pticipabilis esse uidet. Vt igit dictũ est. Latet fieri nõ posse ut diffinitio in perpetuis assignet:maxime uero i hisce quæ unica sunt:qualis est sol aut luna. non enim solũ ex eo peccãt quia talia adiunt:qbus sublatis adhuc sol erit: quale est circa terram proficiscens:aut qđ noctu celatur: Si steterit.n. aut si uisus fuerit:non ulterius sol erit. At absurdum uř:si non erit:sol enim substantiam quãdã significat. Præterea sumũt ea quæ de alio ẽt dici pñt:ueluti si alius talis fuerit patet illũ continuo solẽ fore. Rõ ergo illa cõis erit:at singularis ipse sol erat:perinde atq; socrates aut cleon:qđ si rõnes taliũ esse possint. Cur ipsorũ nemo diffinitionẽ affert ideæ: fuerit aũt manifestũ si qspiã afferre aggredietur:uerum id esse quod nunc est dictum.

Capitulum.xvi.

Patet autem & eorũ complura quæ substantia esse uidẽtur potentia esse:ut animalium partes:nulla enim ab istis est separata:Cum uero fuerit separate:tũc etiam sunt ut materia cunctæ & terra & ignis ac aer. Nihil enim ipsorum ẽ unum sed ut cumulus anteaquam digerantur:& unum quippiã ex ipsis emergat. Maxime autem partes animantium atque animæ prope ad hoc accidete quispiam arbitrabit:aut actu sint & potentia propterea quod ab aliquo motus pricipiam in fluxiõibus habent. Q uocirca quædã animaliũ diuisa uiuũt:attamen cuncta potẽtia erũt:cũ unũ sunt continuũq; natura sed nõ ui:aut copulatione:tale.n.est lesum. Q uoniã autẽ ipsum unũ perinde atq; id quod est dř:substantiaq; unius est una:& quorũ est substantia nũero una:ea sunt numero unũ:patet neq; ipsum unũ:neq; id quod est rerũ substantiã esse posse:queadum nec elementi esse principii ue substãtia est euiusq̃. Sed quærimus quodnã sit ipsum principiũ ut ad magis notũ pficiscamur. Horũ igit id quod ẽ ipsum unũ:magis substantia q̃ principium & cã & elementum esse uř:at neq; hæc sunt:siq dẽ neq; aliud qcq̃ cõmune substantia sit. Nulli enim alii substãtia cõpetit:nisi sibiipsi & ei qui habet ipsam cuius sebstantia est. Præterea ipsum unum pluribus in locis simul esse nõ põt:cõe aũt ipsum multis i locis ẽ simul. Q uare patet nihil uniuersaliũ seorsum præter singula esse. Sed qui formas inquiunt esse:partim recte dicunt separãtes ipsas: si quidẽ substãtiæ sint:parti nõ recte:propterea quod ipsam unã formã de pluribus prædicant:& cãm huius hanc esse cõstat. Non enim reddere pñt:quænam sint tales substãtiæ:quæ corruptionẽ nõ subeũt:quæq; sunt præter singulas sensibilesue substantias. Faciunt igitur ipsas ab his quæ occidunt specie non differẽtes: ipsum hominem & ipsum equum. Hæc enim cognoscimus:hanc dictionem ipsum inquam rebus sensibilibus adiungentes. Et tãtũ si etiam stellas non uidissemus:nõ minus ut arbitror præter eas quas nos scimus substantiæ perpetuæ essent. Q uare & nunc & si quænã sint uidere non possumus:esse tantũ aliquas fortasse necesse est. Patet igit neq; quicq̃ eorum q̃ dicunt uni

uersalia substantiam esse:neq; substantia ex substantiis ullam constare.

Capitulum xvii.



Vid autem & quale quid substantiam dicere oporteat:rursus alio quasi principio sumpto dicamus.Ex his enim & de substantia illa fortasse patebit: quæ a sensibilibus substantiis est separata. Cum igitur ipsa substantia principium sit & causa quædam.hinc exordiamur oportet.Q uæritur autem ipsum propter quid hoc semper pacto ꝑpter quid aliquid alicui alii inest.Q uærere.n.cur musicus hõ musicus ē homo:aut ē quærere id qđ' est dictũ ꝑpter qd inquã homo musicus est aut aliud. Q uærere igitur cur ipsum est ipsum:nihil est quærere.Pateat autem iesse atq; eē oportet:ueluti lunã deficere.huius autem cur ipsum ē ipsum una rõ i uniuersis ac una causa est.Cur hõ est homo aut musicus musicus:nisi qspiã dicat qa ad seipsum unũquodque indiuisibile est.hoc autē est ipsius unius esse. Ve℞ hoc cõmune de oibus ē atque breue. Q uesierit aũt quispiã cur hõ est aial tale:Atq; hoc patet illũ nõ quærere cur q ē homo est homo. Ergo aliqd de aliquo quærit cur illi cõpetit.Pateat aũt illud eē oportet : alioquin nihil quærit. Veluti cur tonitat:quare fit in nubibus sonus. Hoc enim pacto aliud est de alio id qđ' quærit':& cur hæc:ceu lateres lapidesq; sunt domus. Cũm igitur illum quærere patet:hæc aũt est ipsa quiditas:ut diferendi modo dicatur:quæ quidem ĩ quibusdã eũ id gratia:cuius cætera fiunt:ut in modo forsitan aut lectica:in qbusdam id quod primo mouit.Est eni & hoc ipsum causa:sed talis quidē causa quæritur:cum res fiunt & corrumpuntur:altera autem & cũ sunt. Latet aũt id quod quæritur in hisce maxime quæ nõ accomodate dicunt':ut homo propter quid est propterea quod simpliciter non definite dicitur hæc aut hoc.Oportet ergo quærere definite:alioquin fiet ut aliquid & nihil quæratur.Cum autem ipsum esse & habere & competere oporteat:patet materiam quærere propter quid est. Veluti cur hæc sunt domus:propter qd hæc sunt: quod erat esse domus:& cur homo est hoc:aut cur corpus hoc habet.Q uare causa materiæ quæritur:hæc autem est forma:qua quippiam est:hæc autem est substantia ipsa. Patet igtur quæstionem in simplicibus non esse nec doctionem : sed aliud eē quæstionis talium modum.Q uoniam autem id quod ex aliquo constat sic est compositum ut uniuersum sit unum:at non uti cumulus sed ut syllaba.Atq; syllaba non est elementa ipsa:neq; est idem quod B & A:neq; caro est ignis ac terra.Dissolutis enim hæc quidem non sunt.Caro inquam ac syllaba.Elementa autem sunt & terra ac ignis.Syllaba profecto est non solum elementa uocalis inquam littera atque muta:sed etiam aliquid aliud:& itidem caro non solum ignis ac terra aut calidum frigidumq;: sed etiam aliqd aliud.Q uod si & illud aut elementum aut ex elementis esse necesse est: Si elementum est:ratio rursus eadem erit:ex hoc enim & igne ac terra & insuper alio caro constabit. Q uare in infinitum proficiscetur. Sin ex elemento est non: ex uno:sed ex pluribus ut patet constabit uel illud ipsum erit profecto.Q uare rursus eandem in hoc & in carne uel syllaba ratoinem dicemus. Videbitur autem esse aliquid hoc:& non elementum & causa:ut hoc quidem sit syllaba: hoc autem caro & in cæteris simili modo. Atque substantia quidem hoc est uniuscuiusque:nã ut quæque res sit:hoc est profecto causa prima.Cum autem quædam rerum non substantiæ sint:sed quæ substãtiæ secundum naturam constant:hæc utique natura substantia quibusdam esse uidebitur:quæ nõ elementum sed principium est.Id autem est elementum in quod res diuiditur insitum:ut materia:quale est syllabæ A ipsum & B.

Aristotelis Liber primæ philosophiæ octauus incipit. Io. Argiropylo interprete.

Capitulum primum.



X his igitur quæ dicta sunt ratiocinemur: summaq; collecta finem ponamus oportet. Dictũ est itaq; substantiarum causas principia elemẽtaue quæri. Substantiarum autem: aliæ ab omnibus in ratione rerũ esse conceduntur: aliæ allatæ a quibusdã propria opinione fuere. Et primæ quidẽ naturales substantiæ sunt: ignis / aquã / terra / cæteraq; simplicia corpora. Deide plantæ partesq; ipsarum: & animalia atq; animalium partes: & tandẽ cœlũ cœliq; ptes. Secũdæ uero formæ & mathematica ipsa. Alias præterea ex rõnibus accidit substantias eẽ: qdditatem inquã: at ipsum subiectũ: Et insup alio mõ genus magis quã species: & uniuersale magis quã singularia substãtia eẽ. Vniuersalis aũt atq; generis & ipsæ ideæ cõditionẽ subeũt. Eadẽ. n. rõne substantiæ esse uidenẽ. At cũ quidditas substantia sit huius uero ratio sit diffinitio: de diffinitione ꝑpterea & de eo qđ est p se diffiniuimus. Cũ difinitio insuper sit ratio: ratio uero ptes habeat: de pte ẽt necessarium erat uidere: quæ sunt substãtiæ: & quæ nõ sunt substãtiæ ptes: & si eædem & diffinitiõis sint ptes. Præterea neq; uniuersale substãtia ẽ / neq; genus. Ac de ideis qdẽ ac mathematicis posterius cõsiderare oportet. Præter. n. sensibiles substantias hæc quidẽ inquiũt esse. Nunc autem de hisce substantiis pertractemus: quas ois eẽ fatenẽ: hæc uero sunt sensibiles ipsæ substãtiæ. Quas quidem materiam uniuersas habere constat. Est aũt ipsum subiectum substantia. Alio quidem modo ipsa materies. Atq; materiã eam dico / quæ non actu hoc aliquid / sed potentia est. Alio uero modo ratio atq; forma: quod quidem est hoc aliquid: atq; separabile ratione. Tertium aũt est id: quod ex hisce cõstat: cuius generatio solius est / atq; corruptio: quodq; simpliciter est separabile. Substantiarũ enim eaꝝ quæ ad rõnem accomodanẽ: quædã separanẽ: quædã nõ separanẽ: Patet aũt & materiam substantiam esse. In uniuersis autem oppositis mutationibus & aliq quod mutationibus ipsis subiicić: ut ĩ loco id qđ est hic: & postea alibi: & in accretiõe id qđ nũc tãtũ: postea uero maius ẽ aut minus: & in alteratiõe ẽt id qđ nunc quidem est sanum: postea uero ægrotat. Similiter & in substãtia id qđ nũc generationi: nũc corruptiõi subiicić: & nũc qdẽ subiectũ ẽ / ut hoc aliqđ: rursus aũt subiectũ / ut sub priuatione. Et sequũtur igić hãc certæ mutatiões: Ipsa aũt ut unã cæteraꝝ non seqć: aut duas. Nõ. n. si quippiam habeat materiã loco accomodatã: id & generationi subiectã hr̃e corruptioniue necesse est. Quid igić interest inter simplicem generationem atq; non simplicem: in naturalibus libris est dictum.

Capitulum secundum.



Vm autem eã substantiam quæ ut subiecta est & materies: omnes esse fatenć: atq; hæc est ea quæ est potentia cũcta. Restat ut sensibilium eã substantiam q̃ est ut actus: quæ nam sit deinceps dicamus. Democritus igitur putare uidetur tres differentias esse: subiectum enim corpus ipsam materiam unum idẽq; esse censet: figura uero / positione / ordineq; differt. Multæ autem differentiæ esse uidentur: alia nãq; materiæ compositione dicuntur: ut ea quæ mixtione constant: quale est musicum. Alia uinculo: ut fascis. Alia glutino: ut liber. Alia clauo: ut archa. Alia horum pluribus. Alia positione: ut limen ac super liminare. Hæc enim positione differunt tali. Alia tem

pore:ut prandiũ atq; cæna. Alia loco:ut uẽti. Alia affectibus sensibilium: ceu duritia: mollitudine: densitate: raritate: humiditate: ac siccitate. Et alia qbusdã horum: alia uniuersis. Et omnino alia excessu: alia defectu. Quare patet & ipsum ẽ tot dici modis. Est enim limẽ ex eo: quid sic est situm: & esse ipsum sic esse situm significat. Et glatiem esse: hoc pacto eẽ dẽsatam. Esse autem ipsum nõnullo℞ & his uniuersis diffiniet᷑: ex eo sane quia: alia sunt mixta: alia cõplexa: alia ligata: alia densata: alia aliis differentiis utunt᷑: ut pes aut manus. Dicit᷑ iatũ igit᷑ genera sunt sumẽda: hæc enim pricipia erũt: ut unũqdque id sit quod est: ut ea quæ intensione remissioneue talia sunt: aut densitate raritateue & istiusmodi cæteris: hæc enim oĩa excessio est & difectio. Si uero quippiã tale est figura, aut leuitate, duritieue: id omne tale est rectitudine, curuitateq;. Quorũdã ẽt eẽ erit mixtum esse: non esse uero oppositũ. Ex his igitur patet si substantia cã sit: ut unũquodque sit tale: in hisce quærendũ esse, quidnã sit tale, cã: ut unũquodq; isto℞ sit. Atq; quan quã nihil est ho℞ substantia: neq; si simul sumat᷑. In unoquoq; tamẽ ẽ similitudo rõnis.

Et ut in substantiis id quod de materia prædicatur est ipse actus: sic est & in cæteris diffinitionibus maxime: ueluti si limẽ oporteat diffinire: lignũ aut lapidem sitũ sit esse dicemus. & si domum lateres ac ligna hoc posita modo. An in quibusdã & id est gratia cuius conficiuntur. Sin uero glatiem congelatam eẽ aquam: aut densatam hoc pacto dicemus: concentus etiam acuti grauisq; mixtio talis dicetur: & de cæteris modo eodem. Ex his igitur patet aliam materiam: alium actum ac rationem habere. Quorundam enim est composito: quorundam mixtio: quorundam aliquid iam dictorum. Iccirco diffinientium domum, qui quidem lapides ipsam inquiunt esse: lateres atq; ligna: ii eam dicunt quæ est potentia domus: hæc enim materia sunt: ut patet. Qui uero uas inquiunt esse quod tegere suppellectilem ac corpora potest: aut aliud quippiam tale addentes: ii dicunt actum. At qui hæc ambo componũt: ii tertiam substantiam dicunt: & eã quæ ex his ipsis constat. Nam ea quidem ratio q̃ per differentias fit: formæ ac actus: ea uero quæ ex his quæ insunt extruitur: materiæ magis esse uidetur. Similiter sese habét & eæ diffinitiones: quas Architas probabat. Sunt. n. ex utrisq;: ueluti quid est uacuitas uenti. Quies in aeris multitudine. Aer. n. materies, quies actus, atq; substãtia est: qd est tranquillitas? Aequalitas maris: atq; mare quidem est subiectum: uti materies: æqualitas autem actus ac forma. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt: quænam sit ipsa sensibilis substantia: & quo sit pacto: est. n. alia ut materies: alia uti forma: quippe cum actus sit: & tertia ex hisce duobus constat.

Capitulum tertium.

Non ignorare autem oportet interdum latere: utrum nomen ipsum significet compositam ne substãtiam: an actum & formam. Veluti domus: utrum communis ipsius sit signum: tegminis inquam ex lapidibus atq; lateribus sic positis extructi: an actus formæq;: tegminis inquam. Et lineam: utrum dualitatem in longitudine: an dualitatem. Et animal utrum animã in corpore, an animam pari modo significet. Hæc enim substantia & actus cuiusdam corporis est. Dicetur autem animal & de utrisq; non una ratione, sed ut ad unum. Verum hæc ad alquid quidem aliud conferunt: ad substantiæ uero sensibilis inquisitionem nihil conferre uidentur. Quiditas enim formæ atque actui competit: nam anima quidem & animæ esse est idem: hominis autem esse, ac homo non idem est: nisi & anima homo dicatur: hoc uero pacto cuidam competet, cuidã nõ competet. Quærentibus igitur neq; syllaba ex elemẽtis cõpositióeue: neq; domus lateres cõpositioq; eẽ uidet᷑: atq; hoc recte qdẽ. Neq;. n. cõpositio

neq; mixtio ex iis est quorũ est compositio aut mixtio. Similiter neq; cæterorũ quicquã: ueluti si limen est positione: positio non est ex homine: sed limen potius est ex illa. Neque igitur hõ animal est & bipes: sed aliquid esse oportet quod præter hæc est: si hæc materia sunt: quod neq; elementum est: neque ex elemento: sed substantia ipsa quod excipientes materiam dicunt. Si igitur hoc causa est ipsius esse atq; substantiæ: hoc sane substantiam ipsam dicerent esse. Hanc igitur aut æternam esse: aut caducam sine corruptione: & ortam sine generatione necesse est. Demonstratum autem est in aliis declaratumue: neminem facere generareq; formam: sed efficitur hoc atque fit id quod ex his constat. Si uero rerum earum quæ corrumpuntur substantiæ sint separabiles: nondum dilucidum est. Patet tamen nonnullarum esse nõ posse: quæ præter ipsa singula nequaquam esse: quale est uas & domus. Fortasse igitur neq; hæc ipsa substãtiæ sunt: neq; cæterorum quicq̃ quæ non natura constant. Naturam enim quispiam solam eorum quæ sunt in hisce quæ corrumpuntur: substantiam esse ponet. Quare ea dubitatio quã Antisthenis sequaces: & tales ineruditi homines dubitabãt: nunc solui potest. Qui quidem diffinitiones assignari non posse censebant: diffinitionem enim longam orationem esse dicebant. Sed fieri quidem potest: ut doceas quale quid quippiam est. Vt diffinias uero minime fieri potest. Etenim quid nam sit argentum non dixeris unq̃: at esse tale quale est stagnum dicere potes. Quare cuiusdam quidẽ substantiæ ceu com positæ siue sit sensibilis siue intelligibilis: diffinitio atq; ratio esse potest: sed eorum ex quibus hæc primis constant esse non potest. Si diffinitiua ratio quippiam de quopiam significare uidetur: atq; alterumut materiam: alterum ut formam esse oportet. Patet etiã & cur si substantiæ sint aliquo modo numeri hoc pacto sunt: & non ut quidam inquiunt unitatum multitudo. Nam diffinitio numerus est quidam: est enim diuisibilis: & in indiuisibilia diuisio ipsius accedit: quippe cum rationes non sunt infinitæ talis autem & ipse numerus esse uidetur: atq; ut si quid eorum ex quibus numerus constat: sublatum a numero aut additum fuerit: non idem numerus sed diuersus emergit: etiam si minimum fuerit illud: sic neq; diffinitio neq; quiditas ulterius eadem erit: si ablatum ab ea quippiam: aut additum ei fuerit uti patet Esse præterea quippiam oportet: quo ipse numerus est unum: quod quidem assignare non possunt. Nam aut unum non est: sed ut cumulus est: aut si sit dicendum est quidnam sit id quod ipsum efficit unum. Ex multis identidẽ & diffinitio una est: at neq; i hac illud dicere possunt: idq; merito accidit. Et. n. eadẽ rõ: & substantia hoc pacto est unum: sed nõ ut asserũt qdã: q unitatẽ quãdam aut pũctũ inquiunt esse: sed actus est quæq; atq; natura quædã. At ut numerus nõ magis minusue nũerus est: sic neq; ea substantia quæ ad formã accomodanť: sed si est ea ẽ q̃ cũ materia est: sed de generatiõe corruptiõeue substantiarũ quo pacto eẽ põt & quo pacto esse non potest: & de redutione diffinitionis ad numerum sit eousq; determinatum.

Capitulum quartum.

De materiali uero substantia non lateat hoc oportet: esse inquam cuiusq; propriam materiam quãdam: & si ex eodem omnia primo: aut ex eisdem aut primis fiunt: eademq; materies est ut principium uniuersis quæ fiunt. Sunt eni dulcia quidem aut pinguia pituitæ materia prima: amare autem aut alia quædam bilis. At hæc ex eodem forsitan fiunt. Eiusdem autem plures materiæ fiunt: cum altera alterius materies est ueluti pituita fit ex pingui ac dulci: si pingue ex dulci fit. Ex bili uero propterea quod in materiam primam bilis resoluitur. Dupliciter enim hoc ex hoc

fieri solet: aut cum profectiõe ad anteriora: aut cũ resolutione ad pricipium itur. Fit autem ut una ex materia diuersa: ob mouentem causam oriantur: ex ligno enim archa fit & lectica. Quorundam etiam diuersorum materiam necesse est diuersa: ueluti serra nõ fiet unquam ex ligno: neque hoc est in potestate mouentis causæ situm: non enim unquam ex lana aut ligno cõficiet serram: quod si idem diuersa ex materia effici potest. Patet idem principium eandemq; artem esse mouentem: Nam si materia sit diuersa: & moues item diuersum: id etiam quod efficitur diuersum non idem erit. Cur igitur quispiam quæ nam sit causa quærit: quoniam multis modis causa dicitur: uniuersæ q̃ possunt esse causæ dicantur oportet. Veluti quæ nam sit causa hominis ut materies. Menstruus sanguis: quæ uero ut mouens. Semen: Quæ præterea uti forma: quiditas ipsa: Quæ insuper ut id gratia cuius cætera fiunt: finis. Atque hæc ambo sunt forsitan idem. Causas autem propinquissimas assignare oportet: ut materiam propriam non terram non ignem. Circa igitur uniuersales substantias generabilesq; ita uersari necesse est: si cui curæ est recte uersari: si hæ & tot sunt causæ ut cognoscere eas oportet. In naturalibus autem perpetuisue substantiis alia ratio esse uidetur. Quædam enim materiam fortasse non habent: aut non talem sed solum mobilem loco: ea etiam quæ natura quidem sunt: substantiæ uero non sunt: materiam non habẽt: sed substantia est subiectum ueluti quæ nam est defectionis causa. Atque non est ulla materies assignanda: quippe cum non sit: sed luna sit id quod patitur. Quid nam est causa ut id quod mouit lumenque corrumpit: terra. Id uero gratia cuius cætera fiunt fortasse non est: at causa quæ ẽ ut forma: est ipsa ratio: sed nõ manifesta est: nisi cum causa sit. Veluti quid est defectio: priuatio lucis. Quod si additum hoc fuerit a terra itercedente: hæc erit ea quæ est cum causa ratio. Obscurum autem est de somno quid est: quod patitur primum. Quod si animal quispiam dicat sit ita: at quonam patitur ipsum: & quod patitur primum dicat oportet. Cor ne: an aliquid aliud. Deinde a quonam patitur. Postea quæ nam illius & non ipsius totius ẽ passio. Quod si sit immobilitas talis sit ita: at addatur oportet: hoc ipso quod aliquid patitur ipsum primum. Quoniam autem sine generatione quædam corruptioneue sunt: & non sunt: ut puncta si sint: & formæ omnino: non enim fit ipsum album: sed lignum album: si omne quod fit ex aliquo atq; aliquid fit. Non omnia sane contraria ex sese mutuo sunt. Sed alio modo albus homo ex homine nigro: & alio modo album ex nigro. Neq; cuiuslibet materies est: sed eorum quorum est generatio mutua mutatioue. Quæ uero sine mutatione sunt aut non sunt: ea materiem non habent. Existit autem dubitatio: quomodo cuiusq; materies sese habet ad diuersa contraria: Ceu si corpus potentia sanum est: & morbus est cõtrarium sanitati: est ne utrũque potentia. Et item aqua potẽtia uinum atq; acetum. An alterius quidem habitu formaq; materies est: alterius autem priuatione corruptioneue præter naturam. Dubitatio insuper quædam emergit: & cur uinum non est aceti materies: neq; potentia acetum & tamen fit ex ipso acetum: & is qui uiuit potentia cadauer simili modo. An ita non ẽ sed per accidens sunt ipsæ corruptiones. Animalis enim ipsa materia per corruptionem potentia est cadaueris: materiesue: & aceti similiter aqua. Fiunt enim ex hisce perinde atq; ex die fit nox. Et quæ igitur hoc pacto mutationem mutuam subeunt: ea redeant in materiam ipsam oportet: Veluti si ex cadauere animal oriatur: primum in materiam cadauer resoluatur oportet: deinde hoc pacto fiet. acetum identidem resoluatur ĩ aquã deinde uinum oriatur oportet.


Capitulum quintum.

De dubitatione autem iam dicta circa diffinitiones ac numeros, quænam sit causa ut sint unum: deinceps dicendum esse uidetur. Est enim profecto causa quædam, ut id omne sit unum: quod plures partes habet: & non est uniuersum, ut cumulus: sed est quid ipsum totum præter partes ex quibus constat. Nam & corporum quibusdam tactus: quibusdam uiscositas: aut aliquid aliud simile causa est ut sint una. Diffinitio autem oratio est una: non coniunctione ut alias: sed quia unius est. Quid igitur est quod facit hominem unum. Et cur unum est sed non multa, animal atque bipes: præsertim si sit ut quidam inquiunt ipsum quid animal ipsumque bipes. Cur enim homo non est illa ipsa. Atque erunt homines: non homines ullius participatione: sed duorum: animalis inquam & bipedis: & homo omnino non erit unũ: sed plura: animal atque bipes. Patet igitur eos qui diffinire dicereque solent reddere non posse atque soluere dubitationem. Si uero si uti dicimus unum, uti materies: alterũ uti forma: & alterum potentia: alterum actu: nulla id quod quæritur dubitatio uidebitur esse. Est enim hæc dubitatio eadem, & si uestimenti diffinitio rotundum æs erit: hoc enim nomen signum huius erit orationis. Quare id quod quærit̃ est: quænam est causa ut æs atque rotundum sit unum. Non igitur dubitatio ulterius esse uidebitur: propterea quod alterum est materies, alterum forma. Quid igitur huius causa ut id quod erat potentia, sit actu, præter id quod fecit: in quibus est generatio. Nulla est enim alia causa ut ea quæ potentia erat spæra: si actu spæra: sed hoc erat quidditas utriusque. Est autem materies alia sensibilis: alia intelligibilis: & rationis semper pars: est materia: pars actus: ceu circulus figura est plana. Quæ uero neque intelligibilem, neque sensibilem materiam habent: eorum unumquoque continuo unum quid proprie est: quemadmodum & ens quid proprie: substantia inquam, qualitas quantitas: atque non sunt in eo quod est: & in uno tanquam in genere. Iccirco & in diffinitionibus nec id quod est nec ipsum unum accipit̃. Quidditasq; unum quid est continuo: quemadmodum & quippiam ens. Quapropter & nil aliud est causa ut unum quoq; istorum si unum, aut etiam ens. Continuo enim unumquodque istorum, & unum quid, & ens quid etiam ẽ: non tamen a singularibus separabilia sunt. Propter hanc autem dubitationem quidam participationem causam unitatis inquiunt esse: sed quænam sit participationis causa, & quid sit particeps esse dubitare uidentur. Quidam animæ copulatione: uti Lycophron scientiam, copulationem sciendi atq; animæ esse dicebat. Quidam ipsum uiuere compositionem aut coniunctionem animæ in corpore esse censent: & tamen eadem in uniuersis est ratio. Valere enim, aut copulatio aut coniuuctio, aut compositio animæ, aut ualitudinis erit. Et æs esse triangulum æris, atq; trianguli compositio: & album itidem esse superficiei compositio atq; albedinis. Hæc autem propterea dicunt, quod rationem unitatis effectricem potentiæ atq; actus, & differentiam quærunt. Est autem uti dictum est ultima materia, formaq; idem: & alterum potentia, alterum actu. Quare simile est quærere quidnam sit ipsius unius causa: & ut sit etiam unum. Est enim unumquodq; quid unum, & id quod est unum: & id quod est actu: unum aliquo modo sunt. Quare nulla est alia causa: præter eam quæ ad actum expotẽtia mouit. Quæ autem expertia materiæ sunt: ea proprie unum quid sunt: & ꝓprie ens quid uniuersa.

Explicit Liber octuus.

Aristotelis liber primæ philosophiæ nonus incipit. Io. argiropylo interprete.

Capitulum primum.



Ictum est igitur de substantia quæ quidem est primum ens:& ad quod omnia prædicamenta ipsius entis cætera reducuntur. Ratione nanq substantiæ quantitas:qualitas:& cætera q̃ hoc pacto dicuntur:entia dici solent. Vniuersa enim substantiæ rationem habebunt:ut in prioribus sermonibus diximus. Cũ autem id quod est:partim substantia:aut quantitas: aut qualitas partim potentia:atq actu dicatur: de potẽtia etiam & actu determinemus oportet. Atq de potentia primo:quæ mixime quidẽ proprie dicitur:nõ tamẽ ad id quod nunc uolumus cõfert. Ad plura.n.sese extendit potentia atq actus quã ea quæ tantũmodo per motum dicuntur. Sed si de hac dixerimus in hisce quæ & de actu determinabimus:de cæteris etiã declarabimus. Multipliciter igitur potentiam dici:ac ipsum posse in aliis a nobis est diffinitum. Harũ autem eæ quæ potentiæ dicuntur æquiuoce omittantur. Nõnullæ nãq similitudine quadam dicunt:quemadmodum & possibilia & impossibilia quædam in geometria dicuntur:propterea q aliquo modo sunt aut non sunt. Quæ uero ad eandẽ sunt formam:eæ oẽs principia quædã sunt:& ad primum unum dicunt : qđ est mutationis principium in alio ut aliud est. Quædam.n.potentia est patiendi:quæ i ipso patiente principium est passiue mutationis ab alio ut aliud est:quædã est habitus impassibilitatis ad alterius corruptionẽue:q̃ ab alio ut est aliud proficiscitur a principio mutatio. In his.n.oibus diffinitionibus ratio ipsius primæ potentiæ inest. Hæ rursus aut faciendi patiendiue tãtũ potentiæ:aut benefaciendi uel patiẽdi dicuntur. Quare fit ut & in horum rõnibus rõnes quodãmodo potentiaꝝ prioꝝ insunt. Patet igit partim unam esse potentiam efficiendi ac patiẽdi. Est.n. possibile & quia ipsum habet potentiam patiendi:& quia ab ipso aliquid pati põt:partim aliam. Alia nanq est in patiente : etenim quia principium quoddam habet:& est ipsa materia principium quoddam:ideo patit ipsum patiens:ab alioq aliud patitur. Pingue nãq uri põt:& quod hoc pacto cæditur id præmi potest:similis est & in cæteris modus. Alia in efficiente : ut in eo quod calefacere potest est calidum & i ædificatore facultas edificandi. Quare nullum copulatum a seipso patitur:quippe cum sit unum:& non aliud uti patet. Impotentia aũt quæ tali potentiæ est contraria:priuatio est:quare eiusdem atq per idem omnis potentia est impotentia sane. Priuatio uero multis dicitur modis : & id.n.quod nõ habet:& qđ aptum est habere si non habeat:aut omnino:aut quando est aptum habere. Aut hoc pacto ueluti penitus:aut aliqua ex parte priuatum dicimus eẽ:nõnulla insuper si apta quid habere:ob uim illud non habeant:priuata dicimus esse.

Capitulum secundum.



Vm autem talia principia partim sint in rebus inanimatis:partim in animatis:atq in animi:& in animæ ea parte quæ particeps est rõnis. Patet & potentiarum alias esse rationis ex pertes:alias esse cũ ratione. Quapp oẽs artes oẽsq sciẽtiæ effectiue potentiæ sunt. Sunt.n.principia mutãdi in alio ut aliud est. Atq oẽs eæ potẽtiæ q̃ sunt pticipes rõnis cõtrarioꝝ eædẽ sunt effectrices. Exptiũ aũt rõnis quæq unius est pricipium solũ. Calidũ.n.calefaciendi tantũ principiũ ẽ. Medẽdi uero facul-

tas ægritudinis est & sanitas effectrix:idq; ex eo fit:quia scientia ratio quædam est.Eadē autem ratio & rem & priuationē ostendit:non tamē eodē modo. Et partim est utriusq;:partim est magis ipsius rei.Quare tales quoq; scientias contrariorum quidem eē necesse est:unius tantū per se:alterius non per se:etenim ratio alterius quidem per se: alterius aūt quodāmodo p accidēs est:negatione enim ablationeue cōtrariū ipsum ostendit.Priuatio nāq; prima contrarium ipsum est:hæc aūt ablatiuo est ut patet. Cū autem contraria fieri in eodem non possint:scientia uero potentia fit cum ratione:atq; anima principium habeat motus:salubre quidem sanitatē:& id qd' calefacere pōt caliditatem:& id quod frigefacere potest frigiditatem efficit solum.Sciens.n.utrunq; facit: est enim amborū ratio: & si non similiter:& in anima ipsa:quæ quidem motionis principium habet.Quare ambo ab eodē principio mouebit ad idē coniuncta.Quapropter ea quæ possunt per rationē:contraria hisce quæ sine ratione possunt efficiunt. Vnū enim a ratione principium continetur.Patet autem & potentiam tantūmodo faciendi uel patiendi ad eā sequi potentiam:quæ principium est benefaciendi uel patiendi:ad hanc autem illam non semper.Is enim qui benefacit:faciat quoq; necesse est:at eum qui solum efficit:non necesse est & bene etiam facere.

Capitulum tertium.

SVnt autem quidam ueluti Megarici:qui dicunt eum quandoq; posse solum cum operatur:cum uero non operatur non posse:ceu non ædificantem ædificare non posse:sed ædificantem quando ædificat:& in cæteris simili modo. Quibus ea quæ eueniunt absurda:non difficile est uidere.Patet enim ædificatorem nō fore:si non ædificet: esse nāque ædificatores in potentia ædificandi consistit:& in cæteris artibus simili modo:Quod si fieri nequeat ut huiuscemodi quisquam habeat facultates nisi aliquando didicerit atq; acceperit:& non habeat rursus nisi quandoque amiserit:aut obliuione aut morbo quodam:aut etiam tempore. Non enim amittetre ipsa corrupta.est enim semper:cum quispiam operari cessauerit:artem sane tunc non habebit. Continuo autem rursus ædificabit:quonam quæso pacto tunc arte sumpta. Inanimata etiam simili modo sese habebunt. Neque enim calidum: neque frigidum: neque dulce: neque omnino quicquam sensibile erit:si non sentiatur.Quare fiet ut idem censeāt: quod Protagoras asserebat. At uero neq; quicq̄ sensum habebit:si non sentiat nec operetur.Quod si cæcum id est quod uisum non habet:aptum autem est habere:& quando est aptum:ac super:iidem sane uno in diē cæci sæpius erunt ac surdi. Præterea si id est impossibile quod potentia caret:id quod non fit erit impossibile ortum subire. Qui uero id quod ortum subire non potest: uel esse uel fore dicit:falsum dicet profecto:hoc enim impossibile ipsum significabat. Quare hæ sententiæ motum generationemq; tollunt.Semper enim & id quod stat stabit:& id quod sedet sedebit. Non enim surget:si sedet.Fieri enim non potest:ut hisce surgat:qui surgere nequit. Quod si hæc dici non possunt:patet potentiam & actum diuersa esse.At illæ sententiæ potentiam & actum idem faciunt.Quapropter & non parum quid tollere querunt. Quare contingit quippiam posse quidem esse.tamen non esse: & posse non esse:attamen esse:& cæteris in prædicamentis simili modo:posse quippiam ambulare:& tamē non ambulare:& itē nō ambulare: & tamē ambulare posse.Id aūt ē possibile:cui si is euenerit actus cuius potētiā dicitur habere:non erit possibile quicq̄. Dico aūt hoc pacto:si quispiam sedere poterit:is si sederit nullum eueniet īpossibile:& simili modo si moueri aut mouere:& esse aut fieri:& non esse aut non fieri potest. Actus aūt nomen & ad perfectionem

ipsam. & ad cætera ex motibus maxime ipsis accessit. Motus.n.actus maxime esse uidetur:quapropter & hisce q̃ nõ sunt non motũ:sed alias quasdã prædicationes tribuere solẽt. Intelligibilia aũt illa. & desiderabilia dicunt esse. Moueri aũt non dicunt. Idq; propterea quod actu quidem nõ sunt:esse autem actu possunt:quædam enim eorum quæ non sunt:potentia sunt:non sunt autem ex eo quia non actu sunt. Quod si id quod diximus est id quod possibile est:ad quod sequitur actus:patet fieri non posse quo uere quispiam dicat:possibile quidem esse hoc:non autem fore. Alioquin nos prætereunt ea:quæ impossibilia sunt:ueluti si quispiam diametrum dixerit mensurari posse:non tamen mensuratum fore. Non animaduertentes id quod impossibilie est esse: ex eo quia nihil prohibet:ut quippiam possit quidem esse uel fieri:non sit autem neque fiat:sed illud ex suppositis sequatur necesse est:si supposuerimus id esse aut fuisse: quod non est quidem:potest autem esse nullum emergere impossibile At emerget sane:est enim impossibile diametrũ mensurari:non est enim idem falsum ac impossibilie: te nanq; nũc stare:est quidem falsum:at non impossibilie. Insuper etiam patet si cum A. est. necesse est B. esse:si possibile est. A esse. & B. necessario possibile est esse:si.n.non necesse est possibile esse:nihil prohibet ut non sit possibile esse. Sit igitur ipsum A. possibile. Cum igitur ipsum A. possibile est esse:si positum fuerit nullum impossibile esse. accidet: B. autem necesse est esse. At impossibile erat. Si igitur impossibile:si igitur ipsum B. impossibile est esse:necesse est & A. impossibile esse. At primum est: ergo secundum. Si ergo A. est possibile:& B. possibile erit:si ita sese habebant. Vt cum A. est necessarium sit & B. ipsum esse. Si igitur A. & B. ita sese habentibus:B. non sit hoc pacto possibile:neque ipsa A. B sane ita sese habebunt. uti posita sunt. Quod sicũ A. possibile sit:& B. possibile esse necesse est:si est A. necesse est & B. esse. Possibile enim esse necessario B. ipsum esse:si A. possibile sit:hoc sane significat:si est A:& quando est possibile: & ut est possibile esse:& illud tunc & ita necessario est.

Capitulum quartum.



Cum autem potentiarum aliæ natura insint ut sensus:aliæ cõsuetudine ut modulandi facultas:aliæ disiplina ut artes: eæ quidem quæ consuetudine comparantur rationeue. per operationes antecedentes habeantur necesse ẽ. Quæ uero tales non sunt:& quæ patiendi potentiæ sunt:eas non necesse ẽ hoc pacto haberi. Quoniam ante ipsum possibile aliquid potest: & quandoque: & aliquo modo & quæcunq; alia indefinitione sunt adiungenda:& alia per rõnem mouere possunt: & potẽtiæque ipsoꝝ cum rõne sunt. Alia sunt expertia rõnis & potentiæ ipsoꝝ:rõnis idẽtidẽ sunt expertes. Et illas quidẽ in aiante:has aũt in utrisq; eẽ necesse est. Talibus quidem potentiis passiuum atq; actiuũ cũ sunt ut possũt pricipia:alteꝝ agat:alterũ patitur necesse ẽ: at illis nõ est necesse. Harũ.n.oĩum quæq; una unius est effectiua. Illaꝝ uero quæq; cõtrarioꝝ: Quaꝛ facit cõtraria simul:qđ qdam fieri neq̃. Aliud ergo q̃ppiam hẽat auctoritatem necesse est. Id autem est appetitus:aut electio. Verum enim appetierit:id sane faciet cũ est ut põt:atq; ꝓpinquum est ipsi passiuo:quare id omne qđ per rationem potest: id agat cum appetit cuius potentiam habet:& ut habet necesse est. Habet autem ita:ut agat præsente:atq; sic se habente passiuo alioquin agere ꝓfecto non poterit. Hoc enim nullo inquam externo ium prohibente::non est alterius adiungendũ. Ipsam nãq; potentiam habet:ut est potentia faciendi: at est non omnino: sed aliquo modo sese habentibus:in quibus & ea quæ probent foris comprehendentur. Hoc enim eorum non nulla q̃ in definitione insunt auferre uidetur. Quocirca neq; faciet duo simul. aut con

traria:etiam si simul ipsa uelit aut percupiat facere. Non enim ipsorum hoc pacto potentiam habet:neq; est ipsa potentia simul agendi facultas: nam quoq; est ita faciet illa.

Capitulum quintum.

CVm autem de ea potentia dictum sit quæ ad motum accomodatur: de actu deinceps determinemus oportet:quidnam sit ipse actus:& quale quid sit. Nã si diuiserimus ipsum:simul & ipsum possibile sane patebit. Non solum inquã id possibile dici quod aptum est aliud mouere aut ab alio moueri: aut simpliciter: aut aliquo modo:sed alio ẽt modo. Qua de re quærentes: & de hisce quoq; trãsigemus. Est itaq; actus rẽ non ita sese habere:quẽadmodũ potẽtia dicimus esse. Dicimus autem potentia eẽ ut mercuriũ in ligno:& dimidiã lineã in tota: ꝓpterea quod auferri ab ea potest:& scientem eum etiam qui non cõtemplatur:si contemplari possit. Aliud autẽ actu esse. Patet autem in singulis inductione id quod dicere uolumus: & non cuiuslibet quærere diffinitionem oportet:sed ipsam quoq; similitudinẽ rationis animaduertere:uelu ti ut ædificans sese habet ædificatiuũ:& uigilans ad quod dormit: & uidens ad id quod claudit quidem oculos uisum autem habet:& id quod a materia est seiunctum ad materiam ipsam:& id ẽt quod est extructum ad nõ extructum:sic & quippiam est ad qppiam:& differẽtiæ huius altera parte actus:altera id quod potest sit definitum. Atq; nõ omnia actu similiter esse dicunt: nisi similitudine rationis: hoc pacto ut hoc i hoc aut ad hoc:sic hoc in isto aut ad istud. Alia.n.ut motus ad potentiã:alia ut substantia ad aliã materiã dicũtur. At qui alio modo & infinitũ ipsum & uacuũ & q̃ sunt istiusmodi potentia atq; actu dicunt & alio modo cõplura eoꝝ quæ sunt: ut uidens & ambulans & quod uidetur:etenim fit ut hæc & simpliciter quandoq; uere dicant. Dicitur enim uideri aliud quia uidet:aliud quia uideri potest. At infinitũ non hoc pacto potentia est: ut actu separatũ tandem euadat: sed cognitione:hoc enim diuisionẽ inquã nunq̃ deficere:præstat quidẽ ut potentia sit iste actus:ut separetur aũt non præstat. Quid igitur ẽ atq; quale actu quippiã esse:ex his & istiusmodi manifestũ sit nobis: Quãdo uero unum quodq; potentia est:& quando non est: determinandum deinceps esse uidetur. Nõ.n.quandouis potentia est:ueluti est ne ipsa potentia homo. An non est. Sed potius cum iam fuerit semen. Et neq; tunc modo quodã fortasse. Quẽadmodũ neq; a medẽdi facultate quoduis:neq; a fortuna sanabitur:sed ẽ quippiã quod est possibile:atq; id est potentia sanũ. Diffinitio aũt eius quod ex eo quod est potentia a mente fit actu:sic assignari potest. Est ne id quod fit cum uoluerit:id quod agit:nullo eorum quæ sunt extra obstante. Ibi aũt in eo quod sanatur :cum nihil eorum prohibet quæ sunt in ipso:sic est & quippiam potentia domus. Nam si nihil eorum quæ sunt i hoc & in materia prohibeat ut domus fiat:neq; quicquã sit adiungendũ:aut auferendũ:aut mutandum:id est profecto potentia domus:& in cæteris simili modo. Quorum foris est principium generationis:& quoꝝ in ipsis est:quæ quidem nullo ꝓhibente externo per sese operabuntur. Et semen nondũ potentia dicitur:sit.n.in alio atq; mutetur oportet. Quando uero per suũ principiũ iam tale est:id tam potentia est. Illud autem alio principio indiget. Quemadmodũ terra nondũ est potentia statua:si mutabitur.n.æs erit patet. Videtur autem id quod dicimus non hoc esse:sed illiusmodi ut archa non lignũ sed lignea: neq; ipsum lignum terra sed terreum. Terra rursus si hoc modo non aliud:sed illiusmodi:sit semper illud potentia simpliciter est quod posteris est. Velut archa nõ terrea neq; terra:sed lignea est hoc enim est potentia archa:materiaq; ipsius hoc:simpliciter quidem eius quæ est simpliciter:huius autem lignum hoc. Quod si quippiã sit primũ quod

non ulterius per aliud dicić illiusmodi:hoc est materia prima:ueluti si sit aerea:terra aer autem non ignis sed igneus:Ignis est materia prima: quæ quidem hoc aliquid est: In hoc enim uniuersale subiectūq; differunt:quod alterum hoc aliquid est:alterum nō est: ut homo quidem & corpus ac anima subiectum est ipsorum affectuū. Affectus autem est musicum:atq; album. Illud itaq; cum ornta fuerit musica:nō musica: sed musicum dicić:& hō non albedo non ambulatio:sed album & ambulans:ut ipsum illiusmodi dicić. Quæ igić hoc pacto dicunć:in his ultimum est substantia. Quæ uero non hoc pacto dicunć:sed forma quædā:atq; hoc aliquid est id qd' prædicać:in iis ultimum ē materies:substantiaq; materialis. Et recte igić fit:ut ipsum illiusmodi & per materiam & p affectus dicatur. Ambo sunt ut patet indefinita. Quando igitur quippiam dicēdū est potentia esse:& quando non est dicendum satis iam diximus.

Capitulum sextum.



Vm autem sit distinctum quot modis ipsum prius dicatur:patet actum potē tia esse priorem:atque non solum ea potentia definita:quæ principium mutandi in alio ut est aliud dicitur:sed omnino omni principio motionis atque quietis. Etenim natura in eodem est genere:in quo est & potentia ipsa. Est enim principium mouendi:ad non in alio:sed in ipso ut ipsum est. Omnem igitur talem potentiam ipso actus ratione atq; substantia antecedit. tempore uero partim est prior:partim non prior. Atq; ratione quidem esse priorem patet:ex eo nanq; possibile est id quod primo potest:quia agere potest. Aedificatiuum enim id est quod ædificare potest: & uisiuū id quod uidere:& uisibile id quod uideri potest. Eadem est & in cæteris ratio. Quare rationem antecedere cognitionemue cognitionem necesse est. Tempore autem ī eidem quidem specie prior est:antecedit enim id tempore:quod idem efficit specie: in eo dem uero numero sequitur. Dico autem hoc pacto:hoc homine qui quidem actu iam est:& tritico ac uidente:materies & semen ipsumq; uisiuum tempore prius est. Quæ sane potentia quidē sunt:homo triticum:atq; uidens:sed nondum actu: At his alia tempore sunt priora:quæ actu sunt:a quibus hæc ipsa sunt orta. Semper enim ab eo quod iam est actu:ex eo quod est potentia: ens actu fieri solet:ut homo ab homine: musicus a musico semper mouente aliquo primo. Id uero quod mouet actu iam est. In sermonibus autem de substantia diximus:omne quod fit ex aliquo atq; ab aliquo fieri:idque specie idem esse. Quapropter & impossibile esse uidetur ædificatorem esse quemquam si non antea quicq ædificauerit:aut citharedum etiā nisi antea pulsauerit citharā. Qui nāq; pulsare discit:pulsando discit pulsare:& cæteri simili modo. Vnde & redargutio illa sophistica emergebat:qua quempiam non habētem scientiam:id est cuius est sciētia facturum inferebatur. Qui nāq; discit:non habet:sed quia eius quod fit aliquid factū est: & eius omnino quod mouetur aliquid motum est:quod quidem in libris de motu patuit demonstratum: ideo discentem etiam fortasse necesse est scientiæ quid habere.

Verum & hinc actum hoc:quoquo pacto potētiam priorem esse generatione atque tempore patet. At uero substantia quoq; est prior:primo quidē ex eo quia q posteriora sunt generatione:forma atq; substantia sunt priora:ut uir puero & homo semine. Alterum enim iam habet formam:alterum non habet. Deinde ex eo quia omne quod fit ad principium proficiscić atq; finē. Id enim gratia cuius cætera fiunt principium esse cō stat. At generatio finis ipsius est gratia:& ipse actus est finis:& huius gratia potentia sane sumitur. Non enim animalia uident ut habeant uisum:sed ut uideant uisum: habent. Similiter & ut ædificent ac contemplentur edificandi contemplandique faculta

tem hoies habent. Sed non contemplantur ut habeant facultatem: nisi qui meditantur. Atq; hi non contemplantur: sed aut hoc pacto: aut talis non indigent contemplationis.

Præterea materies est potentia: propterea quod ad formã accedere potest. Cũ est aũ. actu: tunc est in forma. Simile est in cæteris: & quoq; finis est motio. Quapropter ut ii qui docent: cum discipulum operantem ostenderint: finem iam reddidisse arbitrantur. Alioquin ille mercurius eri passonis. Erit. n. incertum: si scientia intus an extra sit perinde ut ille: sic & ipsa natura facit. Nam ipsum opus est finis: ipsa autem operatio est ipsum opus: iccirco & nomen ipsum operatio ab opere dicit᷑ atq; ad actum atẽdit. Quã quã autem in quibusdam ultimũ est ipse usus: ut uidendi potẽtiæ uisio: ubi nihil aliud a uisu fit opus. In quibusdam fit aliquid præter usum: ut ab extruẽdarum ædium facultate præter ædificationem fit domus. In utrisq; tãtũ actus erit potentiæ finis: & si magis in illis finis esse uidetur. Etenim ædificatio ĩ eo est quod edificat᷑: & fit atq; est una cum ædibus ipsis. In quibus igit᷑ aliud quippiam est quod fit præter usum: eorum actus in eo quod effici᷑ inest: qualis est ædificatio atq; actus texendi: illa enim in eo quod ædificatur hic in eo quod texitur inest. Et in cæteris identidem quæ talem subeunt rationẽ. Atq; omnino motus ipse in eo est quod mouetur. In quibus autem præter actum non est aliud quicq̃ opus: in iis ipsis est ipse actus: nam uisio ĩ eo est sane quod uidet: & contemplatio in eo quod contemplatur: & uita ĩ anima. Quapropter & fœlicitas ipsa: q̃ppe cum sit uita quædam. Quare substantiam ipsam ac formam actum esse patet. Et hac igitur ratione dilucidum euasit: actum substantia potẽtia ipsa priorem esse. Et uti diximus tempore semper alium actum alius antecedit: usq; ad primi semper mouentis actũ. At uero magis etiam propriæ prior ipsæ actus potẽtia esse uidebitur. Res enim perpetuæ priores sunt eis substantia: quæ oriuntur & occidunt: est autem res perpetua potentia nulla. Ratio cuius hæc esse uidetur. Omnis potentia nimirum simul est contradictionis. Quod enim esse nequid: id nulli competet unq̃. Fieri autẽ potest: ut possibile omne non operetur: fieri ergo potest ut id & sit & non sit quod est possibile esse: at ut id non sit quod possibile est non esse: fieri sane potest. Quod autem fieri potest ut nõ sit: id corruptibile est: aut simpliciter: aut hoc ipso quo fieri posse dicitur: ut non sit: aut loco: aut quantitate: aut qualitate: Absolute uero substantiæ ratione. Nihil enim eorum quæ simpliciter corruptionem non subeunt: potentia est absolute. Vt aliqua uero ex pte sit: nihil obstare uidetur ueluti quale uel ubi. Actu ergo sunt uniuersa: neque eorum quæ necessario sunt: at hæc sunt prima. Si enim hæc nõ essent: nihil esset profecto. Neque igitur motus is est potentia: qui sempiternus est. Neque si quid perpetuo mouetur potentia motu ciet᷑: nisi ea rõne qua ex hoc ĩ hunc terminum proficisci᷑: huiuscæ uero: nihil ꝓhibet materiã esse. Quocirca sol atq; astra semper operan᷑ atq; mouen᷑ totũq; cœlum. Atq; non est pertimescendum ne tandem stent: moueriq; desinãt: quod quidem naturales philosophi pertimescunt. Neq; id agentia defatigan᷑. Motus enim ipsis nõ uti rebus caducis atque mortalibus circa contradictionis potentiam competit: ut laboriosa sit ipsa cõtinuatio motus. Huius. n. cã substantia est ea quæ materies est atq; potẽtia & non actu. Rerũ autem ex quæ corruptionẽ mutationemue subeunt: ut terra: ut ignis: res ipsas perpetuas imitan᷑: etenim semper operan᷑: per se enim motũ & in se ipsis habẽt. cæteræ uero potẽtiæ de quibus est definitum: cõtradictionis sunt uniuersæ. Q d᷑. n. hoc pacto mouere potest: potest & nõ hoc pacto mouere. Dico aũt eas omnes quæ sunt participes rõnis. Expertes uero rationis præsentia nimirũ absentiaq; potentiæ cotradictionis eædem erunt. Quod si naturæ quædam substantiæq; sunt tales: quales

ii qui circa doctrinas uersati sunt:ipsas ideas inquiūt esse.Longe magis quippiā sciens q̄ ipsa scientia:& quippiam itidem quod moueatur, quā motus erit. Hæc enim magis actus, illa potentiæ sunt istorum. Actum igitur potentia principioq; oi mutandi priorem esse:ex hisce quæ dicta sunt perspicuum iam euasit.

Capitulum septimum.



T præstabiliorem etiam potentia studiosa honor abiliorem que esse:ex hisce patere potest. Vnumquodque enim eorum quæ posse dicuntur:idem contraria potest:ceu idem est:quod dicitur sanum esse posse, & ægrotare, ac simul. Est enim eadem potentia sanitatem morbumque suscipiendi: & quiescendi subeundique motum: & eadem facultas extruendi destruēdiq; domum:& eadē itē potētia, qua extrui domus atq; destrui potest. Posse igitur contraria:simul est uti patet. At ut contraria simul sint:minime fieri pōt:ceu sanum esse ac ægrotare. Quare alterū horum sit bonum necesse est. At posse æque est ad utrūq;:uel ad neutrum sane accomodatur. Actus ergo potentia præstabilior esse uidet̃. In malis autem finem actumue potentia deteriorem esse necesse est: idem est enim quod ambo contraria potest. Patet ergo malum ipsum nō esse q̄d præter res ipsas. Malū nanq; potentia posterius ē natura. Nec in iis ergo q̄ sunt ppetua mali qcq̄ est:aut peccati:aut corrupti: Etenim mali rōnē corruptio subit.

Inueniuntur aūt & ipsæ designationes geometricæ actu diuidentes enim inueniunt. Quod si essent diuisæ: essent utiq; manifestæ: nunc autem potentia insunt. Cur triāgulus suos angulos duobus rectis æquales hēt. Quia anguli qui sunt circa unum pūctū sunt duobus rectis æquales. Quod si æque distans a latere esset perducta:continuo pateret uidēti. Cur is angulus qui ē in semicirculo rectus ē absolute. Quia tres sunt æquales, duæ in quas est basis diuisa:& ea q̄ est erecta e medio super illam. Quæ si is uiderit qui id antea sciuit quod inde sequitur:illud sibi profecto continuo patefiet. Quare patet ea quæ sunt potentia inueniri: si redigantur ad actum:& causa est in promptu: ipse enim actus est intellectio:quare ex actu potentia ipsa deducitur:& iccirco facientes cognoscunt:is enim actus qui eiusdem est numero:posterior est generatione.

Capitulum octauum.



Vm autem q̄d' est:& id quod non est:partim per figuras prædicamentorum: partim per potentiam aut actum istorū, aut contraria:parti propriissime aut uerū, aut falsum dicatur. Idq; in rebus fit ipsis compositione, aut diuisione: q̄bus efficitur ut uerum quidem is dicat, qui diuisum diuisum:compositumue compositum esse putat. Falsum autem hisce qui contrario modo sese habet, atq; res ipsæ se habent quando est id atq; non est:q̄d' ut uerū dicit̃:aut falsum:hoc.n. considerandum est quid nā dicimus. Non enim quia te nos album esse uere putamus: ideo tu es albus sed quia tu es albus:ideo nos qui hoc diximus uerum dicimus. Si itaq; quædam composita semper sint, diuidiq; minime possunt. Quædā perpetuo sint diuisa componiq; nequeant:quædam subire contraria possint: esse quidem est cōpositum esse, ac unum: non eē uero compositum non esse, sed plura esse. Circa igitur ea quæ subire contraria possunt: eadem opinio atq; oratio uera fit atq; falsa:& fit ut interdū uerū, iterdū falsum dicatur.

Circa autem ea quæ aliter sese habere non possunt:non interdum fit uerū, interdum falsum:sed semper hæc uera sunt atq; falsa. At circa ea quæ non sunt composita: quid ē esse atq; non esse, & uerum ac falsum. Non est enim quicquā cōpositum:ut sit quidem cum est compositum:non sit autem si sit diuisum:perinde atque album lignum:at diameter incōmensurabilis costæ:neq; uerum ac falsum in illis similiter erit. An ut neq; uerum in

rum in his est idem:sic neq; esse est idem:sed ē quidem uerum tangere atq; dicere.Non est enim idem affirmatio atq; dictio. Est autem falsum id ignorare:nō tangere.Non.n. fit ut quisq̃ circa ipsum quid est decipiat̃:nisi per accidēs.Similiter res sese habet & circa substantias non compositas.Non enim fit ut quisquā decipiatur:& nō potentia: sed actu sunt uniuersæ.Generant̃ enim atq; corrumperentur:nunc aūt ipsum quod ē non generant̃ neq; corrumpitur:ex aliquo naq; generaret̃.Quæ igitur quid ꝓprie sunt atque actu:circa ea nō fit ut quisq̃ decipiat̃:sed fit ut aut intelligat ipsa:aut nō itelligat ipsa:Sed de ipsis quærit̃ ipsum quid est:si talia sint nec ne.Ipsum autē esse ut uerū: & non esse ut falsum: uno mō est:si compositū sit atq; ita dicatur:& si compositum non sit atq; non ita dicatur.Et enim illud ue℞ hoc falsum:alio modo si ꝓprie sit hoc pacto est:si nō hoc pacto sit: non est:sed intelligere quidem ipsa est uerum:falsum autem non est: neq; deceptio:sed ignoratio non talis qualis est cæcitas.Cæcitas enim perinde est:atq; si intelligendi quispiam potentiam oīno non habeat.Patet autem & de imobilibus non iter dum esse deceptionem:si quis illa immobilia esse putet:ueluti triāgulum si non mutari ipsum existimet:non interdū duobus rectis æquales habere angulos:interdum non habere putabit:mutaretur enim profecto:sed quippiā putabit: quppiam non putabit:ueluti primum quidē parem numerum nullū esse:aut quosdam non esse putare pōt.Circa uero unum numero non potest:nō enim quendam putabit:quendam non putabit: sed uerum aut falsum dicet:propterea quod ita se habet semper.

Aristotelis primæ philosophiæ Liber decimus incipit.Io. argiropylo interprete.

Capitulum primum.



Luribus quidem modis ipsum unū dici solere:in hisce sermonibus dictum est antea:i quibus unumquodq; quot modis dicatur explicauimus. Cū autem multis modis dicatur: modi primo℞ & eorum quæ per se unum dicitur: & non per accidēs quatuor esse uident̃:si in summam atq; capita redigant̃.Dicit̃ enim unum continuū ipsum:cōtinuū aūt aut simpliciter: aut id maxime qđ ē natura:& nō tactu:neq; ligamine: tale.Et hisce magis id est unū priusue:cuius motus ē indiuisibilior: magisq; simplex.Præterea unum est atq; magis totū ipsum habēs aliquā spēm atq; formam:& maxime si quippiā est tale natura: & non ui:ut ea q̃ glutine talia sunt:aut uinculo:aut clauo:sed in seipso ut cōtinuū sit sibi cām habet.Tale aūt ē ex eo:qa motus ē unus:& idiuisibilis:tēpore:atq; loco.Quare patet si quippiā primū motus principiū habeat primi:q qđ ē cōuersio: hæc.n.latio nū ē prima:id esse primā magnitudinē unam.Quædā igitur hoc pacto sunt unū: aut continuū:aut totū.Quædam aūt unum dicuntur:si ratio corū sit una. Talia uero sunt ea:quo℞ est intellectio una.Et talia sunt ea:quo℞ diuisibilis est intellectio. Eius autem est indiuisibilis intellectio:qđ est indiuisibile specie: aut numero.Atq; numero quidē ē indiuisibile ipsum singulare.Specie autem id quod cognitione est scientiaq; idiuisibile. Quare unū erit primo:quod est cā substantiis unitatis.Tot igitur modis dicitur ipsum unum continuum natura: totū: singulare: atq; uniuersale.Hæc autem uniuersa ex eo sunt unū:quia quorūdā motus: quorūdam intellectio: uel rō est indiuisibilis uti patet.

Intelligere aũt oportet nõ eẽ sumẽdũ mõ eodẽ dici:quænã una dicũtur:& quid ẽ eẽ unius:& quænã ipsius ẽ rõ. Dicit̃ in.ipsum unũ tot modis:& qdq; dictorum:cui modo rũ istorũ aliquis competit:unũ erit: Esse uero unius nũc horũ alicui nũc aliĩ:qđ etiã magis ppiquũ ẽ nomini cõpetit. Illa aũt potẽtia sunt unũ. Q uẽadmodũ & si de elemẽto causaq; opus sit dicere res distinguere & nominis assignare diffinitionẽ oportet. Forsitã.n.ignis:aut ipsum ẽt isinitũ:aut aliqd tale parti per se ẽ elemẽtũ ĩ parti nõ ẽ. Nõ ẽ.n. eẽ ignis & elemẽti idẽ:sed ut est res quæd ipse ignis atq; natura est elementum. Nomen autẽ significat hoc ipsum accidisse:eẽ iquã aliqd ex hoc prĩo ea lege ut isit:sic & ĩ cã: & uno:& ĩ istiusmodi uniuersis res sese hre uidet̃. Q uapp & eẽ unius ẽ eẽ idiuisibilis proprie huius entis atq; iseparibilis aut loco aut spẽ aut mẽte aut ẽt ipso toto ac definito.

Capitulum secundum.



MAxime uero esse unius in hoc consistit:ut sit generis uniuscuiusq; prima mensura:& propiissime quãti. Hic enim & ad alia accessisse uidet̃. Est enim id mẽsura quo cognoscitur quantũ. Cognoscitur autem quantum ut quãtũ ẽ aut uno aut numero. At numerus omnis cognoscitur uno. Q uare omne quantum ut quãtum est uno sane cognoscitur:& idipsum est unum quo cognoscitur primo. Q uapropter ipsum unum numeri principium est:ea ratione qua numerus est. Hinc & in cæteris mensura dicitur id:quo primo quodq; cognoscitur:atq; mensura uniuscuiusq; est una in longitudine in latitudine in profunditate in celeritate. Pondus enim atq; celeritas commune est in contrariis. Duplex est enim ipsorum utrũq; ueluti pondus est:& quod quãtum uis habet momentum:& quod excessum habet momẽti: & celeritas itẽ: & quæ quantumuis habet motum:& quæ motus habet excessum. Est enim quædam & ipsius tardi celeritas:& pondus etiam leuioris. In his autem uniuersis mensura atq; principium unum quid est & indiuisibile. Nam & in lineis ipsa pedali ut indiuidua uti solent. Vbiq; enim unum quid ipsum mensuram atq; indiuisibile quærunt: hoc autem simplex aut qualitate aut quantitate est simplex. Vbi igitur fieri non posse uidetur ut auferatur quicquam aut addatur:hoc est exacta mensura:Icirco numeri mensura est exactissima. Q uippe cum unitatem diffinientes indiuisibilem esse penitus dicant. In cæteris autem tale per imitationẽ sumunt. In passu nãq; ac libra semperq; ĩ maiore magis latere põt:si qppiã ablatũ atq; additũ fuerit quã in minore. Q uare a quo prĩo id fieri sensu nõ posse putant:id oẽs & humidorũ & siccorũ mensuram & ponderis ac magnitudinis faciunt. Atq; quantũ ipsum scire tunc arbitrantur:quãdo per mẽsurã hãc sciũt.

Motũ quoq; simplici motu uelocissimoq; mẽsurãt:breue.n.hic tẽpus habet. Q uapp & in astrologia tale unũ principium est & mẽsura. Cœli nãq; motũ uniformẽ eẽ: celerrimũq; supponũt:quo cæteros indicant motus. Musica ẽt mensura est primis sensibilis sonus qa minimum est:& elemẽtũ item in uoce. Atq; hæc oĩa hoc pacto sunt unum:nõ ut cõe qd ipsum unum de istis dicat̃: sed ut ẽ dictũ. Non semp ãt mensura una ẽ numero:sed interdũ & plures:ut plurimi sensibiles soni duo:qui non auditũ sed ad rõnes accomodant̃:& uoces plures quibus metimur. Diameter quoq; duabus mẽsuris:& latus itidẽ:omnesq; magnitudies mẽsurant̃. Sic ipsum igit̃ unũ oĩum est mẽsura ppea q, cognoscimus ea ex qbus substantia cõstat:diuidẽtes aut p quãtitatẽ:aut p formã. Et icirco ipsum unũ indiuisibile ẽ:qa primũ singulorũ idiuisibile est. Nõ similiter aũt oẽ indiuisibile est ueluti pes atq; unitas:sed aliud ẽ penitus:aliud ad sensum idiuisibile sumi solet. Vt iã antea diximus. Oẽ nãq; continuum fortasse diuisibile est: semp aũt mẽsura generis est eiusdẽ. Magnitudinũ.n.magnitudo est ut patet mensura:& singularum lon

gitudinis longitudo: latitudinis latitudo: uox item uocis: ponderis pondus: unitas unitatum. Sic.n. dicere oportet: sed nõ numerorũ dicere numerorũ eẽ mẽsurã: oportebat tamẽ si similiter mensura ẽ assignãda: Sed qui hoc cẽseret: nõ sane similiter censet: sed perinde atque si unitatũ unitates mensurã: sed nõ unitatẽ censeret: numerorũ aũt unitatũ multitudinem esse cõstat. Dicimus & sciam ob idem sensumue rerũ esse mẽsurã: quia aliqd per ipsa cognoscimus: nã mensurant̃ potius q̃ mensurant. Verũ id nobis accidit: pinde atque si alio nos mentientẽ ipsi quanti sumus ex eo cognoscimus: qa cubitũ totiens nobis accomodauit Protagoras uero mensurã oĩum hoiem esse dixit: perinde atq; si scientem aut sentientẽ dixisset: & hos ꝓpterea qd' alter sensum, alter sciam habet: quæ quidem subiectorũ mensuras dicimus eẽ. Nihil itaq; egregiũ dicens aliquid dicere uidetur. Esse igitur unius maxime esse per id nomen quod segregant: mensurã quandã & propriissimam quantitatis: deinde ẽt qualitatis: dilucidũ iam ex hisce quæ diximus fuit. Erit aũt tale aliud si quantitate: aliud si qualitate diuisibile sit. Quapropter unum ipsum indiuisibile est, aut simpliciter: aut ut rationem unius subit.

Capitulum tertium.

IN substantia aũt utro mõ sese habet atq; natura: quærendum eẽ uidetur: ut in dubitationibus olim rræsegerimus: quid nã est ipsum unũ: & qũo de ipso accipere oportet. Vtrum sit substantia pinde atq; Pythagorici prius dixerunt: & posterius Plato: an natura potius ipsi q̃dam subiiciat̃. Et qũo notius oporteat dici: an ut ii dixerunt q uersebant̃ circa naturã. Illorũ.n. quidã concordiam ipsum unũ: quidam aerẽ: quidam infinitum ipsum esse dicebant. Quod si nihil uniuersaliũ substantia esse põt: ut in sermonibus de substantia: & de eo qd' est: iã diximus: neq; idipsum substantia ut unum qd præter ipsa multa esse põt. Est.n. cõe, sed ut prædicatum dumtaxat neque ipsum unũ tale esse posse. Id.n. qd' est, ipsumq; unũ maxime de oibus uniuersaliter prædicant̃. Quare neq; genera ipsæ naturæ quædã: & substantiæ separabiles sunt a cæteris. Neq; ipsum unũ ob easdẽ causas genus esse põt: ob quas neq; id qd' ẽ: neq; ipsa substantia esse põt. Præterea rem in uniuersis similiter sese hr̃e necesse est. Id aũt quod ẽ ipsumq; unũ paribus modis dicunt̃. Quare cũ in hisce quæ q̃lia sunt, sit quod ipsum unũ & quadã natura: & in iis ẽt quæ sunt quãta mõ eodem: patet quærendum eẽ omnino qd nam sit ipsum unũ: queadmodũ & quid id qd' est: quippe cũ non sit satis naturã ipsius idipsum esse asserere. At uero ẽ quidã ipsum unũ in coloribus color: ut albedo: si cæteri colores ex hac atq; nigredine fieri uidentur. Nigredo uero priuatio est albedinis: quemadmodũ & luminis tenebræ: sunt.n. hæ priuatio luminis. Quare si ea quæ sunt essent colores: ea profecto quæ sunt numerus quidã essent. At quorũ nã numerus. Nempe colorũ ut luce clarius extat: & ipsum unũ esset quid unũ: uelut albedo. Pari mõ si ea quæ sunt: cantus essent: numerus eẽnt ꝓfecto. Sẽsibilium tamẽ primorũ sonorũ. Sed nõ numerus ipsorũ esset substãtia. Vnumq; ipsum aliquid esse substãtia cuius: non ipsum unũ: sed prius sonus sensibilis eẽt. Similiter & si uoces essent numerus essent elementorũ: & ipsum unũ elemẽtũ esset uocale. Si figuræ ẽt rectis ex lineis cõstãtes eẽnt, figurarum numerus essent: & ipsum unũ triangulus eẽt. Eadẽ est & in cæteris generibus ratio. Quare si in affectibus, si in qualitate, si in quantitate, si ĩ motu numeri sunt ut quippiam unũ. Atq; numerus aliquorũ est & ipsum unũ, quid unũ: sed nõ id est ipsius substãtia, & in substantiis ꝓfecto rem ita sese habere necesse est. Res.n. eodẽ modo sese habet in uniuersis. Patet igit̃ ipsum unum in omni genere quandã esse naturam: & rei nullius prorsus idipsum esse naturã. Sed ut in coloribus unũ ipsum quærere colorẽ unũ opor-

tet:sic & ipsum in substantia unũ substantiã unam quærere oportet. Idẽ aũt ipsum unũ quod id qd' ẽ quodãmõ significare patet:ex eo sane qa sequit' paribus modis prædicaméta:& nõ ẽ in ullo neq; ĩ substantia neq; ĩ qualitate:sed pinde sese hẽt ut id qd' ẽ. Et itẽ ex eo qa nõ insup qcq aliud prædicat':cũ dr̃ hõ ac unus hõ:sicuti neq; ipsum esse qd est præter substãtiã uel q̃le uel q̃tũ:neq; eẽ ipsum unius ẽ præter ipsum uniuscuiusq; esse.

Capitulum quartum.



Odis aũt ipsum unum ac multa pluribus opponunt':quoꝝ uno modo ipsum unum multitudoq; opponunt':utidiuisibile ac diuisibile. Quod est enim aut diuisum aut diuisibile: id multitudo dicit' quædam. Quod uero est indiuisibile aut non diuisum:id dicitur unum. Cum igit' oppositiones quatuor modis sumant':& horum alterum uti priuatio dicat':erunt hæc profecto cõtraria:& neq; ut cõtradictoria:neq; ut relatiua. Dicit' autem ipsum unũ ac declarat' ex ipso suo cõtrario:ex diuisibili inquã indiuisibile: ꝑpterea q multitudo magis sensibilis est:& diuisibile quã indiuisibile ipsum. Quare multitudo prius est ob sensum ipso indiuisibili ratione. Est aũt ipsius quidẽ unius:ut & in diuisione cõtrariorũ descripsimus:ipsum idẽ & simile atq; æquale. Multitudinis aũt ipsum diuersum & dissimile & iæquale. At q cũ multipliciter idem dicat':uno qdem mõ numero:interdũ dicimus ipsum. Alio uero mõ:si & rõne sit & nũero unũ: ueluti tu & forma & materia idẽ es qd' tu teipse:& unũ. Præterea si rõ priæ substantiæ una sit ueluti lineæ rectæ æquales sunt eædem:& æqualia itẽ quadrata:& tamẽ sunt plura:uerũ æqualitas in ipsis est unitas. Similia uero dicuntur:si nõ simpliciter quidẽ eadẽ sint:neq; substantia nõ differant subiecta: sint tamẽ eadẽ forma:ut q̃dratũ maius simile est minori:& inæquales ẽt lineæ: Hæ nãq; similes quidẽ sunt: eædem aũt absolutæ nõ sunt. Quædã ẽt si eandem habeant formã:ĩ qbus intentio sit atq; remissio:& non magis neq; minus talia sint:similia sane dicũtur. Quædã insup si affectus quidẽ sit idẽ unusq; specie:magis aũt minusue talia sint uelut alba:similia dicunt' esse: propterea qd' ipsorũ forma est una. Sunt & quæ similia dicunt' si plura eadẽ habeant q̃ diuersa aut simpliciter:aut ea quæ sunt in promptu: ut stagnũ argẽto simile dicit': aut ignis auro:qa rõne est flauus. Quare patet diuersum quoq; atq; dissimile pluribus dici modis:atq; ipsum quidẽ aliud & ipsum idẽ opposito mõ se habẽt. Quapp omne quoduis aut aliud est aut idẽ. Illud aũt dicit' si materies & rõ nõ sit una. Quocirca tu es & ꝑpinquus diuersus. Tertium uero ut ea quæ in ipsis sunt mathematicis. Diuersum igitur au idẽ pp hoc oẽ ad oẽ dicitur:qd' unũ atq; ens dicitur. Nõ.n.ipsius eiusdẽ ẽ contradictio. Quapp non dicit' in hisce quæ nõ sunt: ipsum uero nõ idẽ dicit':de iis aũt dicit' uniuersis q̃ sunt. Aut.n.unũ ẽ:aut nõ unũ aptum ens eẽ ac unũ. Diuersum igit' atq; idẽ hoc opponunt' pacto. Differentia uero & diuersitas aliud est. Diuersum.n.& id a quo ẽ diuersum nõ ẽ necesse aliquo diuersum. Oẽ.n.aut diuersum est aut idẽ:qcq̃d sit ens. At id quod differt ab aliquo sane differt:q̃re necesse est idẽ qd esse quo differunt:hoc aũt idẽ genus est aut spẽs. Oẽ.n.quod differt:aut genere:aut spẽ differt:at genere qdẽ differunt ea:materia quorũ nõ est cõis:neq; mutua generatio. Vt ea quoꝝ est alia prædicaméti figura. Specie aũt ea quorũ genus est idem. Genus uero dicitur:quo ambo ea quæ differunt idem per substantiam esse dicuntur. Quare cõtraria sunt differentia:& contrarietas est differentia quædã. Hoc aũt bene a nobis esse suppositum: ex inductione patet potest. Omnia enim differentia & eadẽ nõ solũ diuersa eẽ uidentur:sed q̃dã genere sunt diuersa:q̃dã sunt in eadẽ prædicamenti serie collocata. Quare eodem ĩ genere sunt & genere eadem sunt. Definitũ est aũt alio in loco:quæ genere eadẽ sunt aut diuersa.

Capitulum quintum.


Voniã autẽ fit ut ea quæ differunt magis minusue differant: & quædam sane maxime differentia:atq; hanc contrarietatẽ dico.Esse autem hanc maximã differentiam:ex inductione patere põt.Etenim ea qdem quæ genere differũt:mutuẽm ad se uiam non habent:sed plurimum distant:& iter sese comparabilia non sunt. At generationes eorum quæ specie differunt:ex cõtrariis sunt porro ut ex extremis. Extremoꝝ uero distantiam maximã esse cõstat:quare patet & contrarioꝝ maximã esse. Atqui id qđ est maximũ in unoquoq; genere est pfectũ.Maximum.n.id est cuius non est excessus: & perfectũ id:cuius sumi qcquã extra nõ põt.Perfecta nãq; differẽtia finẽ hẽt:perinde atq; cætera ꝓpterea perfecta dicuntur qđ finẽ habẽt:nihil autẽ est extra finem.Est.n.ipse finis extremũ ĩ oĩbus:atq; cõtinet.Iccirco nihil ẽ extra finẽ:neq; ullius indiget ipsum perfectum. Contrarietatem igitur differentiam esse perfectã:ex hisce patet. Cũ aũt pluribus cõtraria modis dicantur:sic & perfectũ comitabitur:ut ipsius cõtrarietatis rõ competit.Q uæ cũt ita sint:patet uni plura cõtraria eẽ nõ posse. Neq; enĩ extremo quicq̃ magis extremum esse potest:neq; unius interualli plura sunt duobus extrema.Oĩnoq; si contrarietatis quidẽ est differentia uero duorũ est differentia:perfecta quoq; differentia duoꝝ erit profecto.At uero cæteras etiam contrarioꝝ diffenitiões ueras eẽ necesse est.Etenim pfecta differẽtia plurimum differt.Extra.n.ea quæ genere differunt nõ fit ut qcq̃ sumatur:neq; extra quæ spẽ differunt.Demonstratum ẽ.n. differentiam ad ea quæ sunt extra genus non esse:horum autem hæc maxima est ut patuit.Et ea quæ plurimum eodẽ in genere differũnt cõtraria sunt perfecta.n.horum differẽtia maxima est:& ea rursus quæ in eodem susceptiuo plurimũ differunt contraria sunt: est.n. eadem contrarioꝝ materies:& ea insuper quæ sub eadem potẽtia plurimum differunt: scientia.n.una circa unum genus uersatur:in quibus differentia perfecta maxima est.

Capitulum sextum.


T q prima cõtrarietas habitus est & priuatio:non tamen . multipliciter enim priuatio dicitur:sed ea quæ est perfecta.Cætera uero contraria per hæc ipsa dicentur ptim ꝓpterea q̃ habent:ptim ex eo quia faciunt.aut sunt effectiua:ptim qa sunt acceptiones aut abiectiones horum:aut aliorum contrariorum.Si igitur oppositiones sunt cõtradictio priuatio contrarietas & relatio.Atq; harum prima est contradictio:& contradictionis nullum est medium.Fit autem ut iter contraria sit aliquod medium:patet contradictionem idem atq; contrarietatem non esse.Priuatio uero quædam est contradictio:aut.n. id quod oĩno habere nequit:ut id quod non habet aptum est tamen habere priuatum ẽ:aut oĩno aut ex parte aliqua definitum. iã.n. multis hoc dicimus modis:ut ĩ aliis locis distinximus.Q uare priuatio q̃dã est contradictio : aut ĩ potentia definita:aut cõpræhensa cum susceptiuo.Q uocirca cõtradictionis q̃dẽ medium nõ est:priuationis autem alicuius est.Omne.n.æquale est:aut nõ æquale.At nõ omne æquale est:aut inæquale:nisi in eo dũtaxat quod est susceptiuũ æqualitatis. Q đ si generatiões ex cõtrariis in materia fiunt:e forma aũt fiunt:formæq; habitu aut ex aliqua formæ priuatione:patet oẽm q̃dẽ cõtrarietatẽ priuationẽ quãdã eẽ priuationẽ aũt nõ oẽm fortasse cõtrarietatem esse.Et cã est in ꝓmptu:fit.n.ut id qđ caret multipliciter sit priuatũ.Ea nãq; cõtraria sunt:e quibus extremis mutatiões fieri solẽt. Patet ẽt p inductionẽ.Oĩs.n.cõtrarietas alterius cõtrarioꝝ priuationẽ hẽt:sed nõ oĩa : similiter carent. In æqualitas.n.æqualitas dissimilitudo similitudinis uitium uirtutis priuatio est ut patet.Differt aũt uti diximus.Aliud.n.priuatũ dicit:si solũ careat.Aliud si quãdo aptũ est

habere nõ habeat, ut i ætate aliqua, aut i aliquo, aut præcipuo, aut oio. Q uo circa quo rũdã est medium: at neq; bonus hõ est: neq; malus. Q uorundã non est: sed sit aut par, aut impar necesse ẽ. Præterea sunt q̃ definitũ substãtiã habẽt: sunt quæ nõ habẽt. Q ua re ꝑpriuationẽ semꝑ cõtrariorũ alteꝝ dici patet. Sat autẽ est etsi ipsa pria generaq; contrariorum ita dicantur unum inquam ipsum & multa. Ad hæc enim cætera reducũtur.

Capitulum septimum.



Vm aũt unũ uni cõtrariũ sit: dubitauerit quispiam quonã mõ opponunt̃ unũ & multa: & æquale aduersatur magno ac paruo. Ipsum. n. utrum dicere semꝑ in oppositione solemus: ueluti utrum sit albũ an nigrum: & utrum album sit an nõ album. Vtrum aũt hõ sit an albũ non dicimus: nisi ex suppositione: quærẽtes ceu uter accessit. Cleon ne an Callias. Sed nõ necesse est ullo in genere hoc pacto iterrogare sed & hoc illinc est profectum. Sola enim oposita nequeunt simul esse. Q uo & hic utitur: cum interrogat uter accessit. Nã si simul accedere possent: ridicula talis esset interrogatio: quod si & hoc pacto fieri potest: in oppositionem similiter cadit, in unum in q̃ & multa: ueluti uterq; uenerit: an alter. Si igitur qõ per utrum in ipsis fit semꝑ oppositis: dicit̃ autem utrũ maius an minus si quippiam an æquale: quæ nã sit ad hæc oppositio ipsius æqualis. Neq;. n. alteri solũ est contrarium: cur enim maiori potius quã minori: neq; utriusq;: præterea ipsum æquale cõtrarium est inæquali: quare pluribus erit quã uni cõtrariũ. Q uod si inæquale idem significat simul quod illa ambo: oppositum q̃dẽ erit utrisq;. Et ipsa dubitatio opitulat̃ hisce q̃ ipsum inæquale duilitatem iq̃unt eẽ: fit attamen: ut duobus sit contrariũ unũ: qđ q̃dẽ ẽ impossibile. Præterea æquale q̃dẽ inter magnũ & paruũ mediũ esse uidetur: cõtrarietas ãt media, esse neq; uidet̃, neq; põt ut ex diffinitione ipsius patet. Non. n. erit ꝑfecta: si alicuius media sit: quin potius ipsa mediũ quippiã semꝑ habet. Restat igit̃ ut ipsa, aut ut negatio, aut ut priuatio opponãtur. Atq; ut æquale alteri solũ opponat̃: fieri nequit. Cur. n. potius magno q̃ paruo, aut paruo q̃ mogno: Vtrorũq; ergo negatio ẽ priuatiua. Q uapꝑ & ad utrũq; dicitur utrũ. Ad alterũ uero non dicit̃: uelut utrum sit æquali an maius, an utꝝ sit æquale an minus: sed sꝑ respectu trium istoꝝ dicit̃ utrũ. Non ãt necessario priuatio est: Nõ est enim oẽ id æquale qđ neq; maius est: neq; minus: sed id eoꝝ dumtaxat in q̃bus illa inesse sunt apta. Est igit̃ id æquale qđ neq; magnum ẽ neq; paruũ: aptũ ãt magnũ uel paruũ eẽ: Atque utrisq; ut priuatiua negatio aduersat̃. Q uapꝑ & iter illa mediũ occupat locũ. Id ẽt qđ neq; bonũ est neq; malũ, ambobus his aduersat̃: sed noie caret. Pluribus. n. utrumque dicitur mõis: & susceptiuum nõ unũ ẽ: sed magis id nomẽ hẽt: qđ neq; album ẽ, neque hoc dr̃ unũ: Veꝝ ipsi colores sunt quodãmõ definiti: in quibus hæc negatio dr̃ priuatiue. Nã aut fuscum, aut ceruleum: aut aliq̃d aliud tale illud eẽ necesse ẽ. Q uare non recte icrepãt ii q cũcta dici similiter putãt: ut inter calceũ ac manũ id sit mediũ qđ neq; calceus ẽ neq; manus Cũ id qđ neq; bonũ ẽ neq; malum mediũ sit inter bonum & malum: atq; adeo ut aliq̃d sit sine ullo discrimine mediũ inter cuncta. Non ãt necesse est id ipsum accidere. Ipsa. n. oppositorũ simul negatio eoꝝ est sane: quoꝝ est quid mediũ: & interuallũ q̃ppiã aptũ est eẽ. At hoꝝ nõ ẽ drĩa: indiuersis nãq; generibus collocant̃ ad q̃ sane non huiusmodi negationes accomodantur: quare non est ipsoꝝ unum subiectum.

Capitulum octuum.



Imili modo & de uno & de multis q̃spiam dubitauerit. Nam si ipsa multa ipsi uni simpliciter opponunt̃: nõnulla impossibilia euenire uident̃: ipsum enĩ unum paucum ac pauca erit: ipsa nanq; multa & pucis aduersant̃. Præterea

ipsa duo sunt multa:si duplũ multiplex est.Dicit̃.n.ab ipsis duobus.Quare fit ut unũ sit paucũ.Ad quid.n.aliud ipsa duo sunt multa:nisi ad ipsum unũ atq; ad paucum.Nihil.n.aliud esse minus uidet̃.Praeterea ut in longitudine sese hẽt ꝓductũ & breue: sic in multitudine sese hẽt multũ ac paucũ:atq; quicquid est multũ & ẽt multa:& multa sunt etiam multũ.Nisi ergo quippiã intersit incõtinuo facilis terminatiõis multitudo q̃dam ipsum paucũ erit.Quibus efficit̃ ut unũ ipsum multitudo sit q̃dã:si & paucũ est:qđ q̃dẽ necesse ẽ eẽ:si ipsa duo sunt multa. At.n.ipsa multa fortasse dicunt̃.ut & ipsum multũ sed ut differens ut unũ dicit̃ q̃dẽ multũ:nõ aũt dicit̃ multa:sed dicit̃ in hisce.q̃ diuisibili sunt.Atq; uno q̃dẽ mõ:si multitudo sit excessionẽ simpliciter aut ad aliquid habẽs:& paucũ ipsum idẽtidẽ:si multitudo sit habẽs defectionẽ.Alio uero mõ ut nũerus: qđ & ipsi uni solũ opponit̃:sic eni unũ dicimus aut multa:quemadmodũ si quippiam unũ dixerit atq; una:aut albũ & alba:atq; mẽsurata ad ipsam mẽsurã:sic & multiplicia ipsa dicũtur. Multa.n.ex eo q̃sq; nũerus ẽ:qa ẽ multa una:& qa ẽ q̃sq; mẽsurabilis uno: & ut id qđ uni nõ pauco opponit̃.Sic igit̃ & ipsa duo sunt multa:sed ut multitudo habens excessum:aut ad aliq̃d aut simpliciter nõ sunt:sed multitudo sunt prima:pauca uero simpliciter:sunt autẽ multitudo prima habẽs defectionẽ.Quocirca nõ recte Anaxagoras dixit:erãt res oẽs simul & multitudine infinitae & paruitate:sed ꝓ & paruitate dicere ipsum & paucitate oportebat.Nõ.n.sunt uersus paucũ infinita:nõ ob ipsum unũ ut q̃dã aiunt:sed ob ipsa duo. Opponit̃ igitur unum multis:ut mensurabili mẽsura: at haec opponunt̃ ut ea q̃ sunt ad aliquid nõ ꝑ se.Aliis aũt in locis distiximus ea q̃ sunt ad aliq̃d:duobusq; diximus dici modis:alia ut cõtraria:alia ut scia ad scibile:ex eo quia ad ipsum aliquid q̃ppiã dicit̃. Vt aũt ipsum unũ sit aliquo minus uti duobus:nihil obstare uidetur.Non.n.si minus sit continuo:est ob paucum.Multitudo uero est ut numeri genus.ẽ.n.numerus multitudo mẽsurabilis uno:& opponunt̃ quodãmodo unum & numerus:nõ ut cõtraria:sed ut nõnulla eoꝝ q̃ sunt ad aliquid.Quo.n.alterũ est mensura alterum mẽsurabile:hoc utiq; opponunt̃:Iccirco nõ oẽ qđ unum est numerus ẽ:ueluti si quid indiuisibile sit.Scia ãt & si similiter ad scibile dicit̃:nõ tamẽ similiter assignatur.nã scia q̃dẽ mensura:scibile aũt id qđ mensurat̃ esse uidebitur:at fit ut scia q̃dẽ ois sit scibile:nõ oẽ aũt scibile sit scia:ꝓpea qđ scia aliquo mõ ipso scibili mẽsurat̃. Multitudo uero neq; pauco ẽ cõtrarium:sed huic multũ opponit̃:ꝓinde atq; multitudo excedẽs multitudini q̃ excedit̃:neq; uni oino:sed unũ aliud est uti dictũ ẽ diuisibile:aliud idiuisibile.Quod ẽ ut ad aliq̃d ut scibile ad sciam:si numerus sit:ipsum autẽ unũ mensura.

Capitulum nonum.



Vm aũt inter cõtraria mediũ aliq̃đ esse possit:atq; inter aliqua sit ipsa media ex cõtrariis esse necesse ẽ.Oia enim media eodẽ in genere sunt:& ea inter quae media sunt.Nã ea media dicimus:in q̃ prius id qđ mutatur mutetur necesse est:ut in fidibus si ex prima transeat̃ ad ultimã:paucissima rõne prius ad sonos medios acceditur:& in coloribus si ex albo in nigrum itur: prius ad rubeũ & fuscum quam ad nigrum ꝑueniet̃:& in caeteris simili mõ.At non fit ut in aliud genus ex alio q̃cq̃ mutetur:nisi per accidens:ut ex colore in figurã:sint ergo media ipsa:& ea quoꝝ sunt media genere in eodẽ necesse est:at uero media cũcta oppositorũ quorũdam sunt.Ex his.n.solis per se fieri mutatio solet:quapp impossibile est inter nõ opposita mediũ esse: alioqn mutatio & ex nõ oppositis fuerit.In his autẽ oppositoꝝ nullũ est medium quae contradictorie aduersant̃.Est.n.contradictio ea nimirũ oppositio:cuius altera ꝑtiũ adest: nõ habẽtis mediũ ullum.Caeterorũ aũt alia relatiue:alia priuatiue opponunt̃ talia contra-

ria sunt:atq; relatiuo℞ ea q̄ nō cōtraria sunt:mediū sane nō habent:ppterea q̄ nō i eodē genere collocātur.Q uid.n.iter sciētiā scibileq; mediū eē pōt.Sed iter magnū & paruū: tē uidet. Q d' si ipsa media genere i eodē sunt:ut ostē dimus atq; iter cōtraria cadūt ex hisce porro cōtrariis ipsa cōponant necesse ē.Aut.n.aliqd' gēus:aut nullū erit ipsi℞:& erit genus hoc pacto:ut sit ipsis qppiā cōtrariis prius:eæ differētiæ priores erūt cōtrariæ equæ cōtrarias spēs uti generis sane fecerūt:Ex genere nāq; differētiisq; spēs ipse cōstāt Veluti si albū & nigrū cōtraria sunt:& alte℞ disgregatiuus alterū cōgregatiuus ē color: hæ differētiæ priores sunt.disgregatiuū iquā atq; cōgregatiuū.Q uare hæc priora con traria sunt.At uero ea q̄ cōtrariæ differunt magis cōtraria sunt.Atq; reliqua & media ex genere differētiisq; cōstabūt:ceu colores oēs q̄ sunt iter albū & nigrū genere cōstare: qd' quidā ē color:& ex qbusdā differētiis dicātur oportet:hæ uero nō erūt ipsa cōtraria pria Alioqn albū unūqdq; erit uel nigrū:erūt igit' aliæ:hæ ergo iter ipsa pria cōtraria erunt. Priæ aūt differētiæ disgregatiuū sunt & cōgregatiuū.Q uare i hisce cōtrariis prio q̄ren dū ē:q̄ nō i genere sunt:ex quonā ipso℞ media sunt.Ea.n.q̄ genere i eodē sunt:ex i cōpo sitis genere cōstare:aut icōposita eē necesse ē.Ipsa igit' cōtraria ex sese mutuo cōpōi non possunt: q̄re pricipia sunt.Media aūt aut oia sunt cōposita aut nihil.Ex contrariis uero aliqd fit.Q uare i hoc erit antea mutatio q̄ i ipsa.Erit.n.magis minusue tale quam extre mo℞ utrūq;:ergo & hoc contrario℞ mediū erit. Et cætera ergo media cōposita sunt uni uersa:Q uod.n.minus q̄ hoc:& minus q̄ hoc ē tale:id ex hisce quo mō constat:respectu quo℞ illo dr̄ modo.At cū alia prima contrariis nō sint sub eodē genere collocata:omnia profecto media cōposita ex contrariis erunt.Q uia cuncta infra & contrario & media ex contrariis primis cōstabunt. Media igit' uniuersa genere in eodē esse:& inter con traria collocari: cōpositaq; ex contrariis esse dilucidū iā per ea quæ diximus fuit.

Capitulum decimum.



D aūt qd' diuersum ē spē:ē quid ab alio diuersum:atq; id cōpetat utrisq; opor tet.Si.n.aial diuersum sit spem:ambo aialia sint oportet.Ea ergo quæ diuersa sunt spē:genere in eodē eē necesse est.Tale.n.genus appello:quo ambo unum & idē dicunt:nō p accidēs differētiam habēs siue sit ut materia siue aliter.Nō.n. solum ipsum cōe competere oportet:ceu ambo aialia esse:sed ēt idipsum aial diuersum utrisq; cōpetere:ueluti alterū qdem equū:alterū aūt hoiem eē.Q uapropter hoc cōe diuersum iter se specie.Erit igit' per se alterū qdē tale aial:alte℞ autē tale:ceu alterū equus : alterū hō.Hanc igitur differentiam diuersitatē generis esse necesse est.Dico enim generis dif ferentiā diuersitatē quæ idpsum diuersum facit:hæc igit' contrarietas erit.Patet autē & ex iductione:uniuersa enim oppositis diuidunt'.Atq; demonstratū est ipsa contraria eo dē in genere esse.Cōtrarietas enim differētia erat perfecta:differentia āt quæ ē i spē ois: est qd alicuius.Q uare hoc & idē & genus est in ambobus:iccirco & in eadē serie prædi camēti cūcta cōtraria sunt:quæ spē & nō genere differunt:atq; inter sese maxie sunt di uersa:Est enim differentia ipsorū pfecta:& simul nō fiunt.Differentia ergo contrarietas est:hoc ē ergo diuersa spē esse.Indiuidua genere in eodē eē atq; contrarietatem habere. At eadē sunt spē:quæ indiuidua qdē sunt:contrarietatē uero nō subeūt.In ipsa nāq; di uisione:atq; in ipsis mediis cōtrarietas emergunt:anteaq̄ ad indiuidua accedatur.Q ua re patet nullā specie℞ quæ sub genere collocant' : ad id qd' appellat' genus:aut eandē: aut diuersam specie esse:& cōgrue sane. Materia nāq; negatione significat' ac declarat': & genus materies est eius:cuius genus dicit' esse : non ut id qd' est pelopidarū:sed ut id qd' est in natura:nec ēt ad ea q̄ nō in eodē genere collocant':sed ab illis qdē genere dif

Ontẽplatio presens de ipsa substãtia ẽ uti diximus. Substãtia rũ.n.hic principia causæue quærunt̃. Eteni si uniuersum ip sum:ut qppiã totũ ẽ:substãtia nimiꝝ pria ps erit.Et si ea:quæ sunt deinceps sunt collocata:hoc & pacto substãtia primum deinde qualitas aut quantitas erit. Etinsup ut absolute loq̄ mur:neq; entia sunt hæc.Sed qualitates ac motus: queãdmo dũ & non albũ atq; non rectũ:nã & hæc dicimus esse ceu non albũ ẽ.Præterea nihil cæteroꝝ est separabile. Testes ẽt sunt & ipsi ueteres per ea:quæ faciebãt:elementa nãq; substãtiæ prin cipia causasq; quærebãt. Q ui igit̃ hac ætate sunt uniuersa lia substãtias magis ponũt:genera.n.uniuersalia sunt:q̄ pricipia substãtiasq; magis inq unt eẽ:ex eo sane qa mõ differẽdi de ipsis q̄rũt.Antiq uero singula:ut ignẽ & terrã: sed nõ corpus cõmune. Substãtiæ aũt tres sunt:una est sensibilis:cuius alia ẽ ꝑpetua:alia corruptibilis:quã oẽs esse fatẽtur quales sunt plãte ac aĩalia.Atq; huius elemẽta suman tur necesse est:siue unũ sit siue multa.Alia est imobilis:hãc quidã inquiũt separabilẽ eẽ: alii diuidentes in duas alii in una natura ponẽtes formas ipsas & mathematica.Alii ma thematica solum esse dicentes. Illæ igitur naturalis sciã sunt:sunt eni cum motu: hæc ad aliã sciam spectat.Si principiũ nullũ est ipsis cõe.Atq substãtia sensibilis est muta bilis.Q uod si mutatio est ex oppositis mediisq;:ex oppositis uero non oibus: uox enim est non album:sed ex cõtrario sub esse aliqd necesse est:qđ in cõtraria mutet̃ ac pergat: nam ipsa contraria non mutantur:& insuper illud quidem manet:cõtrarium uero non manens.Est ergo quid tertium præter contraria materies ipsa. Si igitur mutationes sunt quattuor aut in substantia aut in quãtitate aut in qualitate aut in ubi:& genera

tio simplex·corruptioue fit in substantia. Accretio decretioue in quantitate alteratio in affectu:& latio fit in loco: mutationes utiq; in cõtrarietas singulas erunt. Materiam igitur mutari necesse est utrũq; potẽtem. Cum autẽ duplex sit id quod est: omne quod mutatur ex eo quod est potentia ad id·quod est actu mutatur: ueluti ex potẽtia albo ad actu album. Similiter fit:& in accretione decretioneue. Quare nõ solum p accidens ex non ente fieri possunt: sed ex ente omnia fiunt: ex ente tamen potentia ex non ente autẽ actu. Atq; hoc est illud Anaxogoræ unũ. Melius enim hoc dicere quam omnia simul esse:& Empedoclis item mixtum atq; Anaximandri:& ut Democritus inquit. Erant nobis potentia cuncta: non tamen actu. Quare si omnes materiam tetigerunt. Omnia uero quæ mutãt materiã hẽnt tamẽ diuersam:& ppetuoꝝ ea q̃ nõ subeũt generationẽ. Mobilia uero sunt latione: at nõ generabilẽ: sed subeũte in tãtũmõ lationẽ. Dubitauerit aũt q̃spiam ex quo nõ ente fit generatio: id.n.qd' nõ est tribus dr̃ modis. Si igi͛ q̃ppiam est potẽtia: ex hoc utiq; generatio erit. uerũ non ex quouis: sed aliud ex alio fit. Neq; sat est uniuersas res simul esse: differũt.n. materia: nã cũ infinita sunt orta sed nõ unum: mens enim est una. Quare si materies esset una id: nimirũ actu fuisset ortum. Materia cuius potentia esset. Tres igitur sunt causæ: triaq; principia reꝝ ortus. Duo qdẽ contraria: quorũ alterum est rõ atq; forma: alterum priuatio: tertium est materies ipsa.

Capitulum secundum.



Ost hæc sciendũ: neq; materiam fieri·neq; formã. dico aũt ultima: est.n. quid quod mutat͛:& ab aliquo·atq; ad q̃ppiam pergit: ab aliquo quidem a primo mouente. Quid uero est materies ipsa: ad quod autem mutatur ẽ ipsa forma. Igitur in infinitum abibitur: si nõ solum æs fit rotundum sed etiam ipsum rotũdum aut æs ipsum: stetur ergo necesse est. Post hæc sciendum est: substantiam quãq; ab eiusdem nominis ratione sue substantia generari: ea nãq; quæ natura sunt substantiæ sunt ceteraue. Nam aut arte fiunt·aut natura·aut fortuna·aut & casu: artẽ igi͛ principium in alio esse constat. At natura principium est in ipso. Generat enim hominem homo: reliquæ uero causæ priuationes sunt harum. Atq; substantiæ sunt tres: atq; alia est materies: quæ quidẽ hoc aliquid est·ex eo q͞a apparet: quæ nãq; tactu non copulatiõe sunt unum: ea materies sunt & subiectum: alia est natura·quæ quidẽ hoc aliq̃d est: ac hitus quidã: ad quã p ipsam pgitur generationẽ. Tertia est ea: quæ ex hisce constat: ipsa iquã singularis ut socrates: aut callias. In q̃busdã igi͛ hoc aliquid non est· præter compositã ipsam substantiã: ut forma domus nisi ars ipsa: neq; est corruptio hoꝝ ac generatio: sed alio modo sunt atq; non sunt ipsa domus: quæ sine materia est·atq; sanitas:& omne id cuius ars est effectrix: sed si est in iis est quæ natura fiunt. Quapropter non male dixit plato: formas eorum esse·quæ natura cõstant: si sint istorum aliæ formæ: ut ignis caro·caput·& quæ sunt similis generis: sunt enim uniuersa materies:& ipsa ultima substãtiæ eius: quæ maxime substantia dicitur. Mouentes igitur causæ antecedunt. At hæ quæ sunt ut ratio causæ: simul sunt. Cum enim homo est sanus: tunc & sanitas est. Figura etiam æneæ pilæ:& ipsa ænea pila sunt simul. Si uero & posterius quippiam permanet considerare oportet: in quibusdam enim nihil prohibere uidetur: ueluti si anima tale sit non omnis·sed mens ipsa. Vt enim omnis permaneat omnia. fieri fortasse non potest. Patet igitur ideas ob hæc esse non oportere: homo nanq; singularis hominem generat singularem. Similiter & in artibus fieri solet. Ars.n. medẽdi ipsa rõ est sanitatis. Causæ aũt atq; principia: tũ aliorũ: tum eadẽ oĩum sunt: si q̃spiã uniuersaliter dicat &

similitudine rõnis.Dubitauerit aũt q̃spiã utrum diuersa an eadẽ sint substãtiarũ elemẽta:principiũq; & eorũ quæ sunt ad aliqd:cæterorũ prædicamentorũ simili mõ.At absurdũ esse uĩ:si eadẽ oium sunt.Ex eisdẽ.n.& ea quæ sunt ad aliqd & substãtiæ ipsæ constabũt.Quid igit hoc erit præter enim substantiã cæteraq; prædicamẽta nihil est ,psus: qđ sit ipsis cõe.Elemẽtũ aũt prius est hisce;quorũ est elemẽtũ:at neq; ẽt substãtia elemẽtum est horũ quæ sunt ad aliqd:neq; quicq̃ etiam istorũ est substãtiæ elementũ. Præterea quõ eadem possunt cẽ oia elemẽta:fieri.n.nõ põt ut elemẽtorũ qcq̃ sit idẽ quod id qđ ex elemẽtis cõponit:nã ut B.aut A.sit idẽ qđ B.A.minime fieri põt. Neq; igitur fieri põt ut elementorũ intelligibiliũ qcq̃ ceu ipsum unũ aut ipsum ens elemẽta omniũ sint.Hæc.n.unicuiq; cõpositorũ ẽt in sunt:eorũ quoq; ipsorum nullũ erit, neq; substãtia: neq; ad aliquid.At necessariũ est. Non sunt ergo:oium eadem elementa:an uti diximus:tũ sunt tũ nõ sunt:ueluti corporũ forsitan sensibiliũ. calidũ quidẽ est ut forma:frigidũ aũt alio mõ priuatio est:& materies id quod hæc est potẽtia primũ p se:& substantiæ aũt hæc sunt:& ea quæ ex hisce cõstant:quorũ hæc principia sunt:aut si qd ex calido frigidoq; fit unum ut caro uelos.Id quod ide emergit:diuersum ab illis esse necesse est. Horũ igit eadem sunt elementa principiaue:Alia uero sunt aliorũ.Atq; oium hoc qdẽ pacto principia dicere esse nõ possumus eadem esse:similitudie uero dicere possumus: perinde atq; si q̃spiã dixerit tria pricipia esse formam priuationẽ atq; materiã:uerum unũquodq; istorũ circa unũquodq; genus diuersum est:ut in colore album nigrũ superficies lumẽ tenebre aer ex his aũt dies emergit & nox. Cũ aũt non solũ ea quæ insunt sint causæ:sed ẽt ea quæ sunt extra:ueluti ipsum mouens præter pricipiũ ac elemẽtum diuersa esse. Vtrũq; uero cãm esse:atq; in hæc principiũ ipsum diuidi:& id quod mouet principiũ quoddã esse.Quare tria qdẽ sunt elementa similitudine rõnis: cãæ uero atq; principia quatuor.Aliud aũt est ĩ alio:& pria cã uti mouẽs.Alii alia ẽ sanitas morbus corpus id quod mouet medendi facultas est forma inordinatio talis.Lateres id qđ mouet ars ẽ extruendi domus:atq; in hæc principium ipsum diffunditur. At qui cum id qđ mouet:in naturalibus qdẽ hoibus hõ fit:in iis aũt:quæ a mẽte ,pficiscunt:forma sit aut cõtrariũ:tũ tres:tũ q̃tuor cãæ erunt.Medendi nãq; scia sanitas quodãmõ ẽ:& edificandi facultas ædium forma:hoiem quoq; generat hõ:isup præter hæc ẽ id quod ẽ oium primũ:oia mouẽs. At uero cũ alia sint sepabilia :alia non separabilia substantiæ sunt illa & iccirco cãæ oium sunt hæc:quia sine substantiis affectus motusq; non sunt. Deide hæc erũt aĩa forsitã atq; corpus:aut mens aut appetitus ac corpus. Præterea principia sunt eadẽ alio mõ similitudine rõnis:at actus atq; potẽtia:at hæc & alia sunt aliis atq; alio modo.In quibusdam enim idem interdum est actu: interdũ potentia: ut uinum uel caro uel hõ:cadunt autem & hæc in causas iam prædictas:forma enim si separabilis est actus est:& id quod ex utrisq; constat:priuatio uero ut tenebræ aut ægrotans:materies autem est potentia:hoc est enim id quod utrũq; fieri potest.Alio uero modo potentia atq; actu differunt ea:quorum non est eadem materies:quorum forma non est eadem sed diuersa.Quemadmodum hominis causa sunt elementa: ignis & terra: uti materies:& propria forma:& siquid aliud ẽ extra ut patet:& præter hæc sol orbisque obliquus:quæ quidem neq; materia sunt :neque forma: neq; priuatio : neq; speciei eiusdem:sed mouentia . Præterea cernere oportet causarum alias uniuersales alias non uniuersales dici posse.omnium igitur prima principia sunt:id quod actu primum est hoc:& aliud quod potentia est . Atq; illa quidem uniuersalia non sunt . Singulare nãque singularium principium est homo & hominis est uniuersalis:at nemo est pror

sus: sed Peleus quidem Achillis: cui uero principium pater est: & hoc. B. huiusce. B. A. omnino autem B ipsius simpliciter B. A: deinde iam ea quæ sunt substantiarum: alia uero sunt aliorum causæ & elementa: ut dictum est eorum quæ genere in eodem non sunt colorum sonorum substātiarum quantitatis nisi similitudine rationis. Eorum etiam q̄ sunt eadem in spē: diuersa sunt non spē: sed qui singulorum: tria iquam materies forma & id quod mouet & in eā uniuersali uero ratione sunt eadem. Si quæratur autē quæ nam principia sint aut elementa substantiarum: & eorū quæ sunt ad aliquid: & qualium: utrum sint eadem an diuersa: patet respondendum esse cuiusque eadem esse: si uniuersaliter dicantur: non eadem sed diuersa: si diuidantur. Attamen hoc pacto & eadem omnium esse. Atque hoc pacto eadem similitudine rationis propterea quod materies est forma: priuatio id quod mouet: & hoc etiam pacto substantiarū causas omniū causas eē: quod si tollantur: insuper id quod primum est actu. Hoc autem pacto diuersa prima esse: quot sunt contraria ipsa: quæ neque ut genera dicuntur: neque multipliciter dicūtur: & insuper materias ipsas. Quæ igitur sensibilium rerum principia sunt: & quot: atque quo pacto: & eadem sunt & diuersa satis iam diximus.

Capitulum tertium.

Cum autem tres sint substātiæ: duæ quidem naturales: una uero immobilis: de hoc deinceps dicendum esse uī: necesse est itaque ppetuam aliquam substātiam immobilem esse: substātiæ nāque omnia cætera quæ sunt antecedūt. Atque si oēs sunt corruptibiles: uniuersa profecto corruptibilia sunt. At impossibile est motum aut ortum aut corruptiōem subire: semp enim erat & tempus simili modo: est. n. impossibile si tēpus nō sit prius aut posterius esse: & motus ergo pinde cōtinuus est: ut & tēpus: etenī tēpus aut ē idē quod motus: aut est quidā motus affectus: motus aūt nō est cotinuus ullus: nisi hisce qui loco accomodat: & huius hisce q̄ est cōuersio. At non si sit motiuū uel effectiuum: nihil aūt operet motus non erit: fieri. n. potest ut id quod potentiam habet oīno operetur: nulla ergo prorsus erit utilitas: & si substantias sempiternas feceri mus: pinde atque ii q̄ formas in rōne rerum introduxerunt: nisi qppiā principium isit mutare potens: neque igitur ipsa sufficiēs est: neque aliqua ulla substantia præter formas. Si. n. nō operabit motus pfecto non erit: nec ēt si operabitur: substantia autē ipsius potentia est. Non. n. ppetuus motus erit. Quod. n. potentia est: id pōt non esse: sit ergo principium tale oportet ut substantia ipsius sit actus: has igitur insuper substātias materiæ exptes esse oportet: ppetuas. n. esse quidem quod operatur posse: nō oē aūt quod pōt operari: Quod fit ut actū potentia antecedat. At si hoc est: nullā ergo res erit. Cōtingit enī posse quidem esse: nondum autem esse. Enimuero si ita sit ut Theologi dicunt: qui ex nocte res generant: aut ut naturales qui simul res omnes inquiunt esse: idem impossibile sequitur. Quodam modo materies ipsa mouebitur: si non sit aliqua causa actus: non enim materia domus seipsam mouebit. Sed eam mouebit ædificādi facultas. Neque sanguis menstruus seipsum. neque terra seipsam mouebit: sed ipsum semen. Iccirco sunt qui semper faciunt actum: ut leucippus ac plato: semper. n. inquiunt eē motum. Sed quaōbrē & quem non dicunt nec hoc mō nec cām. Nihil. n. quouis mō sine discrimine ullo mouet: sed semp sit quippiam oportet: ut naturā nūc qdē hoc pacto. Vi uero aut a mente aut ab alio hoc mō. Deinde qs nā sit prius motus nō dicūt. Magna. n. interesse uī. At uero neque plato dīc pōt id esse principiū qđ ipsum seipsum mouet: qđ qdē iterdū ipse pricipiū eē putat. Est. n. aīa ipsa posterius orta: & simul ut ipse inqt cū cœlo. Putare igiē potentiā actu priorem esse: tū rectum est: tū non rectū: at quonā pacto iā antea

diximus. Esse aūt actum potentia priorem: testis est Anaxagoras: est enim mens actus: testis est Empedocles: cōcordiam atq; discordiam afferens. Testes deniq; sunt ii qui motum inquiunt semper esse ueluti leucippus. Quare non erat chaos, aut nos tpe infinito. Sed eadē semper erant, aut reditione, aut alio modo. Si actus potentiam antecedit. Quod si idē est sp reditione: pmaneat quippiam semper modo eodē agens oportet. Necesse est ergo hoc quidē pacto illud per seipsum agere: hoc autē pacto per aliud. Aut igitur per aliud quippiam: aut per primum: per hoc igitur agat necesse est. Rursus enim illud & ipse causa est & illi: est igitur præstabilius dicere per primum: etenim ut semper eodem modo res fiat: illud cā erat: ut autem aliter aliud. At ut semper alio modo utrūq;: sic igitur sese habent & ipsi motus. Quid igitur alia principia quærere oportet. Quoniā āt res ita sese habere potest: & si nō ita sese habeat: ex nocte, & ex hisce q̄ simul sunt, atq; non ente res erunt: hæc solui profecto possunt. Atq; est quippiam: quod incessabili motu semper mouetur: hic autem est conuersio ipsa. Atq; hoc non ratione solum: sed re ut patet. Quare primum cœlum perpetuum erit. Est igitur & quippiam, qd' motu cietur: cū autem sit id, quod mouetur, & id quod mouet, & medium. Est quippiam profecto quod mouet, & non mouetur: quod quidem perpetuū est, & substantia, atq; actus. Hoc autem modo ipsum appetibile, atq; intelligibile mouet: mouens enim & non mouetur: horum autē prima eadem sunt. Sub cupiditatem.n.id cadit: quod bonū esse uidetur: sub uolūtatem autem primum id bonum est: atq; potius appetimus, quia uidetur: quā uidetur, quia appetimus: intellectio enim principium est. Mens autem ab intelligibili ipso mouet'. Atq; altera species p seipsam intelligibilis est: & huius ipsa substantia primo: & huius & ea: quæ simplex est atq; actu: unum autem & simplex non eadem sunt. unde.n. mensuram simplex qūo sese habet ipsum significat. At uero bonū ipsum: & id qd' p se est expetibile: in eadē serie sunt: & ipsum primum est optimū semper, aut rōnis similitudinem subit. At q id gr̄a cuius cætera sunt, uel fiūt: in ipsis imobilibus sese declarat ipsa diuisio: est.n. alicui id gr̄a cuius agit': quorū aliud est, aliud non est: mouet aūt, ut a motu: atq; p id qd' mouet' cætera mouet. Si igit' qppiam mouet' aliter sese hr̄e pōt. Quare si latio prima actus ē, ēt quo mouet' hoc ipso rōne loci, & si non substātiæ rōne: alias sese habere pōt. cū aūt sit quippiā mouēs imobile, atq; actu id, ut aliter sese hēat, nullo pacto fieri pōt: prima nāq; mutationū latio ē: & huius ipsa cōuersio: atq; illud hoc motu mouet: ergo necessario ē ens. Atq; ut necessario ē: bene ēt hoc pacto principium est. Necessarium.n. pluribus sumit' modis. Atq; aliud est: ut uiolētū: ꝑterea quod est præter appellationē, ac motū: aut ut id qd' aliter sese habere nō potest: sed simpliciter. Ex tali igitur principio cœlum ipsum naturaq; pendet. At qui ut nos optime per breui tempore degimus: sic illud perpetuo degit. Sic illud est sp. Nā uti nos quidem ita sp degamus: ita fieri neq;. At illud perpetuo degit: quippe cū & uoluptas ipsius sit actus: & iccirco uigilia: sensus: ītellectio iocūdissima sunt. Spes uero atq; memoria ob hæc ipsa. Intellectio ut ea quæ per se est: eius est sane: qd' per se optimū est: & ea q̄ maxime per se est: eius est quod maxime tale est. Mens uero seipsam per ītelligibilis ipsius assumptionem intelligit. fit.n. intelligibilis tangens atq; intelligēs. Quare idem est intellectus atq; intelligibile. Est.n. id intellectus quod ītelligibilis ipsius substātiæq; est susceptiuum. Operatur autem habens. Quare id qd' intellectus habere diuinū uidet'. Magis illius est mētis: atq; ipsa cōtēplatio iucūdissimū ē atq; optimū. Si igit' deus semp sic bene sese hēt ut aliq̄do nos bene habemus: admirabile quid ē ipse. Q d' si magis & bene se habet: magis admirabile est ꝑfecto. At sic se hēt: inest ēt illi uita. Mētis eni opatio

uita est. Illud at est ipsa opatio atq; actus. Actus igit' iste qui est p se: illius est optia atque ppetua uita. Dicemus aút ipsum deú animal perpetuú optimú esse. Quare deo uita nimirú æuumq; cótinuú atq; ppetuum inest. Hoc.n.est ipse deus. Qui uero putát ut pythagorici. Seusippusue: id quod est optimú præstabilissimúq; rónem pricipii nó subire: ppea qd' & planta℞ & animalium principia causæ quidé sunt. Bonú aút atq; psectú in iis est: q sunt ex illis: ii profecto non recte arbitrant'. Semen.n.ex aliis psectis prioribus emergit: & ipsum primú nó semé: sed ipsum psectú est. Nam hoiem quispiá semine prioré dixerit eé: non eú q ex hoc ortus est: sed aliú a quo semé ipsum pfluxit. Esse igit' substantiá qdá æterná imobiléq;: atq; a sensibili separatá ex hisce quæ iá dicta sunt patet. Demóstratú é & hác substantiá magnitudiné nullá habere posse: sed ptibus carere atq; indiuisibilé esse: infinito.n.tpe mouet. Nullum auté finitú infinitá potentiá habet. cú at ois magnitudo aut infinita sit aut finita: infinta quidé magnitudinem ob id ipsum nó habet: infinita aút habere nó pót: ppea qd' oino in róne rerú nulla magnitudo est infinita. At uero demonstratú est ét impassibilem esse: nulláq; prorsus alterationem subire. oés.n. cæteri mo tus posteriores sunt eo: qui ad locum accomodatur. Hæc igitur manifesta sunt uniuersa: cur hoc modo sese habent ut diximus.

Capitulum quartum.


Portet át non latere utrum substantia talis una sit ponéda an plures: & si sint plures: quod sint ponendæ. Sed in memoria snias quoq; cæterorum hét. q qdé de multitudie nihil qd' sit certú dilucidúq; dixerút. Opinio eni de formis nullam considerationem propriam hét. Qui nanq; ideas afferunt: numeros inquiunt ipsas eé: atq; de numeris interdú ut infinitis: interdum ut usq; ad denariú definitis loquútur: at q de cá táta é multitudo núero℞ nihil prsus cú demóstratiuo studio dicút.

Nobis aút est dicédú ex hisce q suppposita sunt atq; determinata. Pricipiú.n.& id qd eo℞ q sunt primú est imobile qdé: p se atq; p accidés est. Primo aút motu ppetuo unoque mouet. Quoniá aút id qd' mouet' ab alio moueri: & primú moués imobile eé: atque perpetuú motú a ppetuo: unúq; ab uno pdire necesse est: præterq; lationé simplicé uniuersi: q primá substátiá imobiléq; mouere dicemus. Alias latióes eé ppetuas uagátium iquá stella℞ uidemus: corpus.n. cœleste sempiternú é ac nunq cósistit atq; qescit: ut in naturali phia é demóstratú: ha℞ ét quæq; lationú pfecto ab imobili: p se perpetuaq; substátia pficiscat' necesse é. Natura náq; stella℞ ppetua substátia qdá é: & id qd' mouet ppetuú est & prius eo qd' motu ciet': Id & qd' substátia prius est: substátiam esse necesse est: patet igit' tot necessario substátias esse natura ppetuas & per se imobiles. Sineq; magnitudine: ob eá cám q antea diximus. Esse igit' substátias & ha℞ quænã sit priaquæ secunda eodem ordine: qué iter sese latióes stella℞ habét dilucidú eé uidet'. Multitudiné át iá lationú ex astrologia: quá scientia℞ mathematica℞ philosophia familiarissima est cósiderare oportet. Hæc.n. cótemplationé de substátia sensibili: q dé: ppetua át facit: cæteræ uero de nulla substantia faciunt cótéplationem: ut arithmetica uel geometria: lationes itaq; plures eo℞ esse quæ feruntur: & iis ét patet qui mediocriter hanc materiam tetigere. Stellarú.n. unaquæq; uagantiú nó una: sed pluribus lationibus fertur.

Quot aút hæ sunt: núc quidé nos dicimus: ea dicétes cópræhésionis gratia quæ mathematico℞ nónulli dicút: ut aliqua multitudo definita mente pcipiat': postea uero quædam ipsos iquirentes: quædá ab inquirentibus interrogátes si qd præter ea: quæ numero sunt dicta uideat' hisce qui circa hoc uersant': utrosq; quidé amare: exactoribus auté obtéperare credereq; oportet. Eudoxus itaq; lationé utriusq; solis inquá ac lunæ in tri-

bus esse spæris ponebat:quarum primam causam esse dicebat:quæ non uagantium ẽ stellarum.Secũdam uero per eum circulum:q per media signa transit.Tertiã per eũ qui est obliquus in latitudine ipsorũ signorum.In latitudine aũt maiore circulum eum esse obliquum per quem luna:qui eum per quem sol fertur. Vagantium uero stellarum uniuscuiusq; lationem in quatuor spæris eẽ ponebat:atq; harum primã quidẽ & secundã eãdem quam ille rõnem subire:nam & eam quæ nõ uagantium est stellarum quæ omnes defert:& eã quæ sub hac collocat̃:atq; per mediũ circulum q per media signa lationem habet cõem oibus esse.Tertiæ uero oium eo in circulo polos esse q p media signa transit.At quartæ lationẽ per obliquũ ad mediũ circulũ huius eẽ. Tertiæ uero spære polos cæterarum quidem stellarum proprios ueneris autẽ atq; mercurii eosdem eẽ ponebat. At calippus positionem quidẽ spærarum eandẽ quam & Eudoxus ponebat.i.ordinem distãtiarum:altitudinem uero stellæ qdẽ Iouis atq; Saturni eãdem quã & ille tribuebat:soli ãt atq; lunæ duas insuper spas addendas esse censebat.Si quispiam ea:q̃ apparẽt debeat assignare.Reliquarum uero uagarum unicuiq; unam:qđ si debeant oẽs cõpositæ ea:q̃ uidenẽ reddere:in unaquaq; stellarum uagantiũ alias spas una pauciores esse:q̃ reuolunt idemq; restituunt positione primã sparã eius stellæ sp:q̃ sub ipsa est collocata necesse est. Hoc .n.pacto dũtaxat uagarum latio stellarũ oia facere põt.Cum igit̃ ex spære in quibus ipsæ ferũtur:aliæ sint octo aliæ.xxv.harum autem eas solas reuolui nõ oporteat:in quibus infima collocata stella deferẽ:ex quidẽ quæ primarum stellarum dua spæras reuoluũt:sex erũt: ex uero quæ posteriorum quatuor stellarum spæras reuoluunt.xvi.erũt.omnes igitur speræ & deferentes & reuoluentes eas.v.erunt & quinquaginta.Quod si lunæ solive quispiã eos nõ addiderit quos diximus motus:omnes spæræ quadraginta erũt & nomem.Multitudo igitur spærarum sit tanta. Quare & si substantias ipsas & principia imobilia atq; etiam sensibilia tot esse existimare consentaneum est rationi:necessariũ.n. iis omittatur:atq; ii dicant qui exactius de hisce disserere possunt.quod fieri non possit ut ulla sit latio quæ non ad lationem stellæ conducit:& insuper si naturam omnem substãtiamq; oẽm passionis expertẽ atq; per se finẽ optimũ esse putare oportet:nulla præter has alia est natura:sed si sit numerus substãtiarum necesse est:nam si sint aliæ: mouent profecto:cum lationis sint finis:at impossibile est præter eas quæ dictæ sunt lationes alias esse.Atq; id ex has quæ feruntur ita esse putare consonum est rationi. Si.n.omne qđ defert eius gratia quod defertur:omnisq; latio cuiuspiam est quod fertur:nulla latio sane aut sui gratia aut per lationem aliam erit:sed ipsarum stellarum gratia:nam si latio lationis gratia erit:& illam alicuius esse gratia oportet.Quare cum ĩ infinitũ profectio nequeant esse lationis sane cuiusq; finis quippiam diuinorum eorum corporũ erit quæ in ipso cœlo feruntur. Atq; cœlum unum esse perspicuum esse uidetur:nam si plures sint cœli perinde ut homines:principium id quod cuiq; accomodatur: spem quidem unum erit:numero autem plura:sed quæ sunt numero plura:ea materiam habent.Vna enim est ratio eademq; multorum : ut hominis.Socrates autem unus est.at quiditas prima materiei est expers:est enim actus:id ergo quod primum mouet:unũ est & ratiõe & numero:nullo modo subiens motũ:& id ergo qđ semp continueq; mouetur unum est solum:unum ergo tãtummodo cœlum est. At uero tradita quædam sunt a ueteribus & uehementer antiquis modoq; fabulæ posterius relicta:deos esse inquam hos & ipsum diuinum totam cõtinere naturam:reliqua uero fabulose iam sunt allata ad persuasinem uulgi:atq; ad usum legum:uitæq; humanæ utilitatem: nam formã hũanam his tribuũt similesq; qbusdam aialium eẽ dicunt.atq; alia cõplura:q̃ ex his emergũt simi-

siacq; sunt dictis, insuper afferre uidentᵉ: a quibus si quispiam primũ illud separauerit so lumq; sumpserit separatũ: primas inquã antiquos illas substantias deos esse existimare putabit diuinæ domos fuisse sane: atq; ut uerisimile ẽ persæpe qđ fieri pôt unaquaq; ar te, sciẽtiaq; inuẽta, cursusq; occidẽte: has quoq; illarũ opiniões usq; ad hãc nostrã tẽpe statem, ueluti reliquias peruenisse cõseruatas fuisse cẽsebit. Opinionibus igiᵉ patriæ: & quæ a ueteribus primisq; nobis est tradita, hoc tantum nobis est manifestum.

Capitulum quintum.

DE ipsa uero mente dubitationes q̃dam existunt: nam oium eorũ quæ uidentur diuinissimum esse uideᵉ. At quonã mõ sese habẽs, ipsa talis erit: quædam diffi cultates existunt. Etenim si nihil intelligit: sed ita sese habet, ut is qui dormit: quid nam ipsius excellens: quid egregium erit. Sin itelligit: huius uero est aliud auctor non est enim id qđ est ipsius substantia intellectio: sed potentia non erit substãtia opti ma: per intellectionem eni & quia intelligit, præstabilitas ipsi nimirũ cõpetit atq; iest. Præterea siue intellectus: siue intellectio sit ipsis substantia: quid intelligit. At enim ali ud quippiam: aut seipsam intelligit: & quippiam aliud, aut idem semper, aut aliud ali udq; intelligit: interest ne igitur, an nihil refert bonũ, an quoduis sine discrimie ullo itel ligat: an & absurdũ est de quibusdam intelligere. Patet ipsum igiᵉ id, qđ diuinissimũ eẽ oiumq; præstãtissimũ intelligere, ac nõ mutari. Ad deterius. n. esset ipsa mutatio: atq; id ipsum iam motio quædam esset. Primũ igiᵉ si non sit intellectio: sed potentia conso num est rõni: cõtinuationem intellectionis ipsi laboriosam esse. Demũ patet aliquid ali ud q̃ mentẽ id esse, quod est præstabilius: ipsum inquã quod intelligiᵉ. Præterea ipsum itelligere ac itellectio ipsi ierit deterrimũ quoq; intelligẽti. Quare si id est fugiẽdũ: præ stat. n. nõ uidere aliqua: q̃ uidere: nõ erit ipsa intellectio id quod est optimũ. Si ipsam er go intelligit, si est optimum oium: atq; intellectio ipsa intellectionis est intellectio. At q scientia, & sensus, & opinio, atq; ratio, sp alicuius esse uideᵉ: quod quidem est aliud sui uero nõ ex ꝓposito: præterea si aliud est intelligere, aliud itelligi: utro duoꝝ istorũ inest ipsi rõ boni. nõ est. n. intellectionis eẽ & eius eẽ qđ intelligitur. An i q̃busdã scientia res est ipsa. In effectricibus qdẽ substantia ipsaq; qditas sine materia. In cõtẽplatricibus ãt ipsa rõ, ac intellectio. In his igiᵉ: quæ materiã nõ habent id, qđ itelligit, intellectusq; ip se, nõ diuersum erit: sed idem & intellectio eius quod intelligitur una. Restat igiᵉ dubi tatio: si id qđ intelligitur sit cõpositum: nã in totius partis intelligendis mutabitur. An id omne est indiuisibile: quod materiam nõ habet. Atq; ut mẽs humana, aut cõpositoꝝ aliquo in tpe sic se habet: sed in quodam toto ipsum optimum habet: quod quidem ali ud est ab ipsa: sic sese habet ipsa intellectio suiipsius omni æternitate.

Capitulum sextum.

COnsiderandum ẽt ẽ: utro nã modo uniuersi natura bonũ ipsum atq; optimum hẽt: Vtrũ separatum quoddam & per seipsum: an ordinem ipsum: an utroq; mõ perinde atq; exercitus: nam bonum ipsius in ordine consistit: & insuper bo num ipsius est ipse dux. Atq; magis: non ẽ enim ob ordinem ipse dux: sed ob ducẽ ẽ ille. Vniuersa aũt sunt aliquo modo: sed nõ similiter ordinata: aquatica: uolatilia: plãtæ: & nõ ita sese habent: ut alteri nõ sit qcq̃ ad alterũ: sed ẽ aliquid plane: nã ad unũ qdẽ uniuer sa sunt ordinata: sed pinde atq; in domo liberis quidẽ minime licet quoduis facere: sed oĩa sunt aut plurima ordinata: mancipia aũt fereq; pauca sane, parũq; ad facietatẽ con ferentia faciunt. Pleraq; uera nihil ad eandẽ conducẽtia agunt: natura nãq; cuiusq; ip sorum tale principium est. Dico autẽ hoc pacto. Oĩa ad segregationẽ uenire necesse

est:& alia ita sunt quorum res oēs ptcipes sunt ad ipsius totius cōstitutionē nō lateant at oportet quæ ipossibilia aut absurda iis eueniūt:q alias dicūt:& quænā asserūt q elegāti us dicūt:& i qbus mini me dubitatiōes existāt. Oēs.n.ex cōtrariis oia faciūt:at neq; hoc ipsum oia:neq; hoc ipsum ex cōtrariis recte dicūt:nec quo pacto ex cōtrariis erūt ea i qbus est contrarietas:dicere qcq̄ ur:pati nanq; a sese mutuo contraria nequeunt:a nobis aūt cū rōne id soluit:ppterea qd' tertium quippiā est. At qdā cōtrariorum alterū numerum faciunt:ut ii qui inæquale æqli aut uni multa supponunt:soluitur autē & hoc eodē modo:materies.n.quæ qdē ē una:nulli prsus cōtraria est. Præterea quoduis aliud præter ipsum unū mali pticeps erit. Ipsum.n.malū elemētorum alterum ē. Cæteri uero neq; pricipia bonū ipsum ac malū faciūt:& tamē in uniuersis bonū ipsum maxie pricipiū esse cōstat. At quidā hoc quidē recte principiū eē dicūt. Sed quonā pacto principiū est nō dicunt. Vtrū ut finis an ut id quod mouent:an uti forma. Absurde & Empedocles censet:bonū enim ipsum concordiā ponit esse. hæc aūt principium ē & ut mouens: cōgregat enī & ut materies:est enim pars ipsius congesti. Q d' & si eidem accidit ut sit principium ut materies atq; mouēs:tamē ipsum esse nō idē erit. Vtro igit' duorum erit cōcordia:absurdū est ēt discordiā nō subire corruptionē censere:hæc aūt apud ipsum est ipsi mali natura. Anaxagoras aūt ipsum bonū principiū:uti mouens esse ponebat: mens enim mouens at alicuius gratia mouet:quare aliud qppiam erit:uerum ut nos ipsi dicemus:est.n.quodāmodo sanitas facultas ipsa medēdi:absurdū est ipsi bono mentiq; con trariorum nō fecisse. Oēs autē q cōtraria principia ponūt:contrariis ipsis non uti uidētur:si quispiā nō neglexerit:sed diligētius sentētias illorū pspexerit. Nemo præterea cur aliæ rerum intereunt aliæ nō intereunt dicit. Res.n.uniuersas eisdem ex principiis faciunt. Præterea quidā ex eo quod non est ea quæ sunt fieri dicunt. Q uidā ne idipsum dicere cogātur:unū omnia faciūt. Præterea nemo cur semp erit generatio & quænā sit generationis cā dicit. At q tā ii q principia duo faciūt:q̄ ii qui formas afferūt:aliud pricipiū magis principiū ponāt necesse est. Q uonā pacto res aut fuerūt aut sunt illorum participes:& cæterorum qdē sniā sapiētiæ ipsiq; sciæ præstabilissimæ contrariū qppiā esse necesse est. At nobis id euenire non pōt:nihil est.n.contrariū ipsi prio:oia nāq; contraria materia habent:& hæc potentia sunt. Ignoratio uero cōtraria ad ipsum contrarium est. At ipsi primo cōtrariū nihil esse ur. Præterea si nō sint alia præter res ipsas sensibiles:non erit principium nec ordo nec generatio nec ipsa ēt corpora cælestia erunt. Sed semp principii pricipiū erit ut theologis omnibusq; naturalibus accidit. Si uero sint formæ uel numeri nullius prsus rei causæ erunt. Q d' si ita non sit. At saltem nullius erūt cā motionis:præterea quō ex hisce quæ sunt exptia magnitudinis: magnitudo cōtinuūq; emergere pōt. Numerus.n.neq; ut mouēs neq; ut forma continuū faciet. At uero nihil cōtrariorū erit:qd' effectiuū erit atq; motiuū:pōt.n.nō esse: at agere potentia posterius est. Nō ergo ppetua sunt ea quæ sūt:at sunt ergo aliquid horum tolendū est. Dictū ē aūt quo pacto actū potentia antecedit:præterea quō sunt ipsi numeri unū:aut aia & corpus aut oino forma & res nemo dicit:neq; dicere pōt:nisi dixerit pinde atq; non dicimus:id qd' mouet hocipsum facere. Q ui uero numerū mathematicū primū & ita semp aliam substantiam deinceps herētem:& alia cuiusq; principia esse dicunt. Aduenticiam profecto faciūt ipsius substātiam uniuersi:nihil.n.aliā ad aliā substantiā siue sit siue nō sit conferre sane uidetur:& insuper principia multa:at ea quæ sunt male gubernari nolunt:multos principes esse bonum non est. Vnus ergo sit princeps.

Aristotelis liber primæ philosophiæ ultimus explicit.

Præfatio Ioannis Argiropili bizantii. de libris Aristotelis de anima ad præstantissimũ uirum Cosmam medicem florentinum.



Oannes Argiropylus bizãtius Magnifico uiro Cosmæ Medici. S. p. dicit hominem ut te non præterit magnifice atque honoratissime Cosma: non sua fortuito causa procreauit. primum enim. Ignorationem sine dubio secundum stultitiam temeritatemue procreantis nimirum significasset ac indicasset. Quibus quid ab omniũ præstabilissimo magis exterminandum esse uidetur. Quod si neque forte neqꝫ frustra fabrum quidem annullum: figulum autem olulam unquam confecisse, fecisse que dixerimus: modo mentis integræ saneqꝫ simus: qui fieri potest: ut iis animaduertendi diiudicandiue uis ulla: iure tribueretur: qui nec animaduersum atqꝫ prospectum eẽ: nec ob finem quemquam hominem ab effectrice rerum omniũ causa cẽsuissent. Omitto breuitatis causa cætera: naturæ uim: artis imbecillitatem: primæ nobilitatem mentis. Infinitasqꝫ uires: ac opificis huiusce tenuem admodum exiguamqꝫ conditionem. Quibus perspicitur: eo non fortuito: nõ frustra: magis hominẽ ortum esse: quam annulum. Olulamqꝫ quo tã orti naturaqꝫ rebus omnibus deur præest. Sed si res eas tãtũ animaduertere uoluerimus: ex quibus homo primo conficitur: facile sane rei quam adeo miro naturæ calidissimoqꝫ artificio frabicata ẽ: ut nihil sit oĩo qđ aut addi aut mutari aut detrahi possit. Excogitatur animus ipse uires eius. præterea muneraqꝫ præuestigẽtur: quæ quidẽ tum multa: tum uaria diuersaqꝫ sunt: tum ordinem talem iter sese subeunt: ut gradu quodam sineqꝫ interuallo aliud excedat aliud: ac comitetur. Etenim in homine complures esse uariasqꝫ uitas: ob animi munera uiresqꝫ cõplures non dubitamus assere: quã quam unum idipsum est: cui talis uarietas attribuitur uitæ. Nam homo nutritur: Incrementa suscipit: procreare põt: sentit: resqꝫ sentiendo dissimillimas cõpræhendit: calorem inquam: saporem: odorem: sonum: colorem: seipsum motu ciet interiore & suo. Quid plura. Ipsa quoqꝫ mentis uiuit conditione. honestũ percipit: rem familiarem constituit: ciuitatem gubernat: ueritatem discernit: deniqꝫ rerum omnium suiqꝫ cognitionem consequitur: ac tandem ipsum omnium profectissimum deum inspicit: eiusqꝫ summa subtilitate cognitionem complectitur. Quæ cum tam multa tanqꝫ mirabilia sint: ordineque miro conficiantur: quis unquã sanæ mẽtis fortuito talem aut frustra dicet hominẽ natum ortumqꝫ fuisse. Equidem cum hæc animaduerto: admirari uehementer soleo primæ uires ac sapientiam mentis: quæ quidem non solum segregatam a corpore mentẽ: neqꝫ uacantem naturam anima procreauit: neqꝫ sensum rationis expertem: sed mentem quoque cum ipso sensu corporisque mole coniunxit. Quod sane non modo non fortuito frustraue: sed neqꝫ sine prudẽtia summaqꝫ uiribusqꝫ immẽsis fieri potest. Quorsum igitur hæc pergunt. Vt inde statim emergat ac patefiat: & eos qui se minimum neglexere lucem hanc mala fortuna frustra uidisse: & te summo studio fatoqꝫ fœlici consecutũ esse res omnis eas: ob quas assequendas natura talis oritur homo. Et eo iam esse profectum atqꝫ deductum: ubi tandem natura calcem humani cursus præmiaqꝫ collocauit ac constituit. Nam & utrunqꝫ finem homines es adeptus una cum uniuersis externis bonis: quæ cum absunt obfuscare quodammodo beatitudinem solent: & omnium hominum cõmuni sñia primas iter omnis obtines partes: atqꝫ adeo ut nemo sit homo: cedat mõ liuor iniquus omnisqꝫ temeritatis: qui quidem hæc ætate post habita: non cõferẽdũ te cũ iis hoĩbus censet: quorũ usqꝫ adeo fama celebratur & gloria: ut nõ bonorũ hoĩum:

sed deorum honores nõ iniuria cõsequi uideant. Quid.n. boni non in te summum intueri licet. Quis actus exercendus uirtutis non supremus abs te fieri continueq; uidetur. In est tibi profecto summa prudentia: quare cunctis uirtutibus tuus animus est imbutus. Adsunt tibi facultates abunde: omnis affluentia prosperitasq; fortunae: quare cũcti uirtutum actus abs te semper proficiscuntur: neq; liberalitatis minus magnificentiaeue quicq̃ efficitur minus: inest tibi praeterea ueri prespiciendi summa uis & facultas: quare pars altera mentis id est adepta profecto: quo rerum contemplatur: cum libet perspicitq; naturas. Finem igitur utrunque complexus aes humanae naturae: ob quem homo talis a sua causa sicuti diximus procreatur. In lucemq; uenit. Quamobrem te nunc fortunatum te nunc foelicem te nunc beatum appellare non immerito sine formidine licet. Et si soloni fortasse non placet: qui quidem sine dubio si nunc adesset teq; iam foelicitatem humanam hoc pacto consecutum uidisset: mutata statim sententia: ter te foelicem ante uitam exactam quater terdixisset beatum. Est enim iniquum: eum non in uita foelicem esse putare: qui foelicitatem es consecutus: summum inquam: hominis bonum fixum atq; perpetuum: quod quidem nulla ui prorsus: nulla temeritate fortunae unq; expirare dissoluiq; potest. Haec cum ita sint constetque foelicem perinde at deum inter homines esse: quibus te nos o uir foelix hominibus quibus muneribus afficiemus ac prosequemur. Nam & offerenda sunt omnino munera tibi: & in offerendis muneribus adhibenda est diligentia: ut honestas: ut decorum: ut dignitas conseruetur: patet igitur atq; offerat quisq; tibi quod sibi magis uidetur ad conseruandum decorum accedere. Mihi semper ea tibi sunt offerenda quae iampridem accomodata esse dignitati tuae putaui quaeq; offerre istitui: partimq; obtuli: genere quorum nihil tibi pfecto gratius: nihil carius: nihil iucundius: nihil deniq; accomodatius esse potest. Quid enim uir animi magni sibi oblatum magnifaciet unquã praeter res eas quae cõtinuo suapte natura: sineq; interuallo ad ipsam assequendam humanam ducũt foelicitatem: qua quidem nihil omnino praestabilius homini posse contingere putat: post librum itaq; Aristotelis naturalis auditus causa tua traductum tibiq; oblatum librum eiusdem de anima traductum nunc offero: praeclarum & ipsum ut scis admirabile opus. Quod quidem eo caeteris operibus naturalibus antecellit: quo scientia animae mẽtisq; humanae cognitio omni scientiae naturae cognitioniue praeest. Hinc hominis sane natura perfecte perspicitur: hinc cognitionis lumen humanae notum euadit: hinc scientia naturalis exactius: hinc moralis philosophia tota percipitur: hinc & immortalitas animae demonstratur: & mẽtes a corporibus esse separatae probantur: & philosophia prima suae processionis exordia sumit. Accipe igitur & hunc librum a me tua traductum ut dixi causa foelix & studio tibi per lege consueto inuenies saltem ut puto nũc faciliores. Illas omnes sententias cognitu: quas probscuras olim interpetrandi modus ille sinplex reddebat. Vale & si quid tibi gratum. Si quid iucundum hoc pacto subministramus id omne uinculo beniuolentiae tribuas uelim: quod quidem me uirtutum a motorem tibi studiosissimo ut par erat uehementer coniunxit.

Finis prohoemii.

Aristotelis de anima Liber primus incipit. Io. Argiropylo Bizantio interprete.

Exordium..



Vm omnem scientiam rẽ esse bonam arbitremur ac honorabilem:& aliã alia magis ex eo talem esse putemus:quia uel exactior est:uel rerũ ẽ eaꝝ quæ magis præstabiles magisq; sunt admirabiles:sciẽtiam animæ nimirum ob hæc utraq; nõ iniuria ponendam in primis esse censemus. Videtur autẽ & ad ueritatem omnem ipsius animæ cognitio uehementer conferre:& maxime ad ipsius naturæ scientiã. Est.n. anima quasi principium omnium animalium. Atq; prespicere cognoscereq; naturam eius & substãtiam quærimus:deinde ea quæ circa ipsam accidunt:quorũ quædã affectus ipsius esse proprii. Quædã aialibus ẽt per ipsam iesse competereq; uidetur. Verũ eni omni ex parte:atq; omnino difficiliũ est:fidẽ aliquã de ipsa tãdẽ accipere. Nã cũ hæc quæstio cõmunis sit etiam cum aliis rebus cõpluribus:d: substantia dico & quid est:unus cuipiam fortasse modus:una uia quædam esse uidetur:qua cognoscere quidnam sit unaquæq; possumus rerum:quarum substantiam percipere uolumus:& perinde atq; modus unus est isce:quo ꝓprii rerum demonstrãtur affectus. Quapropter quærẽdum est:quænam sit illa uia: quis ille modus unus:quo rerum substantiæ percipi possunt. Quod si non unus q̃dam atq; communis sit ille modus. Lõge difficilior ipsa pertractatio fit. Oportebit enĩ de unaquaq; rerum accipere: quis ad unamquãq; modus accomodabitur. Si uero pateat illum demonstrationem uel diuisionem uel etiam quendam alium modum esse. Complures insuper difficultates erroresq; emergunt:in iis exquirendis e quibus uniuscuiusq; conficienda est diffinitio. Aliarum nãq; rerum alia principia sunt ut numerorum superficierumq;. Primum autem fortasse necessarium ẽ diuidere atq; accipere: in quonam generum collocet̃ quidq; sit anima. Vtrum sit substantia an in qualitate uel in quantitate uel in alio quodam prædicamentorũ genere collocetur. Deinde per uestigandum est utrum eorum subeat rõnem:quæ potentia sunt: an potius quidam se actus. Non.n. parum interesse uidetur. Considerandum est præterea:si partibilis sit nic ne. Et utrũ eiusdem sit anima speciei:omnis:utrũ specie tãtũ an ẽt genere differat. Nũc enim ii qui dicũt atq; quærũt de anima: de humana tãtũ quærere perscrutariq; uidẽtur

At cauendum est ne nos prætereat:utrum una sit eius ratio ut animalis an uniuscuiusq; sit alia ratio:ut equi:canis: hominis:dei. Animal autẽ uniuersale aut nihil est aut posterius est:& quicquid itidem aliud communiter prædicatur. Præterea si non plures sint animæ:sed partes:utrum animam totam:ĩ partes quærere prius oporteat. Difficile autem est id quodq; determinare: quæ nam inquam partes a quibus diuersæ sint. Et utrum ipsas partes an ipsarum partiũ operationes prius quærere ꝑscrutariq; oporteat ceu intelligere an intellectiuũ: & sentire an sentitiuum:& eodẽ modo de cæteris. Quod si operationes sint exquirendæ prius:rursus profecto quispiam dubitabit:si opposita prius sint inquirenda:ut sensibile prius quam sentitiuum:& itelligibile quam intellectiuum. Non solum aũt ipsius quid est cognitio conferre uidet̃ ad perspiciendas eorũ causas accidentiũ:quæ per se substãtiis:ut in mathematicis confert. Quid est rectũ & quid curuũ uel quid linea quid superficies ad cognoscẽdum quod rectis anguli triãguli sunt

guli sunt aequales. Nam ipsum quid est: omnis est principium demonstrationis: sed ecõ uerso etiam accidentia magnam afferunt opem ad illud percipiendum. Nam cum per imaginationem de accidentibus aut omnibus aut pluribus reddere possumus: tum aliquid etiam de substantia dicere poterimus optime. Quare patet eas omnis diffinitiones disserendi modo uaneque dictas & assignatas esse: quibus non fit: ut accidentia percipiantur: aut de ipsis coniectura facilis habeatur. Est etiam de affectibus animae dubitatio: utrum omnes communes sint cum eo quod habet animam: an sit & ipsius animae proprius aliquis: hoc enim ipsum accipere quidem necessarium est: non tamen accipi facile potest. Atque plurimi sunt: quorum sine corpore nullum aut agere: aut patiuidetur. ut irasci: confidere: cupere omnino sentire: maxime autem ipsum intelligere proprio simile est. Quod si hoc etiam imaginatio sit quaedam aut sine imaginatione non sit: nec istud esse sine corpore potest. Si igitur operationum animae uel affectuum aliquis proprius sit ipsius: fieri potest ut ipsa anima saperetur. Sin uero nullus sit eius proprius: non separabilis est: sed est de ipsa perinde atque de recto: cui multa quidem ut recto est competunt: ueluti puncto pilam aeneam tangere: non tamen ipsum unquam separatum tanget. Est enim inseparabile quippe: cum semper aliquo cum corpore sit.

Videntur autem & omnes affectus animae cum corpore esse: ira mansuetudo timor misericordia confidentia gaudium odium denique atque amor. Nam una cum his ipsum corpus aliquid patitur. Quod quidem ita esse ex eo patet. Interdum enim non irascuntur neque timent: etiam si se uehementes ipsis manifestaeue causae offerant: Interdum a paruis quibusdam mouentur atque exiguis: si feruet concitaturque corpus & per ide se habet atque cum afficitur ira. Hoc magis ex eo patet: qa nõnulli nulla re penitus accidente: quae quidem possit terrere: nulloque imminente periculo: ut ii qui metuunt perturbantur ac afficiuntur timore. Quae si ita sint: patet affectus rationes esse materiales. Quare & diffinitiones ipsorum sunt tales: irasci nanque motus quidam talis est corporis aut partis: aut potentiae: ab hoc huius gratia. Iccirco naturalis ẽ de anima uel omni uel tali considerare. Diuerso autem modo naturalis & disserendi artifex unumquodque ipsorum diffiniet: nam alter iram appetitionem eẽ dicet doloris uicissim aduersatio inferendi: aut aliquid tale: alter sanguinis aut caloris eius qui circa cor ẽ feruorem ebullicionemue: atque alter materiem: alter formam hoc pacto reddit & rationem. Haec enim est ratio rei quam necesse est si fuerit in tali materia esse. Sic enim & domus assignari diffinitio solet: nam quidam talem eius rationem assignat esse: dicens tegmentũ quod quidem prohibere propulsareque potest incõmoditates eas: quae tum a uentis: tum ab imbribus: tum etiã ab aestu fieri euenireque solent. Quidam dicit lapides esse lateres atque ligna: at alius formam in hisce ponit horum dicendo gratia: quis igitur istorum ẽ naturalis. Is ne qui materiam assignat & rationem ignorat: an is qui solam rationem reddit & materiam ipsam amittit: an is potius qui utranque complectitur. At illorum uterque quis est. At enim constat neminem esse: qui circa materiae uersetur affectus non separabiles: & ut non separabiles sunt praeter ipsum philosophum naturalem. Etenim naturalis circa omnia ea uersatur: quae talis corporis talisque materiei sunt operationes atque affectus. Circa autem ea quae talia non sunt: non naturalis sed alius solet uersari. Atque de nonnullis quidem considerat: si forte fuerit artifex: faber inquam: uel medicus. De his autem quae separabilia quidem nõ sunt: attamen non ut affectus corporis talis: sed abstractione sumuntur: mathematicus. At ea quae sunt separata: & ut talia sunt: ipse primus philosophus contemplat. Sed eo redeundum est: unde nostra defluxit ora-

tio. Dicebamus autem affectus animæ esse inseparabiles ab animalium naturali materia ut tales sunt: & non ut separetur linea superficiesq; sic irã & metum a subiecta sibi materia separari.

Capitulum primum.


Erum enimuero necesse ẽ considerantes de Anima: & de his dubitantes ac ambigentes quæ nos oportet procedentes inuenire atq; percipere: in medium eorum antiquorum afferamus opiniones: qui de anima tractarunt aliquid atq; dixerunt: ut ea quidem accipiamus quæ bene sunt dicta: ob his autem caueamus quæ non bene recteq; dicta fuere. Initium autem inquisitionis hoc erit profecto congruum: si prius posuerimus ea quæ maxime uidentur animæ competere suapte natura. Animãtium itaq; duobus his ab inanimato maxime differre uidentur motu ac sensu. A maioribus etiam nostris hæc duo fere de anima accipimus. Inquiunt enim nonnulli animã id esse: quod maxime primoq; mouet. Atque existimantes fieri non posse ut id aliud quicquam moueat quod non moueatur: animam unum quid eorum esse putarũt quæ motu cientur. Quocirca Democritus ignem atq; calorem ipsam censuit esse: nam cum sint infinitæ figuræ ac indiuidua corpora rotunda dicit ignem & animam esse. Hæc indiuidua corpora similia corpusculis iis esse quæ in aere fieri uidentur: in ipsis inquam radiis quæ per fenestram ingrediuntur: & rerum elementa generandaru᷑ seminaq; totius esse naturæ dixit. Eadem & Leucippus ille censebat. Horum igitur corporum ea q̃ sunt rotunda ignem ac animam asserunt esse: propterea quod maxime omnium figuræ tales totum corpus ingredi penetrareq; possunt: atq; cætera mouere cum moueantur & ipsa. Arbitramur enim animam id esse quod motũ animalibus præbet. Quapropter & respirationem uiuendi rationemq; atq; causam esse putant. Nam eo quod continet contrahente corpore comprimenteue ad extrudẽte figuras eas quæ præbent animalibus motum: quia nec ipse unquam quiescunt succursum auxiliumq; respiratione fieri dicunt: ingredientibus aliis figuris similibus: quæ quidem egredi prohibent ipsas quæ animalibus insunt: id repellendo quod contrahit atq; præmit: & eousq; uiuere animalia quosq; id facere possunt. Videtur autem & id quod a nonnullis pythagoricis diciur eandem habere sententiam. Quidam enim ipsorum ea corpuscula quæ agitantur in aere: quidam id quod illa mouet ac agitat animam esse dixerunt: propterea quod continue moueri uidentur: etiam si nullus uentus penitus afflet. Eodem feruntur & ii q̃ dicunt animam id esse quod seipsum agitat motu: etenim omnes ii motum uidentur putasse maxime proprium esse animæ: & alia quidem uniuersa per animam: hanc autem a seipsa moueri: quia nihil uidebant mouere quod nõ moueatur & ipsum. Similiter & Anaxagoras id quod mouet animam esse dicit. Et si quis alius censuit uniuersum mẽtem mouisse: non tamen perinde penitus atq; Democritus: is enĩ animam & intellectũ simpliciter idem esse putauit: etenim id quod uidetur uerum esse dicebat. Quocirca recte dixisse inquit homerum hectora iacere alia sapientem. Non igitur ut potentia quadam circa ueritatem utitur mente ac intellectu: sed idem esse animam dicit & intellectũ.

Anaxagoras autem minus de ipsis explanat. Multis enim in locis boni rectiq; mentem causam esse dicit. Alibi autem anima in ipsam mentem esse asserit: nam animalibus uniuersis tam paruis quam magis: tam præstabilibus qua minus etiam præstabilibus mentem inesse dicit. At ea mens tamen & intellectus cui prudentia tribuitur non uniuersis similiter animalibus: quin etiam neq; cunctis hominibus iesse uidetur. Omnes igit̃ ii qui ad animantis respexere motum: maxime motuum animam esse putarunt. At qui

cognitionem animaduerterunt ipsius ac sensum quibus res cognoscit & sentit: ii dicũt animam ipsam principia rerum esse: At qui plura pricipia: qui uero unũ idipsum animam esse censent. Empedocles enim ex elementis quidem uniuersis ipsam constare censet: tamen & unũ quodq; istorum animam esse putat. Dicit enim.

Terram nam terra lympha cognoscimus aquam.
Aetheraq; æthere sane: ignis dignoscitur igne.
Sic & amore amor: ac tristi discordia lite.

Eodem & plato modo animam in Timæo ex elementis constare censet. Simili nãq; eius quoq; sententia cognoscitur simile: & res ipsæ ex principiis sunt. Similiter determinatum est ob eodem & in hisce quæ de philosophia dicuntur. Animal quidem ipsum ex ipsius unius idæa formaue: & ex longitudine prima & latidine profunditateue constare. Cætera uero simili modo. Insuper & alio pacto: intellectum quidem esse unum ipsum. Ipsa uero duo scientiam. Est enim ipsa tantum ad unum processio. Superficiei præterea numerum. Opinionem solidi sensum: nam numeri quidẽ formæ ipsæ & pricipia dicebantur: Sunt autem ex elementis. Res uero partim intellectu partim sciẽtia partim opinione partim sensu diiudicantur ac discernuntur. Atq; hi nũeri formæ sunt rerum. Cum autẽ anima motiuũ & cognitiuũ sit quidam utrũq; complexi sunt: atque aiam numerũ esse seipsum mouentẽ asseruerũt. Oẽs tamẽ de pricipiis quæ & quot sunt: inter sese dissentire uidenť: atq; maxime quidẽ ii qui corporea putant esse: ab hisce dissentiunt qui incorporea ponunt. Minus autem ab iis qui composuerunt: & ex utrisq; principia rerum assignauerunt. Dissentiunt ẽt & de multitudine eorundẽ. Quadã eni unum quidam plura principia dicunt esse. Atq; ut de principiis senserunt: sic de anima ẽt determinauerunt. Non enim abest a rõne: in primorum natura mouendi causam collocare. Quapropter ignis quibusdã esse uidetur. Is enim subtilissimarum est partium: & longe magis q̃ elementa cætera incorporeus. Mouetur insuper: & cætera primo mouet. Democritus autem & subtilius dixit: cum assignauerit cur ẽ istorum utrũq;. Dixit enim animã quidem mentemq; idem esse: hoc aũt ex ipsis primis atq; indiuisibilibus corporibus esse. Atq; partum quidem subtilitatem mouere: ob figuram uero moueri. Figurarum autem omnium nobilissimam figuram rotundam. Anaxagoras asserit talemq; esse intellectum & ignem. At Anaxagoras uidetur quidem aliud animam: aliud intellectum mentemue dicere: quemadmodum & antea diximus. Vtitur tamen utrisq; perinde atq; una natura: uerum mentem principium maxime omnium ponit. Solam itaq; rerum omnium ipsam simplicem & non mixtam & puram esse sinceramq; dixit: atq; eidem principio hæc utraq; tribuit: cognitionem inquam & motũ dicẽs uniuersum mentem esse. Tales etiam uidetur ex hisce quæ tradita memoriæ sunt motiuum quoddam animam ipsam esse putasse: si quidem dixit magnetem habere animã: quia mouet trahitq; ferrum. Diogenes autem sicut & alii quidam aerem ipsam censuit esse: hunc subtilissimæ substantiæ rerumq; principium esse putans. Iccirco cognoscere atq; mouere animam dixit. hoc quidem cognoscere: quo primum est: & ex hoc ipso cætera constant: hoc autem esse motiuum: quo subtilissimũ est. Heraclitus quoq; principium ait animam esse. Quippe cum exalacionem esse: ex qua cætera dicit cõstare: & maxime incorporeum esse & semper fluere dicat atq;: id quod mouetur ab eo quo motu cietur cognosci constat. Moueri autem res uniuersas & ipse & alii complures arbitrabantur. Simili modo: & Alcmæon de anima putasse uidetur. Dicit enim ipsam immortalem esse ex eo: quia similis ipsis imortalibus est. Quod quidem ideo dixit ipsi

cōpetere:quia semper mouetur. Mouentur enim & res omnes diuinæ continue semper: luna inquam:sol:stellæ:totumq; cœlum. Quidam & magis importuni aīam aquam esse dixerunt:ut Hippo, qui quidem ad hanc sentētiam ratione seminis uideturr esse cō pulsus:quia omnium semen humidum est:eteni redarguit eos qui sanguinem animā asserunt:quia semen sanguis non est. Sunt & qui sanguinem ipsam esse dixerunt:ut Critias. Sentire ipsum maxime proprium animæ esse putantes: quod quidem competere propter naturam sanguinis crediderunt. Ita omnia elementa præter terram iudicem habuerunt:hanc autem nemo tribuit animæ:nisi quispiam dixerit ex omnibus elementis constare aut omnia esse. Vt igitur in summam omnia redigamus:tribus his omnes: animam:motu:sensu:incorporeoq; diffiniunt:quorum unumquodq; reducitur ad principia rerum:ut patuit. Quapropter & ii qui cognitione diffiunt animam:aut elementum:aut ex elementis faciunt ipsam:similiter omnes præter unum dicentes. Inquiunt enim simile simili sibi cognosci. Atq; cum uniuersa cognoscat ac percipiat anima:ex uniuersis rerum principiis ipsam constare dicunt. Quibus igitur placuit unā causam, elementumq; unum ponere rerum:ii animam etiam unum, uelut ignem:aut aerem esse ponunt. Qui uero plura rebus principia tribuunt:ii plura quoq; dicunt animam esse. Solus autem Anaxagoras mentem passione uacare dicit:& nihil prorsus cum cæteris habere commune. Verum cum talis sit:Quonam pacto cognoscet:& quā ob causam. Neq; ille dixit:neq; ex dictis perspici potest. At uero qui contrarietates in principiis faciunt:ii conficiunt animam etiam est cotrariis. Qui uero tantum alterum ponunt cō trariorum:calidum inquam, aut frigidum, aut aliquid aliud huiuscemodi:ii similiter & animam unum istorum asserunt esse. Quapropter & nomina ipsa sequuntur. Nam ii qui calidum esse dicunt:inde iquiunt ipsum uiuere ductum nominatumq; fuisse. Et ii rursus qui frigidum esse censent:animam inde nuncupatam ob respirationem & refrigerationem asserunt esse. Hæc igitur quæ de anima tradita sunt a maioribus nostris: & hæc sunt causæ ob quas illi talia de ipsa dixerunt.

Capitulum secundum.



Onsiderandum est autem primum de motu. Nam fortasse non solum falsum est substantiam animæ talem esse qualem ii dicunt:qui animam id asserunt esse quod seipsum mouet, aut mouere potest:sed etiam unum id esse quoddā uidetur eorum, quæ nequeunt esse:motum inquam ipsi inesse atq; competere. Non necessarium igitur esse:id omne moueri quod mouet: olim iam diximus & probauimus. Cum autem omne quod motu cietur dupliciter moueatur:aut enim per aliud, aut per se mouetur. Per aliud autem id omne moueri dicimus:quod est in eo quod motu cietur ut nauigantes:hi nanq; non perinde atq; nauis mouentur:hæc enim per se mouetur:illi motu cientur:quia sunt in eo quod motu cietur:quod quidem ita esse patet in partibus: motus enim proprius pedum, est ambulatio:qua mouentur & homines: tunc autem hisce motus non inest:ut patet in nauigantibus. Cum igitur id quod mouetur:ut diximus:Bifariam dicatur moueri. Consideremus nūc oportet de aīa: si per se moueatur, motusq; particeps sit:cū igiť q̄ttuor sint motus:Latio, Alteratio, atq; accretio decretio: aut istorum uno:aut pluribus:aut omnibus: ut patet mouebitur. Quod si non per accidens moueatur:natura sane motus in erit ipsi. At si hoc sit:locus etiam eidem identidē competet. Omnes enim iam dicti motus in loco sunt. Quod si substātiæ sit animæ seipsam motu ciere:non per accidens inerit ipsi motui, ut inest albedini, aut tricubito.

Mouentur enim & ipſa uerum per accidens:quippe cum corpus id moueatur cui res ta-
les inſunt.Quapropter & locus nullus ipſorum eſt.At erit animæ ſine controuerſia lo-
cus:ſi natura motus particeps eſt. Præterea ſi natura motu cietur:ui quoque moueri
poteſt:& ſi mouetur:& natura moueri poteſt.Eodem modo de quiete quoq; dicere poſ-
ſumus:in hoc enim natura res quieſcere ſolet :in quod ſuapte natura mouetur .In hoc
pari modo ui plane quieſcit:in quod ui pulſa mouetur.At qui motus erunt animæ uio-
lenti quieteſue.Neq; ſi fingere uolumus : aſſignare facile poſſumus . At uero ſi ſurſum
mouebitur ignis:ſi deorſum terra:hiſce nanq; corporibus hi motus competunt:eadem
eſt & de mediis corporibus ratio. Præterea cū uideatur anima corpus mouere ; ratio-
ni conſentaneum eſt iis motibus ipſum mouere quibus & ipſa mouetur . Quod ſi id
ſit cōuertendo uere quoq; dicere poſſums:eo ipſam motu cieri:quo mouetur:& corpus:
at latione corpus mouetur.Quare mutabitur& anima peride atq; corpus: & aut tota
aut partibus locū mutabit: quod ſi id fieri poteſt:fieri quoq; poteſt ut egreſſa rurſus cor-
pus ingrediatur .Ex quo fiet ut animalium ea quæ mortem obierunt reſurgant. At
enim motum per accidens ab alio quoq; mouebitur. Animal enim ui pelli poteſt : non
autem oportet cuius in ſubſtantia ineſt a ſeipſo moueri . id ab alio motu cieri ; niſi per
accidens quemadmodum neq; quod per ſe uel propter ſe bonum ē id per aliud opor-
tet aut gratia cuiuſpiā eſſe. Animam autem ſi mouetur a ſenſibilibus maxime cuiſpi-
am dicet moueri.At uero ſi mouet ſeipſam anima :& ipſa quoq; mouetur. Quare cum
omnis motus exitus atq; remotio ſit eius quod motu cietur:ea ratione quā motum ſubi-
it anima nimirum ex ſubſtantia dimouetur & exit:niſi ſeipſam per accidens moueat:at
motus ut inquiunt ſubſtantiæ eſt ipſius per ſe. Quidam autem aſſerunt animam id
corpus in quo eſt eodem mouere modo quo & ipſa mouetur.ut Democritus qui quidē
perinde atq; Philippus comicus dicit ille nanq; dædalum ait ligneam uenerem confe-
ciſſe quæ motu mouebatur argenti uiui:quod in illam infudit.Et Democritus pari mo-
do pilas indiuiſibiles ſecum trahere corpus totum atq; mouere dicit ex eo: quia nunq̄
ipſæ quieſcunt ſuapte natura deſinuntq; moueri.Nos autem ipſum interrogabimus:ſi
quietem etiam idipſum faciat nunq̄.At quonā pacto quietem faciet:difficile eſt dictu
uel potius dici non poteſt.Omnino autem anima non ſic mouere uidetur animal ut in-
quiunt ipſi:ſed electione quadam intellectiōeue. Eodem autem modo Thimæus eti-
am animam corpus mouere dicit. Mouere enim ipſam ex eo cenſet atq; aſſerit corpus:
quia mouetur propterea quod ad ipſum connexa eſt.Opifex enim dicit ex elementis iā
conſtitutā : numeriſq; diſtinctam ſonoris:ut inſitum ſonoritatis atq; concentus habeat
ſenſum:& uniuerſum feratur conſonis lationibus rectitudinem coegit atq; flexit in cir-
culum.Et cum unum in duos diuiſiſſet circulos duobus i pūctis coniūctos: rurſus unū
in ſeptem orbes diuiſit:quoniam lationes ipſis cœli motiones ſunt animæ quibus ip-
ſa mouetur. Primum igitur non recte dicitur animam magnitudinem eſſe:nam ani-
mam uniuerſi talem ipſe uult eſſe:qualis eſt ea quæ mens & intellectus uocatur . Non
qualis eſt ſenſitiua:nec qualis eſt ea quæ eſt pricipium cupiendi:quippe cum harū mo-
tus non ſit ut patet conuerſio. Intellectus autē unus eſt & continuus perinde ac in-
tellectio. Intellectio uero eſt ipſius intellectus conceptio.Sed hi nimirum unum hoc
ſunt:quod alius deinceps poſt alium eſt:uti:numus:ſed non uti magnitudo. Quo cir-
ca nec intellectus hoc pacto continuus eſt:ſed aut partibus penitus uacat aut non ē ut
magnitudo continuus atq; ſi magnitudo ſit:quonam pacto quamcunq; ſuarum intel-
liget partiū:ſiue illæ ſint magnitudines:ſiue etiā puncta:ſi hæc quoq; partes appellare

oporteat. Nam si puncto puncta uero sunt infinita: nunq̃ pertransibit ut patet: sin magnitudine sæpius uel infinities idẽ itelliget. At uidetur & semel intelligere posse. Quod si sat est quamuis partium tangere. Quid oportet aut orbe uersari aut omnino magnitudinem ipsum habere. Quod si necesse est ipsum intelligere toto tangentem circulo: quis est ipsarum partium tactus. Præterea quonã pacto uel partibili partibile uel impartibile partibili ipse intelliget: Necesse est autem intellectum esse circulum hunc. Intellectus nanq; motus intellectio est. Circuli uero conuersio. Si igitur intellectio conuersio est: & circulus is intellectus erit profecto cuius talis conuersio intellectio est. Quod præterea semper intelliget. Oportet enim ipsum aliquid intelligere semper: quippe cũ conuersio sit perhennis atq; perpetua: nam constat intellectionum rerum earum quæ cadunt sub actionem terminos esse ac fines. omnes enim alicuius sunt gratia: contemplatiue quoq; rationibus idemtidem animantur. Et rationum aliam diffinitionem aliam demonstrationem esse patet: demonstrationes autem & ex principio sunt: & finem habent quodammodo ratiocinationem: aut conclusionem. Quod si non terminantur: at saltem non ad pricipium redeunt: sed medium extremumq; semper sumentes recta proficiscuntur. At conuersio rursus ut patet ad principium redit atq; reflectitur. Diffinitiones etiam finitæ sunt omnes ac terminatæ. Præterea si sæpius eadem conuersio fit: idem sepius intelligere oportebit. Præterea intellectio quieti magis & statui: q̃ motui similis esse uidetur. Eodem modo & ipsa etiam ratiocinatio. At qui neq; beatum id est: quod non est facile sed uiolentum ut patet. Quod si motus non sit ipsius substãtia: præter naturam sane mouebitur: laboriosum est etiam coniunctum esse cum corpore: neq; absolui ab eo posse: & insuper maximopere fugiendum. Quippe cum melius sit intellectui non esse cum corpore: quemadmodum & dici solet & complures plane consentiunt. Causa præterea qua cœlum cõuertitur: non uidetur: ex dictis illis emergere. Neque enim animæ substantia causa est conuersionis sed per accidens hoc modo mouet: neq; etiam corpus: sed anima corpori potius causa est motionis: at neq; dicitur ita melius esse: & tamen oportebat ideo deum animam orbe uersari facere. Quia melius est ipsi moueri q̃ stare: & hoc pacto moueri quam alio modo. Verum enim cum huiusce modi consideratio magis aliis accomodetur sermonibus: eam nunc omittamus: illud autem absurdum euenire uidetur tam huic sententiæ quam etiam compluribus aliis quæ dicuntur de anima. Etenim coniungunt quidem animam cũ corpore: ponuntq; ipsam in eo: & tamen nihil prorsus determinãt: quam ob causam & quo modo sese habent corpore. Quod tamen necessarium esse uidetur. Nam ob propinquitatem hoc quidem agit: illud patitur: & hoc rursus mouetur: illud autem mouet. Quorum nihil sane quibusuis inter sese competit. At illi dicere quidem quale quid sit ipsa anima enituntur: de susceptiuo uero corpore nihil penitus dicunt atq; determinant: perinde quasi fieri possit quæuis anima sine ullo discrimine quoduis corpus ingrediatur: ut Pythagoricorum fabulæ dicunt: animantis enim cuiusq; propriam speciem habere formamq; uidetur: perinde igitur dicunt atq; si quispiam artem fabrilem fistulas ingredi dicat. Eteni ars quidem instrumentis: Anima uero corpore utatur oportet. Est autem & alia quædam opinio de anima tradita probabilis quidem compluribus: & nulla earum inferior quæ de ipsa dicuntur. Reprobata tamen & hisce rationibus quæ in communibus sermonibus fiunt. Animam enim harmoniam quandam inquiunt esse: harmoniam nanque temperationem esse compositionemq; contrariorum dicunt & corpus ex contrariis compositum esse. Verum enim harmonia quidem ratio quædam eorum est quæ

sunt permixta:uel etiam compositio. Anima autem neutrum istorum esse potest ut patet. Praeterea harmoniae non est mouere:animae autem id omnes maximae tribuunt. Accomodatius autem harmonia de sanitate:atq; omnino de uirtutibus corporis:q̃ de anima dici potest.atq; manifestissimum id erit profecto:si quispiam operationes atq; affectus animae in aliquam harmoniã reducere enitatur:accomodare nãq; perdifficile ē.

Praeterea in duo respicientes harmoniã dicere consueuimus: & propriissime quidē eorũ magnitudinum cõpositionem quae motum habet cõpositionēue: cum adeo sunt coniunctae ut nihil eiusdem generis inter sese suscipere possint. Hinc autem & rez; rationem mixtarum. At neutro profecto modo consentaneum est rationi:harmoniã animã appellare:atq; partium corporis:compositio facilis est admodũ inquisitionis: complures nanq; cõpositionis sunt ut patet & uariae partium:cuius igitur aut quonam pacto: intellectum autē etiã sensitiuũ aut apperitium cõpositionē esse putare oportet. Similiter absurdũ est sane mixtionis quoq; rationē animã esse putare. Non enim elementorum mixtio rationem habet eandem in carne & osse caeterisq; corporis partibus. Fient igit̃ ut cõplures habeat animas per totũq; corpus:si partes quidē uniuersae corporis ex elementis constent permixtis:ratio uero mixtionis harmonia sit ut inquiunt animaq;.

Id etiã quispiã & ab Empedocle non iniuria petet:unãquãq;:nanq; partiũ aliqua ratione dicit esse confectam. Vtrum igitur ipsa ratio sit anima an potius sit aliquid aliud anima:& ipsis mēbris adueniat. Praeterea utrum cuiusuis mixtionis sine ullo discrimine causa sit ipsa concordia:an eius quae ratione conficitur:& haec utrum sit ipsa anima:an aliquid diuersum a ratione. Haec igitur tales dubitationes habere uidentur. Verum si anima diuersum a mixtione sit uti diximus:cur una cum ratione carnis & caeterarum etiam animaliũ partium tollitur: insuper si non unaquaeq; partiũ animã habeat: si non sit aïa ratio mixtionis:quid est quod decedente corrũpitur anima. Ex his igitur quae dicta sunt patet animã nec harmoniã esse posse:nec orbe uersari: per accidens tamen ut diximus moueri potest: & seipsam mouere:mouetur nanq; corpus in quo est:mouetur autem ut patet ab anima:alio uero modo fieri nequit:ut ipsa moueat̃ motu ad locũ accomodato. At enim rectius de ac ipsa quispiã ad talia respiciens dubitabit: putabitq; ipsam moueri. Dolere nanq; dicimus animã gaudere confidere timere insup irasci sentire ratiocinari:quae quidem omnia motus esse uidentur. Quapropter ipsam quispiã existimabit moueri. Verum id non necessariũ est. Nã & si q̃maxime dolore uel gaudere uel ratiocinari motus sunt:uel potius moueri:tamen ipsum moueri ab anima est:Irasci nanq; aut timere est hoc modo moueri cor. Ratiocinari autē aut tale forsitan est:aut etiã aliud. Atq; quaedã istorum fiunt:cum aliqua latione mouetur: quaedã cum aliqua alterantur. Quaenam uero sint illa & quo modo fiant alia ratio ē. Dicere autē aiam irasci uel timere simile atq; si quispiam animam texere dicat uel aedificare. Nam melius est fortasse dicere non aïam:sed hominem anima misereri uel discere uel ratiocinari. Idq; non quia motus in illa sit:sed quia nonnunq̃ quidem usq; ad illã: nonnunq̃ uero ab illa:ueluti sensus quidem ex hisce:recordatio autem ab illa ad eos motus uel status qui sint in ipsorum sensuum instrumentis. Intellectus autem aduenire uidetur: & substantia quaedam esse ac non corrumpi. Nam ab ea maxime: quae in senectute fit obsuscatione corrumperetur. Nunc autem perinde fit atq; in sensuum instrumētis. Etenim si senex talem acceperit oculum uideret sicut & iuuenis. Quare senectus non quia aïa quiquã esse passa:sed quia id in quo est aliquid passum est: quemadmodũ in ebrietatibus & in morbis fieri solet. Et ipsum igitur intelligere ac contēpla

ri marcescit:quia aliud quoddā intus corrumpitur:ipsum autē passione uacat: ratioci-
nari uero & amare aut odisse non sunt illius affectus: sed huiusce quod habet illud ea
ratione qua illud habet. Quapropter & hoc corrupto nec rocordatur nec amat: enim
illius sed ipsius cōmunis quod quidem periit. Intellectus autē diuinū quid est fortasse:
passioneq; uacat. Esse igitur ipossibile moueri aiam:perspicuū iā ex dictis euasit:quod
si oino non motu cietur:patet nec a seipsa motu cieri. At qui numerū aiam esse dicere
seipsum motu cientē:multo longius q̄ ea quæ dicta sunt a ratione distare uidet̄. Nā iis
qui id asserunt:ea primum ipossibilia quæ emergunt ex motu:deinde propria quædā
ex eo quia dicūt ipsam numerum esse eueniunt:quo nāq; mō unitatem moueri intellige
re oportet:& a quo & quonam pacto. Cum impartibilis sit & nullā habeat differentiā:
si enim motiua sit atq; mobilis diuersa esse oportet. Præterea cum lineam quidē mo
tione superficiem facere dicant:punctum autem lineam:unitatū etiam motus erunt cō
tinuo lineæ. Punctum enī unitas est positionem habens:atq; numerus animæ iam ali
cubi est positionemq; habet. Præterea si quis a numero numerum uel unitatem abstu
lerit:alius relinquitur numerus:atq; plantæ:multaq; animalium uiuunt diuisa:& eandē
animam specie uidentur habere. At qui nihil referre uidebitur unitates dicantur an
corpuscula parua. Etenim si puncta fiant ex Democriti pilulis:modo maneat quanti
tates erit in ipsis aliud quidem quod mouet:aliud autem quod mouetur:sicut in magni
tudine. Non enim quia magnitudine differunt aut paruitate id quod dictum est acci
dit:sed quia subeunt quantitatem. Quocirca necesse est aliquid esse:quod ipsas unita
tes mouebit. Quod si id quod in animali mouet anima est:& id quod in numero ē ani
ma mouet:quare anima non est id quod mouet atq; mouetur:sed id quod mouet dū
taxat. At uero qui fieri potest:ut hæc unitas sit:oportet enim ipsius ad cæteras aliquā
differentiam esse. At unici puncti quænam præter positionem esse differentia potest.
Si igitur unitates punctaue quæ sunt in corpori diuersa sunt ab unitatibus animæ atq;
punctis:erunt ipsæ unitates in eodem profecto loco. Punctum enim animæ locum oc
cupabit corporis puncti. Atq; quid obstabit ac prohibebit:ut si duo puncta sint simul
in eodem loco:& plura sint duobus ac infinita. Quorum enim locus indiuisibilis est &
ipsa indiuisibilia sunt. Sin uero ea puncta quæ sint i cope sint ipse numerus aiæ: uel
si numerus qui ex punctis constat quæ sunt in corpore sit ipsa anima:cur nō omnia cor
pora animam habent. nam in cunctis puncta esse uidentur:& etiā infinita. Insuper qui
fieri potest ut separentur ac absoluantur a corporibus ipsa puncta:si quidem lineæ non
diuiduntur in puncta. Fit autem ut diximus ut partim idem ii dicant quod illi:qui
corpus quoddam subtilium partium animam esse dixerunt: partim propriū ipsos co
mitetur absurdum:corpus ab anima peride moueri:peride atq; Democritus asserebat.
Nā cū anima sit in omni corpore sentiente: necesse est in eodē duo corpora esse:si ani
ma corpus aliquod esse ponatur:& horum etiam sententia:qui animā numerum eē cē
sent:fit ut uno puncto multa sint puncta:aut omnes habeant anima: si non numerus
quisquam alius atq; diuersus a pūctis ipsius corporis superueniat. Fit etiam ut ani
mal a numero perinde moueatur:atq; Democritum diximus idipsum moueri censere:
qd enim interest paruæ pilæ dicantur:an unitates magnæ uel unitas omnino quæ agitā
tur motu:utro nanq; modo necesse est ipsas ex eo mouere aial:quia ipsæ motu cientur.
His igit̄ qui motum ac numerum in assignanda anima coniunxerunt: hæc quæ dicta
sunt absurda & alia huiuscemodi multa eueniunt. Est enim impossibile non solū diffi
nitionē animæ talē esse:sed etiam accidens. Quod quidē patet. si quis ex hac rōne opa

tiones atq; affectus aiæ conabitur assignare:cognitiones inquã sensus-uoluptates-dolores-& cætera istiusmodi:nã ut prius diximus: neq; uaticinari ex ipsis facile possumus.

Tribus aũt traditis modis quibus antiqui diffiniũt aiam:duos iã reprobauimus:& quas habet utraq; sẽtẽtia dubitatiões cõtrarietatesq; pene diximus:& ea inquã q̃ maxime motiuũ ipsam eẽ ex eo ponit:quia seipsam mouet.Et ea quæ corpus ipsam subtilissimarũ partiũ:aut magis q̃ cætera incorporeum esse cẽset. Rectat igiť tertius modis atq; sñia-quæ ipsam asserit ex elementis cõstare:quã quidẽ deinceps cõsideremus oportet:atq; patet ob hoc ex elemẽtis aiam cõstare quosdã dixisse:ut sentiat ea q̃ sunt:& rerũ unãquãq; cognoscat. At hanc sñiam multa ꝑfecto comitanť absurda:atq; eorum q̃ plura quæ fieri nequeunt. Asserunt enim simili cognoscere simile: quasi animas res ipsas esse potentes. Verũ non elementa sunt solum ut patet:sed præter ea multa sunt etiam alia quin potius infinita fortasse numero: quæ cõstant ex ipsis ac componunť. Sit igitur ea cognoscere sentireq; aiam:Ex quibus illorum unumquodq; componitur. At totum ipsum compositum-quo cognoscet quæso uel sentiet:ut quid sit deus-uel hõ-uel os-uel caro-& cæterorum compositorum unumquodq; similitur.Non enim unumqdque istorum est ipsa elementa:quouis sese habentia modo sine ullo discrimine:sed ex ipsis unumquodq; conficitur ratione quadam compositioneue. Quemadmodum & Empedocles os ex elementis constare censet.Dicit enim

Cœperat ante duas tellus iustissima uasis.
Aeris ac fontis partes uulcanus & ipse.
Quatuor ex octo adiunxit quis candida magna.
Vis fæcundaq; naturæ confecerat ossa.

Nil igitur elementa prosunt:si sint in anima.nisi rationes ẽt insint-& cõpositio:unũquodq; enim cognoscet simili:os aũt-aut hominẽ nõ cognoscet profecto:nisi ipsa etiam insint.Hoc autem non opus est unum eorũ esse dicere quæ fieri nequeunt. Quis enim ambiget unq̃ si lapis-uel homo-uel equus-insit in anima:& bonum similiter-& non bonum:& de cæteris identidem rebus. Præterea cum id quod est multipliciter dici soleat:quoddam enim substantiam:quoddam quantitatẽ:aut qualitatem:aut aliqd aliud enumeratorũ iam prædicamẽtorũ significant:utrũ ex uniuersis an nõ ex uniuersis aia cõstet:at nõ uideť cõia oĩum eẽ elemẽta:ex hisce ne igiť solis cõstat q̃ substantiarũ sunt elemẽta at quonã pacto cæterorũ ẽt unumquodq; cognoscit.At dicẽt uniuscuiusq; generis elementa ꝓpria atq; principia esse:ex qbus aia cõstat:erit igitur ipsa quãtitas-& q̃litas & substãtia.at fieri neqt:ut ex quãtitatis elemẽtis substãtia sit nõ q̃titas.Eos igiť q cẽset aiam ex uniuersis cõstare:hæc & huiuscemodi alia comitanť. Absurdũ ẽ ẽt simile q̃dẽ a simili nõ pati dicere:simile uero sentire simile:simileq; cognoscere simili putare atque asserere.Deĩde sentire-pati-quoddã eẽ-moueriq; põere-& itelligere-similiter & cognoscere.At qui multas dubitationes-ac difficultates Empedoclis habere sententiam. Corporeis inquam elementis & sibi similibus cognosci res singulas:testatur id quod experientia late patet.Partiũ enim animalium corporum ea-quæ sunt simpliciter terræ-ut ossa-nerui-pili-nihil sentire uidẽtur. Quare neq; similia sibi:at oportebat tamen.

Præterea cuiq; pricipiorum maior ignoratio q̃ cognitio ierit nimirũ. Vnũqdq;.n.cognoscet unũ:multa autem ignorabit:cætera nãq; oĩa:fit etiã Empedoclis eadem sñia:ut deus sit amentissimus: quippe cum ipse solus unum elementorũ non compræhendat: ipsam discordiam inquã mortalia uero-cuncta cognoscant.Cũ ex uniuersis singula cõstent. Præterea dicat oportet omnino:quam ob cãm nõ habẽt animam omnia: cum

omne quod est aut fit elementũ aut ex elemento uno uel pluribus uel oĩbus constat.
Necesse est enim omne quod est: aut unum quid: aut quædã: aut uniuersa cognoscere. Dubitabit ẽt nõ iniuria quispiã quidnam id sit qđ ipsa continet atq; unit. Elemẽta nãq; materiei similia sunt. Atq; præstabilissimũ id esse patet: quod cõtinet quicq̃d id tandẽ sit. At nequid esse quicq̃ præstabilius animæ: quod quidẽ dominet: & magis ẽt intellectu: maxime autem rationi consonũ est hũc oia præcessisset: & præstantissimum oium: & natura dominũ esse. Illi autẽ elementa ea quæ sunt præcedere censent. At.n. néo ꝑsus de oĩ anima dixit: nec eorum qui censent ipsam ex elementis iõ cõstare qa sentit. Cognoscitq; ea quæ sunt: nec ẽt eorũ qui maxime motiũ ipsam asserunt esse. non .n. omnia mouentur quæ sentiunt. Sunt eni animalia nonnulla: quæ non mouentur loco: & tamẽ hoc solo motu anima uidetur animal agitare. Similiter & eorum qui tã sensitiuũ quã intellectũ ex elemẽtis conficiunt: nemo animam omnem complectitur: uiuere nãque uidentur plantæ: at expertes sunt tamen & lationis & sensus: animalium quoque complura sunt: quæ mente rationeq; uacant. Quod si quis & hæc illis concesserit: intellectumq; partem esse posuerit animæ: & idẽtidem sensitiuum: neq; sic de omni anima: neq; de ulla tota dicere uidebuntur. In hoc eodem errore uidetur esse & ea sententia: quæ carminibus orphicis fertur. Dicit enim Orpheus animam ferri uentis: & ex toto ingredi respiratione: id autem nequit ipsis accidere plantis: neq; quibusdam itidẽ animalium. Quippe cum haud uniuersa respirent. Quod quidem eos præteriit: qui ita de anima censuere: at uero si conficere animã ex elementis oporteat: non ex uniuersis cõtinuo conficienda esse uidetur. Altera nãq; pars contrarietatis sufficiens est seipsam oppositamq; discernere recto enim & ipsum rectum ut patet & oblicuum cognoscamus: regula nanq; iudex est utriusq;: at oblicuum nec sui plane nec recti. Sunt & qui in toto uniuerso permixtam ipsam inquiunt esse: quocirca forsitan & Thales omnia plena deorum esse putauit: hoc autem dubitationes habet nonnullas. Quam enim ob causam anima in aere quidem uel igne si inest non facit animal: in mixtis autem facit: Præsertim cum in illis uideatur esse præstantior. Quærere etiam quispiam quam ob causam anima ea quæ est in aere præstabilior est ac imortalior ea quæ in animalibus iest.
Vtrobiq; autem emergit quoddam absurdũ: & rationis egrediens metas: nam ignẽ aut aerem animal esse dicere rationis egreditur fines: & asserere rursus animalia non eẽ: si insit in ipsis anima perabsurdum est sane. Videntur autem ideo putasse in his animam esse: quia totum & partes eiusdem sunt speciei. Quare necesse est ipsos & animã & partes eiusdem esse dicere speciei: si animalia ex eo fiunt animantia quia in ipsis aliqua pars continentis recipitur. Quod si aer quidem discerptus eiusdem est speciei: anima autem & dissimilium partium: patet aliam ipsius partem inesse aliam non inesse: necesse est igitur ipsam aut similium esse partium: aut non in quacunq; totius inesse parte. Patet igitur ex dictis: neq; cognitionem ex eo competere animæ: quia cõstat ex elemẽtis: neq; recte uereq; dici motum eidem inesse.

Capitulum tertium.



T quoniam cognoscere sentire opiari isuper cupere deliberare & omnino appetitiones ipsius animæ sunt: motus etiã animalium loco ab anima fit: & insuper accretio status atq; decretio: quæret utiq; quispiam utrum horũ unũquodque toto anima competat: & nos intelligamus: & sentiamus: & moueamur: cæterorũq; unũquodq; agamus patiamurq; tota: an aliis alia ꝑtibus Ipsum præterea uiuere utrũ in hoꝝ aliquo uno an in pluribus an in oĩbus cõsistat an sit eius alia q̃dã etiã

cā. Atq; sunt qui dicunt ipsam esse partibilem:nosq; alia eius parte intelligere/alia cu pere censent. Quid igitur ipsam continet:animam:si partibile sit nō corpus quippe.cū cōtra potius uideat/corpus anima cōtinere. Quapropter & egressa dissoluit corpus/ atq; putrescit. Si igit aliquid aliud ipsam contineat unūq; faciat:illud erit potissimū anima:at oportebit de illo ēt quærere:utrū unū/an multaꝝ sit partiū:atq; si sit unum/ cur & animā cōtinuo nō dicimus unū esse. Sin partibile rursus ratio quæreret/quidā nā sit illud qđ illud ēt continet:atq; hoc pacto fiet in infinitū abiicio. Dubitabit ēt quispiam de partibus eius:quā unaquæq; potentiam in corpore habeat. Nam si anima tota totū continet corpus:oportet & unāquāq; etiam partem aliquā partē corporis cōtinere:id autē esse nō posse uidet:quā.n.partiū corporis intellectus:aut quo continebit pacto:fingere quoq; difficillimū est. Videmus autē & plantas diuisas uiuere: & anima liū insectoꝝ nonnulla/utpote animam & si non numero:tamē specie eādem habentia: Itaq; partiū utraq;/& sensum habet:& per aliquod tēpus loco mouetur. Nec absurdum est/si non perdurant:instrumenta nanq; non habēt/ut naturā conseruent: nihilo minus oēs in utraq; partiū insunt animæ partes:atq; aiæ eadem sub spē collocant:& ēt tota. Illæ qdē quia nō separabiles sunt:tota aūt aia qa diuisibilis est. Videt autē & id principium quod inest in plantis/anima quædam esse:hæc enim sola communis est/& plantis/& animalibus:atq; hæc quidem a sentiendi principio separatur:sine autem ipsa nihil est prorsus quod habeat sensum.

Incipit Liber secundus Aristotelis de anima.

Capitulum primum.



Ictis hisce q̄ a maioribus de aia nobis tradita sunt: redeamus rursus oportet/atq; enitamur uelut abinitio determinare quid aia sit:& quænā sit eius cōmunis maxime rō. Dicimus itaq; genus unum quoddā eorum quæ sunt ipsam substātiā esse:a que hius aliud ut materiam:quod quidem per se nō est hoc aliquid:aliud formā/& speciē: qua quidem iā hoc aliquid dicit & tertiū id quod ex istis constat/atq; cōponit. Est aūt materia quidē potentia: forma uero actus:atq; pfectio.q̄ quidē bifariā dicit:quædā.n.est ut sciētia:qdā ut contemplatio. Maxime aūt corpora uidentur esse substātiæ:& ipsoꝝ ea magis quæ naturalia sunt:hæc.n.cæteroꝝ pricipia sunt. Naturaliū uero corporū qdā habēt uitam: quædā nō habēt:sed ea uacāt:uitā aūt dicimus nutritionē/accretionē:atq; decretionē: quæ qdē per idipsum fit quod uiuere dicit. Quare corpus omne naturale particeps uitæ substantiæ est:& ita substantia ut composita. Atq; cum tale etiam sit corpus/idest habens uitam. Corpus profecto non erit aia:corpus nanq; non subiit rationem eorum quæ sunt in subiecto:sed ut subiectū potius est/& materies. Necesse est igitur animam substantiam esse/perinde atq; formā corporis naturalis potentia uitā habentis. Substantia uero actus est/perfectio. Talis igitur corporis est perfectio atq; actus. Sed cum perfectio atq; actus bifariam dicatur/ut diximus:quidam enim est ut sciētia:qdā ut cōtemplatio:patet animam actum esse/perinde atq; scientiam. Nam ex eo quia anima est & somnus est/& uigilia:atque uigilia quidem contemplationi: somnus autem scientiæ

operatione uacanti similis est. Altera autem alteram i eode: scientia inquam cotepla tione generationem praecedit. Quapropter anima primus est actus, perfectioq; corpo ris naturalis potentiam uitam habentis. Et talis plane ut partes ipsius sint instrumenta. Eniuero partes quoq; plantaꝝ instrumenta sine cōtrouersia sunt: quamuis uideatur pe nitus simplices esse: eius enim quod circa fructum est: illud tegmē est folium & fructus etiam: radices praeterea uicem subeunt oris: utrisq; nanq; trahitur alimentum. Si igi tur cōe quid de omni anima sit dicendum: ipsa perfectio prima, primus actus est cor poris naturalis: cuius partes sunt instrumenta. Iccirco non quaerere oportet: si unum sit anima atq; corpus: sicut neq; cerā & figuram: neq; omnino materiem. Cuiusq, & id cu ius materies est: nam cum unum, & esse multifariam dicatur: actus est id quod proprie unum est: atq; proprie est. Vniuersaliter igitur diximus quidnam anima sit. Est eni ea substātia quae est rō: haec autem est quiditas corporis talis. Et perinde sane atq; si qd instrumentorum artis naturale corpus esset: ceu securis. Eius nāq; substantia ipsius es set ut patet securis rō: idq; esset anima: qua separata non esset ulterius ut patet securis: nisi si nomine tātū: at nunc est securis: non enim talis corporis substantia ratioq; est ipsa ani ma: sed naturalis ut diximus talis: q in se motus statusue principium insitum habet. Atq; id qd' dictū est in partibus ēt inspicere licet. Nam si oculus animal: eius tamē aia: uisus ipse nimirum esset: hic est enim ut patet oculi substantia: quae sese habet ut rō: ocu lus aūt est materies uisus: qui cum defecerit nō ulterius erit oculus: nisi noie tātū: & per inde atq; lapideus, uel etiam pictus. Id igit' quod de parte dictū est ad totum corpus ui uens accomodare oportet. Est enim hic pfecto rationum similitudo: nā ut pars sese hēt ad partem: sic totus sensus ad totum sensitiuū corpus: ut talis est rōnis. Non ē autem id potentia uiuens quod abiecit animam eaq; uacat: sed id quod ipsam habet. Semen ue ro, fructusue id nimirum est: quod potest tale corpus euadere. Vt igitur incisio, uisioq; sic est uigilia actus: & ut uisus rursus instrumentiq; uis, sic est anima actus. Corpus aūt est id qd' ut diximus ē potentia uiuēs. Veꝝ ut pupilla uisusq; oculus ē: sic aia & corpus est aial. Animā igit' nō separabilē esse a corpore uel partes ipsius nōnullas: si ptibilis sit nō obscurū eē uidet': corpus nāq; ptiū patet aliqs aiae partiū actū eē. Ni tamē uetat, ut aliquae partiū sint separabiles aiae: ꝑpterea q corporis nullius sint actus. At obscu rum est: necdum patet: si perinde corpus anima sit actus: ut gubernator actus est nauis. Hoc igitur pacto uniuersaliter de anima determinatum descriptūue sit.

Capitulum secundum.



AT enim cū ex obscuris qdē magis, aut manifestis: fiat id notum quod est diluci dū ac notius rōne: enitēdū ē rursus hoc pacto de ipsa aia ptractare. Rationem enim diffinitiuam non solum esse significare: ut cōplures dicere diffinitiones uidentur: sed ēt in ipsa causam inesse ac apparare oportet. Nunc autem diffinitionum complures ut conclusiones esse uidentur: ueluti quid est quadratio: cōfectio figurae la terum aequalium angulorūq; rectorum aequalis altera expertem longiori figurae: atq; diffinitio talis conclusionis occupat locum. At ea quae quadrationem inuentionē eē me diae dicit: ipsius rei profecto causam ut patet assignat. Dicamus igitur hinc conside rationis initio sumpto, animatū ab inanimato uita seiungi: Atq; cū multifariā uiuere di cat': etiam si unum tātū istoꝝ insit: uiuere illud dicimus cui iest, ut itellectus, sensus, mo tus, loco ac status: & insuper motio nutrimento accomodata, & accretio decretioue. Quapropter & uniuersae plantae uidentur uiuere: quippe cū uideantur in seipsis uim habere talem atq; principium: quod ad contraria loca, tā incrementa, q decrementa sus

cipiunt. Non enim sursum quidem accrescunt. Deorsum autem non acrescunt. Sed ad utranqꝫ similiter differentiam & omni ex parte: semperqꝫ nutriuntur: & eousqꝫ uiuunt: quo usqꝫ possunt alimentū accipere. Atqꝫ hæc quidem uis a cæteris seiungi separarique potest: cæteræ autem in ipsis mortalibus ab ista nequeunt separari: quod quidem i ipsis perspicitur plantis. Nulla enim prorsus in ipsis ut patet alia præter hanc animæ potentia atqꝫ officium inest. Viuere igitur ob hoc principium uiuentibus competit. Animal autem est ob sensum primo: nam & ea quæ non cientur motu: nec mutant locum: sensum autem habet: non solum uiuere dicimus: sed etiam animalia nuncupare solemus. At uero ex sensibus tactus primo cunctis animalibus inest: atqꝫ ut uegetatiuum a tactu sensuque omni: sic a cæteris tactus separari sensibus potest. Eam autē partem animæ uegetatiuam dicimus esse. Cuius & plantæ participes sunt. Animalia uero cuncta ipsam uim habere sentiendi tactu uidentur. Atqꝫ quam ob causam istorum utrumqꝫ fit: postea dicemus ac explanabimus. Nunc eousqꝫ tantum dicatur: animam inquam principium esse eorum quæ dicta sunt: & his esse diffinitam uegetatiuo sensitiuo intellectiuo etiam motu. Quærendum autem est utrum horum unumquodque sit anima an animæ pars: & si pars utrum hoc pacto ut sit separabile ratiōe solum: an etiam loco: atque de nonnullis quidem istorum uidere discernereqꝫ facile possumus: nonnulla autem dubitationem habēt. Nam ut plantæ nonnullæ diuisæ seiunctæqꝫ uidētur uiuere, propterea quod anima quæ est in istis actu quidem in unaquaqꝫ plāta est una: potentia uero plures sic & circa alias uidemus animæ differentias fieri: cum inciduntur animantium ea quæ insecta uocamus: utraqꝫ nanqꝫ partium & sensum habet & motu loco cietur. Quod si sensum habet & imaginationem: & appetitum etiam habet: ubi nanqꝫ est sensus: ibi dolor etiam existit, atqꝫ uolanias: at ubi sunt hæc: ibi necessario cupiditas etiam inest. De intellectu uero contemplatiuaqꝫ potentia nondū quicquam est manifestum: sed uidetur hoc hoc animæ genus esse diuersum. Idqꝫ solum perinde atqꝫ perpetuum ex eo quod accidit seiungi separarique potest. Cæteras aūt animæ partes separabiles quidem non esse: ut quidam asseruerunt ex his quæ diximus patet. Ratione uero differre non obscurum esse uidetur. Sensitiui nanqꝫ ratio diuersa ē a ratione principii opinandi: si quidem diuersa sunt sentire ac opinari: & unum quodqꝫ dictorum similiter. At uero quibusdam animantium cunctæ partes ut patet insunt: quibusdam nonnullæ: sunt & quibus una tantum inesse uidetur: atqꝫ id ipsum differentiam animantium facit. Quam autem ob causam ita fit: postea perscrutabimur. Eadē & circa sensus fieri sane uidemus. Quædam enim omnes: quædam aliquos: q̄dā unū dūtaxat habere uidentur: tactū inquam ipsum q quidē est oium maxime necessarius.

Quoniam autem id quod uiuimus quoue sentimus bifariā dicitur: & perinde atqꝫ id quod scimus: & id etiam quo sani sumus atqꝫ ualemus: quoddam.n. sciētiam quoddam animam dicimus: quippe cum utroqꝫ scire dicamus: & aliud sanitatem aliud ptē corporis aliquā uel totū dicimus corpus atqꝫ horum utrūqꝫ: tam sciētia: q̄ sanitas forma quædam & species est & ratio & tanq̄ actus suscipientis: scientia quidē sciēris: sanitas autem sani. Actus enim agentium in eo quod patitur atqꝫ disponitur inesse uidetur. Anima autem idest ut patet: quo uiuimus & quo sentimus ac intelligimus primo. Ipsa profecto ratio quædam erit & forma: sed non ut materies atqꝫ subiectum. Nam cū substātia tripliciter dicatur ut diximus: quædā.n. est forma: quædam materies: quædā id quod ex utrisqꝫ componit᷑: & materia quidē est ut patet potētia: forma autē actuus. Cū igit᷑ ut diximus substātia dicatur trifariam: animāsqꝫ id sit qd' ex utrisqꝫ corpore in

quam & anima cõstat:corpus profecto non est actus animæ:sed ipsa corporis alicuius est actus. Iccirco recte admodum putant ii quibus anima neq̧ eẽ sine corpore: neq̧ corpus aliqḋ esse uidetur. Etenim ipsa corpus quidem non est. Est autẽ corporis aliqḋ: & inest ob hoc in corpore atq̧ in corpore tali: non in quouis sine discrimine ullo: quẽadmodũ ueteres ad corpus ipsam accomodabant. Nihil prorsus determinantes quod nam illud & quale sit corpus:atq̧ non recte ut patet. Quippe cum nõ uideaẗ quoduis sine ullo discrimine quodcũq̧ suscipere:hoc aũt pacto cũ ratiõe etiam fit sane. Actus.n. uniuscuiusq̧ in eo quod est potentia & in propria materia suapte natura fieri esseq̧ solet. Animam igitur perfectionem quandam eius & actum ac rationem esse:qḋ potentiam habet ut huiusmodi sit:ex hisce quæ diximus innotescit.

Tractatus secundus.


Nimantiũ aũt quibusdã oẽs insunt potentiæ dictæ:quibusdã nonnullæ sunt: & quibusdã una tãtũ inesse uideẗ:atq̧ potẽtias animæ diximus has nutritiuum sensitium appetitiuũ loco motiuũ atq̧ intellectiuũ. Et plantis quidem nutritiuũ est dumtaxat. Aliis autem & idipsum & sensitiuum: quod si sentiuum inest: & appetitiuũ ẽt inest. Nam appetitus cupiditas est & ira atq̧ uoluptas. Animalia uero cuncta unũ ex sensibus habẽt:tactũ inquã ipsum:atq̧ cui sensus inest:ei uoluptas etiam & dolor inest:& perceptio iucũdi atq̧ molesti. Quibus aũt hæc insunt:ea cupiditatẽ etiã habent:hæc est.n.appetitio eius quod afficit uoluptate. Alimẽti præterea sensum habent. Tactus enim sensus est alimẽti: nam siccis & humidis & calidis atq̧ frigidis aluntur uiuentia cũcta. Horũ aũt ut patet sensus est tactus cæteris uero sensibilibus per accidens nutriuntur. Nihil.n.conducit ad alimentum sonus uel color & odor: sapor autem unum quidẽ est eorum quæ tactu percipiuntur:at uero fames sitisue cupiditas est:sicci quidem & calidi fames:frigidi uero & humidi sitis. At sapor horum quasi quoddam est condimentum. Verum hæc declaranda posterius sunt. Nũc eousq̧ sit dictũ:animãtium inquã hisce quæ tactũ habent & appetitũ iesse. De imaginatiõe uero nõ patet:sed de hoc postea consideremus oportet:nonullis insup & loco motiuum ẽt inest:& aliis ratiocinatiuũ ac intellectus ut hominibus:& si quid sit aliud tale uel etiam præstabilius. Perspicuũ igiẗ est:unã animæ rõnem eẽ peride atq̧ figuræ: neq̧.n. ibi figura ulla præter triangulũ est:& eas quæ deinceps sunt collocatæ: neq̧ hic anima ulla præter eas quas diximus. At ut in figuris una cõis rõ fore põt:q̃ cũctis qdẽ figuris accomodabiẗ:nullius aũt erit figuræ ꝓpria rõ:sic & in animalibus dictis fieri põt. Quapropter ridiculũ est:& in his & in cæteris rebus cõem quærere rõnem: quæ quidẽ nulli us eoꝝ q̃ sunt erit ꝓpria ratio:nec in ꝓpria cuiq̃ accomodabitur & indiuidua spẽ: rõnẽ eam omittentes diffinitionemue quæ cuilibet hoc pacto cõpetere accomodariq̧ potest.

At uero quemadmodum in figuris:sic & in anima fit:nam tam in figuris q̃ in animãtibus in eo quod deinceps est collocatum:id inest potentia quod illo est prius:In quadrato nanq̧ triangulus:& in sensitiuo uegetatiuũ inest ut patet. Quapropter in singulis quærendũ est:quænã sit cuiusq̧ anima:ut quænã sit anima plantæ:quæ bestiæ:q̃ deniq̧ hominis:quam aũt ob causam deinceps sic sese habent considerare oportet: sensitiuum nanq̧ sine uegetatiuo non est:at a sensitiuo uegetatiuum in plantis seiungitur: Rursus sine tactu nullus cæterorum sensuum est: at ipse tactus sine cæteris est: complura nanq̧ sunt animalium:quæ neq̧ uisum neq̧ auditum neq̧ sensum habẽt odoris.

Et eorũ rursus quæ sentiunt quædã habent loco motiuum:quædam nõ habent. extrema autem atq̧ minima rõnẽ habẽt & mẽtem: quibus.n.mortaliũ inest ratio iis sunt

continuo & cætera cuncta:at quibus unumquodq; illorum inest .hisce non omnibus in est & ratio:sed quædam imaginatione uacant:quædam ac sola uiuunt:de intellectu uero contemplatiuo alia ratio est. Quæ cum ita sint:patet horum cuiusq; rationem animæ maxime rationem propriam esse.

Tractatus tertius Capitulum primum.



Ecesse est autē eum qui de hisce considerationem facturus est: quidnā sit unū quodq; ipsorū accipere:deniq; quærere. pscrutariq; de hisce q̄ sequunť. ac comitantur:quod si dicere oporteat quid unūquodq; ipsorū sit:ut qd sit itellectiuum. uel sensitium. uel nutritiuum:antea dicendum est quidnam sit itelligere quid sentire. Noperationes actionesue potentiis uiribusq; priores sunt rōne: Quod si ita sit atq; prius etiam obiecta q̄ ista cōtēpleri oporteat:primum profecto de illis pp eādē causam. ut de alimento. de sensibili. de itellgibili determinare oportet. Quare de alimēto degenerationeue prio dicēdum esse uideť. Nutritiua nāq; anima & cæteris inest. & pria ē. & maxime cōis aiæ uis & potentia:quā cūcta uiuentia uiuūt:cuius sunt operationes. afficiaue generare nutrimētoq; uti. Hæc.n.opatio maxime oium opationū uiuētibus ē naturalis:uiuētibus inquā hisce quæ sunt pfecta. nō mēbris capta: quæq; nō sine semine oriuntur:unūquodq; inquā aliud sibi simile pcreare: animal qdem animal:plā ta aūt plantam:ut sint semp hoc pacto condictionēq; subeant quod possunt diuinā. Id enim ipsum appetunt uniuersa:gratiaq; ipsius omnia agūt:quæcūq; secūdū naturam agunt. Duplex est aūt id cā cuius cætera fiunt:atq; unū est quod:alterum cui:cū igitur semper esse condionemq; diuinam subire. Continuatione nequeant animantia:quia fieri nequit:ut caducorum atq; mortalium qcq̄ idem unūq; nūero semper permaneat. ut unūquodq; pōt:sic æternitatis conditionisq; diuinæ particeps est:aliud quidē magis: aliud aūt minus: pmanetq; nō ipsum. sed tale quale est ipsum:numero qdē nō unū:spē aūt unū. Est aūt anima corporis causa. principiūq; uiuētis:atq cū multifariā hæc dicanť:anima pari mō tribus determinatis modis causa est:nam est ea causa a qua pfluit motus:est ēt gratia cuius cætera fiunt:est insuper ut forma corporum animatorum: substātiaue: atq; cām ut substātiā animātiū eē nō ē obscurum. Cām nāq; cunctis ut sint. formam ipsam atq; substantiā esse patet. At uiuere uiuentium est esse:cuius sane cā est ut cōstat. atq; principiū anima. Præterea actus eius quod est potētia. ratio est eiusdem: ut anima uiuentis est corporis actus. Patet etiā animā esse causam: ut id gratia cuius cætera fiunt. Nam ut mēs: sic & natura alicuius gratia facit:qď qdē ipsius est finis:atq; tale est in ipsis uiuentibus aīa:& secūdum naturā uniuersam nāq; naturalia corpora tam animalium q̄ ēt plantarū ipsius animæ sunt instrumēta. Quo fit ut ipsa sint aiæ fine cōtrouersia gratia. Duplex ē autē id uti diximus:cā cuius cætera fiūt. atq; unū est quod.alterū cui. At uero cōstāt animā id ēt: esse:unde primū motus ad locū accomodatus emergit:uerum hæc uis nō uniuersis inest uiuentibus. Fit ēt p animā & alteratio & accretio sensus.n.alteratio quædā esse uideť:sentitq; nihil qď nō habeat animā:eadē est & de accretiōe decretiōeue rō.n. Nihil.n. incremēta naturaliter decremētaue suscipit:qď nō nutriť:& nihil prorsus nutriť:qď nō uitæ pticipes sit. Atq; in parte snia Empedoclis ē post habenda:qui quidem hoc non recte dixit ac didit.ideo incrementa plantas suscipere. tū in radicibus infra. tum in ramis ēt supra:quia terra deorsum suapte natura. & ignis sursum identidē pergit:primum nāq; nō recte accipit in plantis differentias dictas. ifra inquam ac supra:non enim eadem sunt omnium rerum. & uniuersi supra & infra: sed quam habet rationem in animalibus caput:eam subeunt i plantis radices:si istrumen.

ta diuersa, uel eadem operationibus officiisue dicere, asserereque oportet. Deinde quod est quod continet terram, ignemue: quæ quidem in contraria loca feruntur: distrahent .n. profecto nisi aliquid sit, quod ipsa prohibeat atq; detineat. Quod si sit aliquid: idest profecto anima ipsa. Quo fit ut ipsa sit augendi causa, nutriendiue: non elementa quẽ admodum ille putabat. Sunt autem quibus ipsius ignis natura cã simpliciter nutritionis & accretionis esse uidetur: ipse nãq; solus omnium corporum, aut elementorum nutriri ac augeri uidetur: quapropter & in plantis, & in animalibus putabit quispiam ignẽ ad ipsum eẽ quod operatur. Verum non ita ẽ: sed cum comitet̃ cãm: est ob idipsum quodammodo non simpliciter cã: sed talis est potius anima. Nam ignis quidẽ accretio in infinitum progreditur: & eousq; fit quousq; sit combustibile. At eorum omniũ quæ natura constant est finis tam magnitudinis quam accretionis & ratio. Hæc autem animæ sunt non ignis: & rationis potius quam materiæ.

Capitulum secundum.



Cum autem eadem uis animæ sit, & nutriendi & generandi: primum de alimento determinare necesse est: hæc enim a cæteris potentiis hoc opere munere seiungitur. Videtur itaq; contrarium esse contrario nutrimentum: at nõ cuilibet quoduis: sed id ei quorum alterum ex altero nõ solum mutuo generatur: sed incrementa etiam suscipit: complura nanq; contrariorum fiunt quidem ex sese mutuo: sed non a suis omnia contrariis icrementa suscipiunt: ut ex ægrotãte fit sanum. At uero nec illa modo eodem sibi mutuo nutrimentum esse uidentur: sed aqua quidem alimentum est igni: ignis autem non nutrit aquam. At simplicibus corporibus horum alterum alimenti: alterum eius quod nutritur maxime subire rationem uidetur. Verum enim is locus dubitationem habere uidetur: sunt enim qui dicunt simile simili nutriri: quẽadmodum & accrescere. Quibusdã aũt uti diximus non hæc sententia: sed contraria placet: censentq; nõ simile simili: sed contrario contrarium ali. Etenim fieri nequit, ut inquiunt: ut a simili simile patiatur. Alimentum autem mutatur atq; digeritur: mutatione m ue rerum omnium in oppositum, uel in medium esse constat. Præterea nutrimentũ quidem aliquid patitur ab eo quod alitur. hoc aũt ab alimento nõ patit̃ quicq̃: quẽadmodum nec a materia faber: sed materies ut patet a fabro: qui quidem ex ocio mutatur tãtũ ad operandum. At .n. interest plane: si nutrimentum sit id quod ultimo tandem adiungitur, atq; additur: an non hoc, sed id quod primum ingredit̃. Quod si utrunq; quidem est alimentum: alterum tamẽ ẽ digestum: alterum indigestũ utroq; ꝓfecto modo & contrario contrariũ, & simile simili uere licet nutriri. Nam si ut idigestum sumat̃: cõtrarium cõtrario alitur. Sin ut digestum: simile simili nimirũ hoc pacto nutrit̃. Quare patet illos utrosq; partim recte: partim non recte dicere atq; sentire. Cum autem nihil nutriatur quin habeat uitam: animatum id erit profecto corpus quod alitur: ea sane rõne qua est animatum. Quare & nutrimentum ad animatũ ꝑ se refertur: & nõ per accidens. At qui diuersa est alimenti ratio, ut nutrit & auget: nam ut ipsum animatũ quantũ est quoddam auget: ut est hoc aliquid, & substantia nutrit: conseruat enim substãtiam. Et est eousq; profecto quousq; nutritur: Efficit præterea generationem ac ortum: non eius quod alitur: sed talis quale est id quod nutrit̃. Iam enim est ipsius substãtia: & nihil seipsum generat: sed conseruat. Quare tale quidem animæ principiũ uis est talis: ut id conseruet, quod ipsam habet: ea nimirũ ratione qua ipsam habet. Alimentũ aũt ad operandũ præparare uidetur: quapropter alimento priuarum esse nõ potest.

At uero cũ hoc in officio tria sint hæc: necessarioq; concurrãt: id inquam quod nutritur, &

tur, &

tur-& quo nutrit-& quod nutrit:id quidē quod nutrit est ipsa aia prima:id autē quod nutrit corpus est-quod ipsam aiam habet:at id quod nutrit ipsam est alimētum.Atq; cū sit par uniuersas a fine res appellare: finisq; huius aiæ sit generatio talis-quale est id quod ipsam hēt:erit aia prima profecto principiū generādi tale quale est id qđ hāc ipsam aiam habet. Id aūt quo nutrit aia duplex ē:quemadmodū & id quo gubernator gubernat:manus inquā & cluus:atq; aliud mouet atq; mouetur:aliud mouet tātum:necesse est aūt omne nutrimentū naturæ sit talis:quæ digeri possit. At digestionem efficit calor:quapropter omne animans habet calorem.Quid igitur sit alimentū ipsum uniuersaliter diximus:postea uero de ipsis exactius perscrutabimur.

Tractatus quartus. Capitulum primum.

Determinatis autem his:primum de oī sensu cōiter:deide de unoquoq; dicamus sit itaq; sensus. Cū mouet atq; patit aliqd uti diximus.Nam ipse sensus alteratio quædā esse ur:inquiunt aūt quidā & a simili simile pati: quod qdē quonam pacto fieri potest-aut non potest : in uniuersalibus de actione sermonibus passioneue diximus. Habet aūt is locus dubitationem:ambigetq; nō iniuria qspiam: cur & sensuum ipsoꝝ sensus nō fit:& cur sine iis quæ sunt extra nō efficiunt sensum.Cum insit & ignis & terra:cæteraq; elementa quoꝝ est p se sensus:uel per ea quæ ipsis accidūt. At enim patet sensitiuū nō esse actu sed potentia tātū.Quapropter nō sentit: queādmodū cōbustibile nō uritur ipsum per se sine eo qđ ipsum urere pōt.Vreret enim seipsum:& nō idigeret eius quo actu ē ignis. At uero quoniā sentire bifariā dicere cōsueuimus: nā & id qđ potētia uidet & audit-uidere audireq; dicimus:& si forte dormiat:& id idē tidē quod iā operat:dupliciter & ipse sensus pfecto dicet:quidā ut potētia:quidam ut actu-similiter & ipsum sentire:& qđ est potentia:& qđ est actu. Primū igitur id scire oportet:nos inquā quasi sit eadē pati-moueri ac operari:ita nūc his uti ae dicere.Motus enim est qdā actus iperfectus:tamē ut in aliis diximus.Ea uero cūcta q patiunt-atque mouent ab actiuo:& eo qđ est actu patiunt-atq; mouent.Iccirco fit ut tum a simili sibi-tū a dissimili res oīs patiat-ut diximus:patiat.n.ea q est dissimilis:at cum est passsatū similis est ut patet. Deinde distinguendū ē de potētia atq; actu:nūc enim de his ipsis simpliciter dicimus.Nā est hoc pacto qppiā sciens:ut si dicamus hoiem esse scientē:qa hō ē talis suapte natura:ut sit sciēs atq; sciam hēat.Est ēt hoc pacto qppiam sciēs: ut hoiem eū iā dicimus esse sciētē: q geometriā:atq; grāmaticā hēt:atq; hoꝝ uterq; nō eodē modo pōt-potētiaq; subiicit:sed aliter quidē ex eo quia genus ipsum est tale materiesue.Alter uero ꝑpterea qđ cum uoluerit cōtēplari-pōt idipsum facere:nisi quid externum forte ꝓhibeat impedimētoq; fiat. At præter ipsos esse isce q iam cōtēplat: & est actu proprieq; sciens-hoc A. Ambo igit illi primi potentia quidē sunt scientes ut diximus:ueꝝ unus indiget alteratione p disciplinā:qua quidē nōnunq ēt ex habitu contrario disputationeq; mutat.Alter hēt quidē sensum-aut grāmatica:sed indiget operationis:ut ex otio tandē opationisq; uacuitate-agat ac operet: atq; hic modus potentiæ diuersis est:ut patet ab antea dicto. At uero neq; ipsum pati simplex esse ur: sed aliud ē a contrario corruptio qdā:aliud ē salus:potius est qđ est potentia ab eo qđ ē actu: simileq; perinde atq; potentia sese habet ad actū.Fit.n.contēplans quod scientiam habet.Quod quidem aut non est alterari:in ipsum enim fit incrementū & in actum pfectionemue:aut aliud alterationis est genus. Quocirca non recte se habet dicere ipsum sciens cum scit alterari:sicut nec ædificatorem cum ædificat.Quod igitur in actū ducit:ex eo quod est intelligens potentia atq; sciens id-non doctrinam appellare opor-

B

tet:sed aliud nomē est æquū hre. At qđ ex eo qđ est potentia discit accepitq̧ sciam:ab eo qđ est actu sciens atq̧ ab ipso docente. Id aūr nō est dicēdum pati ac alterari:aut duos alterationis esse modos fateamur oportet. Eā inquā mutationē quæ ad priuatiuas est dispositiones:& eā quæ ē ad hitus atq̧ naturam. Hæc cū ita sint:prima quidem mutatio sensitiui ab eo qđ generat fit:cū autē ortum ac generatum est:hēt iā sensum perinde atq̧ sciam:& sentire actu simile est cōtemplari. Dria tamē ē:an ea q̄ actu sensum efficiunt extra sunt: ipsum inquā uisibile & audibile & sensibiliū cætera. Cuius cā hæc est:actu nāq̧ sensus singulariū est. Scia uero uniuersaliū est:hæc autē ipsa aīa quodam mō sunt. Quapropter intelligere quidem cum qspiā uoluerit in ipso est situm. Sentire autem non collocaẗ in ipso. Necesse est .n. sensibile ipsum adesse:pari mō res sese hēt:& in scientis sensibilium:& ob eādē utiq̧ cā:quia sensibilia singularia sunt:sunt & extra sicuti diximus. Sed ut de his exactius dilucidiusue dicamus:dabiẗ nobis rursus occasio.

Nūc id sit a nobis determinatum. Cum simplex inquam nō sit id quod dr̄ esse potentia:sed aliud quidem sit ut puer:quē militare posse dicere licet. Aliud autem ut isce qui iam ætate militariq̧ arte actus euasit ad militandum sensitium similiter se hre. Atq̧ cum ipsoꝝ differētia noīe careat. Determinatū autem sit ipsa eē diuersa:& quo pacto diuersa sunt:necesse est ipso pati ac alterari tanq̄ ꝓpriis nominibus uti. Ipsum autē sensitiuū potentia tale est:quale iam ipsum sensibile est actu sicuti diximus. Patiẗ igiẗ cum est non simile. At passum euasit simile:& est tale quale est illud.

Capitulum secundum.

At enim de unoquoq̧ sensu:deinceps a sensibilibus cuiusq̧ proficiscentes dicamus oportet. Atq̧ prius ipsa sensibilia distinguenda esse uidentur. Sensibile itaque trifariam dr̄. Sensibiliū enim quædā per se:quædam per accidēs sentiunẗ. Et illorū rursus alia sunt uniuscuiusq̧ propria sensus:alia cōmunia cunctis. Atq̧ proprium id sensibile dico qđ alio sensu sentiri nō pōt:& circa quod error fieri neq̧t. Vt color respectu uisus:& sonus auditus:& sapor gustus:tactus aūt plures drias habet quidem. Iudicat tamē de illis ut cæteroꝝ sensuū quisq̧ de suo sensibili & nō decipiẗ. Visus enim non errat esse colorē:aut auditus esse sonū:sed qd sit id qđ ē infectū colore uel ubi huiuscemodi igiẗ sensibilia dicunẗ uniuscuiusq̧ ꝓpria sensus. Communia uero sunt hæc motus:quies nūerus:figura:ēt magnitudo. Talia nanq̧ nullius sunt ꝓpria sensus: sed oibus cōmunia sunt. Etenim tactu motus quidā sensibilis est atq̧ uisu. Per accidens aūt sensibile dr̄ ut si album. Diari filius sit:per accidens enim hoc sentit: quia albo quod sentit:id accidit. Quapropter & nihil ipse sensus ab huiuscemodi sensibilibus patitur:ut talia sunt:eorum autē quæ per se sentiuntur illa sunt propria sensibilia quæ propria sunt:& ad quæ substantia uniuscuiuq̧ sensus est apta.

Tractatus quintus.

Cuius igitur uisus est perceptiuus id est uisibile. Visibile uero est color: & id quod oratione quidem explicare ac dicere licet. Nomine autem caret: atque id ipsum maxime patebit cum ulterius procedemus. Visibile igitur est color: hic autem est id quod est in eo quod per se uisibile est: per se uero non ratione: sed quia in se causam habet ut sit uisibile. Color autem omnis motiuus est eius quod est perspicuum actu:& id est ipsius natura. Quapropter non est uisibile absq̧ luce: sed omnis uniuscuiusq̧ color in lumine sane uidetur: Quamobrem quid nam sit ipsum lumen:prius dicere declarareq̧ oportet. Est igitur aliquid perspicuum. Perspicuum autem id dico:quod est quidem uisibile. Nō est autem ut simpliciter dicam per:sed per

alienum colorem uisibile. Atq; res talis est aer, & aqua, & solidorum complura: ut uitrum, & glacies, & huiusmodi corpora: non enim aqua uel aer, ut est aqua uel aer perspicuum est: sed quia natura eadem inest in his utrisq;: & perpetuo supero corpore. Lumen autem actus est huiusce perspicui ea nimirum ratione qua perspicuum est. At id est potentia: in quo nunc idipsum inest: nunc tenebræ: atq; lumen: quasi perspicui color est: cum est perspicuum actu ab igne uel ab huiuscemodi corpore: quale est ipsum superum corpus: nam huic inest aliquid unum & idem. Quid igitur est perspicuum diximus: & quid etiam lumen: nam neq; ignis est: neq; omnino corpus: neq; corporis ē ullius defluxus: esset enim quoddam hoc quoq; pacto profecto corpus: sed est ignis uel huiuscemodi cuiusdam in perspicuo præsentia corporis: fieri nanq; non potest, ut in eodem sint duo corpora simul. Videtur autem tenebris contrarium esse lumen: at tenebræ priuatio sunt talis habitus: atq; ignis uel corporis talis absentia a perspicuo. Quare patet huiusce præsentiam esse lumen. Atq; non recte dixit. Empedocles & si quis itidē censuit: lumen ferri atq; extendi tandem inter terram & continens: nosq; idipsum latere: hoc enim & rationis metas egreditur: & est præter ea nimis quæ apparent: in paruo nāq; spacio motus fortasse lateret: sed ab ortu solis ad occasum tanti corporis motum latere: magna nimirum profecto est postulatio. At qui coloris quidem id est susceptiuum quod colore uacat: soni autem, id quod sono. Vacat autem colore perspicuum ipsum: & inuisibile: uel id quod uix tandem uidetur. quale id esse uidet: quod tenebris est affectum: atq; tale est ipsum ut patet perspicuum: attamen non cum est perspicuū actu sed cum potentia: eadem enim natura modo est tenebræ, modo lumen. At uero non uniuersa uisibilia in lumine sunt uisibilia: sed solum uniuscuiusq; proprius color. Nonnulla nanq; in lumine quidem non uidentur: in tenebris autem efficiunt sensum: ut ea quæ apparent ignea atq; splendent. Hæc autem nomine carent uno, ut fungus, cornu, piscium capita, squamæ, oculi: sed nullius horum proprius color uidetur: atq; quam ob causam hæc uisibilia sunt: alia ratio est. Nunc tantum patet id inquam quod in lumine uidetur esse colorem: quocirca sine lumine non uidetur: hæc est enim sane coloris ratio: esse inquam eius motiuum quod est perspicuum actu. Actus autem perspicuis lumen est, uti diximus: Id ita esse ex eo tanq̄ e manifesto signo patere pōt: nam si quispiā id quod habet colorem super ipsum uisum posuerit: non sane uidebit: sed color quidem mouet perspicuum ut aerem: ab hac autem cum sit continuus sensus instrumentū mouetur. Non enim hoc loco recte sentire uidetur Democritus: qui quidem putat: si medium spaciū uacuū fiat: formicam etiā si sit in cœlo exacte perfecteq; uideri. Etenim ipsum fieri non potest: uisio nanq; fit patiente aliquid sensitiuo: at ut patiatur ab ipso colore qui uidetur, fieri nequit. Restat igitur ut a medio: quare necesse ē aliquod esse medium inter colorem ipsum & uisum: quod si id uacuū fiat: non modo non exacte, sed neque quicq̄ oīno uidetur: quā igitur ob cām necesse est in lumine colorē uideri diximus. At igni in utrisq; plane uidet: in tenebris inquā atq; in lumine: id aūt necessario accidit. Ipsum enim perspcuum ab hoc perspicuum fit. Eadem autē ē & de sono, & de odore etiā ratio: nihil enim ipsorū sensus instrumentum tangens efficit sensum: sed ob odore quidem, & sono mouetur medium: ab hoc aūt utrunq; sensum instrumentū. Quod si quispiam super ipsum instrumentum, sensus, uel id quod sonat, uel id quod olet posuerit: nullus profecto sensus efficietur simili modo res sese habet ī tactu & etiam gustu: sed non apparet: quam autem ob causam: postea dicetur ac patebit. Atque medium quidem in sonis est aer: in odoribus autem nomine uacat. Nam ut perspicuum in colo

re cõmunis est quidam affectus in aere atq; aqua:sic alius quidam in odoribus est affectus:qui quidem inest in his utrisq; in aere inquam & aqua. Videtur enim & animalium ea quæ uersantur in aquis sensum odoris habere. Verum homo cæteraq; animãtia quæ degunt in terra:atq; respirant:nequeunt sine respiratione olfacere: & causa etiã huiusce posterius explicabitur.

Tractatus sextus.

NVnc autem post hæc de sono & auditu determinemus oportet. Est itaq; sonus duplex. Quidã enim est actu:quidam potentia sonus. Nam corporum quædam non habere dicimus sonum: ut spongiam lanam & huiuscemodi: quædam habere:ut æs & quæcunq; solida leuiaq; sunt: quia possunt sonare:id est inter se & auditum sonum efficere. Fit autem actu sonus alicuius semper ad aliquid & in aliquo. Ictus est enim qui sonum efficit ipsum. Quapropter fieri non potest:ut si unũ sit corpus sonus efficiatur. Quippe cum aliud sit id quod uerberat:aliud quod uerberatur. Quare id quod sonat:ad aliquid sonat:sine autem latione nunq̃ efficitur ictus:atque uti diximus non quorumuis ictus corporum sine ullo discrimine sonus ẽ. Nullum enim efficit sonũ:si percussa fuerit lana:sed æs & quæcunq; sunt leuia cõcauaq;: æs quidem quia corpus est leue. Concaua uero quia per reflexiones q̃plures post primum efficiunt ictus:quippe cum nõ possit aer motus ac agitatus exire. Præterea auditur quidem sonus & in aere & in aqua:at uero nec aer est auctor soni:nec aqua: sed opus est: ut inter sese solidorum corporum atq; ad aerem ictus fiat. Quod quidem tum fit: cũ aer percussus permanet:neq; diffundit᷑. Quapropter si cito uehemẽterq; percutiat᷑: sonat. Opus est enim ut percutientis motus diffusionẽ præueniat aeris:perinde atq; si cumulum aut aceruum arenæ cum fertur uelociter quispiam uerberet. Fit autem echo sonitus inquã is qui post sonum resultat cũ aer factus unus ob uas uel locum q̃ terminauit ipsum atq; dissolui ꝓhibuit:inde resilit ueluti pila repulsus:uidet᷑ autem talis sonitus fieri semper: sed nõ semper clarus efficitur:nam & in sono perinde atq; in lumine fit:lumen enim semper refrangitur:alioquin non fieret lumen ubiq;: sed essent extra locum eum tenebræ:quo radii solis perueniunt. Verum non ita semper refrãgitur ut umbram efficiat:qua terminare lumen solemus: quod quidem tum fit. Cum ab aqua uel aere cæterisq; leuibus ut patet reflectitur. Recte autẽ a ueteribus audiendi uacuo tribuitur auctoritas:nam aer uacuũ esse uidetur. Is autẽ est q̃ audire facit. Cum continuus unusq; fuerit agitatus. Verum quiã fragilis est nõ personat:nisi id qd᷑ est percussum sit leue. Tũ enim unus ipso simul ob planitiem ipsam euadit. Leuis nanq; corporis planũ ẽ unũ. Id igitur sonum efficit:qd᷑ mouet usq; au auditum cõtinuatione aerem unũ. Inest aũt auditui quidam insitus aer:atq; cum auditus in aere sit. Cum externus aer mouetur:& internus mouetur ac agitatur. Quapropter animal non omni audit ex parte:neque quouis aer pertransit & penetrat:quippe cum animatum non habeat aerem ubiq;: quo possit quouis sua parte moueri. Ipse igitur aer uacat ex se sono:quia facile dispergitur ac dissoluitur:uerum cum prohibetur dissolui:motio tum ipsius est sonus:at is aer qui in auribus est collocatus intus est conditus:ut sit imobilis:atq; hoc ut exacte sentiat differentias omnes. Et propter hoc in aqua etiam audimus: quia non ingreditur in ipsum insitum aerem:nec in aurem ob obliquitatis ipsius aqua. Quod si acciderit non audimus:nec item si ægrotauerit ipsa membrana. Quemadmodum etiam non uidemus:cum ea pellis ægrotat quæ pupillam complectitur. At enim signum id est audiendi uel nõ audiẽdi:nam auris semper personat perindẽ ac cornu. Semper enim aer insi

tus motu suo quędā in auribus agitatur. Verum ipse sonus alienus est & non ꝑprius: & propterea ueteres uacuo nos inquiunt audire ac personante: quia audimus eo quod determinatū aerem habet. Sed utrum horum duorum sonet. Vtrum id quod uerberatur. At constat: utrūq; sonare: mō aūt diuerso. Sonus enim motio est eius: qđ eo motu moueri potest: quo mouentur ea quę resiliunt a corporibus leuibus. Cum quispiam ꝑcutit. Nec omne quoduis tam uerberatum q̄ uerberans sonum efficit: uti diximus. Nō enim ut patet sonus efficitur: si acus feriat acū: sed opus est ut id quod uerberatᵉ sit planum: quo simul aer inde resiliat: totusue concutiatur. Atq; differentię sonorum actu sono manifeste fieri solent. Nam ut absq; lumine non uidentur colores: sic neq; acutum graueq; sine sono discernitur: hęc autem a tangibilibus translatione dicuntur. Acutum nanq; multum in breui tempore sensum mouet: graue uero longo in tēpore paꝝ. Non igitur idem est acutū & uelox: neq; graue tardumq;: sed fit alterius quidē motus ꝓpter uelocitatem talis: alterius aūt talis ob tarditatem. Et similia esse uidentur acuto atq; obtuso: quę sunt in tactu. Nam acutum quidem quasi pungit: obtusum autem quasi pellit: quia illud in pauco: hoc in multo tempore mouet. Quare fit ut illud sit uelox: hoc tardum. Atq; de sono quidem determinatum sit hactenus. Vox autem sonus quidā est animantis: nil enim inanimatorum uocem habet: sed similitudine quadam dicūtur uocem emittere: ut tibia lyra cęteraq; inanimata: quęcunq; extensionem, concentum, & locutionem habent: horum enim soni similes esse uoci uidentur: quia uox & hęc eadem habet. At qui complura sunt animalium quę non eliciunt uocē: ut ea quę sanguinis expertia sunt. Et eorum quę sanguinem habent pisces: atq; id non absq; ratione: si quidem sonus motio quędam aeris est: sed qui uocem dicuntur emittere ut acheloi fluuii pisces: ii branchis sane sonitant: uel aliqua simili parte. Vox autem & sonus ē animalis: & non quauis efficitur sine discrimine parte: sed cum aliquo percutiente aliquid & in aliquo quod quidem est aer sonus effici soleat: iure profecto uocem animalium ea solum habebunt quę suscipiunt aerem. Iam enim ipsa natura ut ad gustum & locutionem utitur lingua: quorum gustus quidem necessarium ē: quapropter pluribus inest: interpretatio uero est gratia boni: sic & aere qui respiratione trahitur ad duas utiᵉ operationes: ad internum inquam disponendum calorem: quod quidem est necessariū, & causam in aliis explicabimus: & ad uocem etiam conficiendam ob bonū. Instrumentum autem respirandi fauces sunt: pulmoq; id est gratia cuius est ista pars. Nā ea quę gradiuntur hac in parte plus habent caloris: q̄ cętera. Is pręterea locus qui circa cor ē: primus respiratione nimirum eget. Iccirco necessarium est aerem ingredi respiratiōe attractum. Quare uox est ictus aeris respiratiōe attracti: qui quidem ab anima fit: ea quę his in partibus collocatur ad eam partem quę gurgulio appellatur. Nō enim omnis quiuis animalis sonus uox est: uti diximus: fit enim ut & lingua sonus efficiatᵉ: & ēt ut tussientes efficiūt uocem ſpirantē aut respirantē: sed aerē detinentē: sed oportet & animatū sit id qđ uerberat: & aliqua cū imaginatione. Vox enim sonus quidē est significatiuus: & non aeris eius qui respiratione trahitur: uti tussis: sed hoc ferit aerem eum: qui est in gurgulione ad ipsum. Signū autem est: non posse quenq̄ edere uocē ſpirantē aut respirantem: sed aerem retinentem: detinens enim aerem hoc ipso nimirum mouet. Patet autem & quā ob cām pisces uocem non fundunt: fauces enim non habent: at hāc partem non habent: quia non suscipiunt aerē, neq; respirant. Sed quia ita dicunt uehementer aberrant. Quam autem ob causam alius sermo est.

Tractatus septimus.

De odore uero & odorabili nõ æque bene atq; de hisce quæ dicta sunt discerne re determinareq; possumus:nõ.n.sic patet q̃le q̃d sit odor:ut sonus/uel lumẽ/ uel color:cuius cã est nos nõ hr̃e hũc sensum exactũ. Sed inferiorem cõpluriũ animalium sensu.Remisse nãq; homo olfacit:& nihil odorabilium pcipit absq; dolore/ uel uoluptate:ppterea q; sensus instrumentum huiusce non est exactum atq; perfectũ.

Atq; consentaneũ ẽ rõni:tam aialium ea quæ duros oculos habẽt/sic sentire colores: ut nõ eoꝵ percipiãt dr̃ias:nisi terrore contrarioq; ipsius:q̃ hoĩum genus odores: similẽ aũt rõnes subire uidenẽ odoratus ad gustũ:& odoris speciei ad spẽs ipsas sapoꝵ. Verũ exactiorẽ gustũ hẽmus q̃ odoratũ:ex eo qa gustus tactus ẽ qdã:quẽ qdẽ sensum hõ exactissimũ hẽt:in cæteris nãq; sensibus ueheměter a cæteris aialibus superaẽ: at tactu lõge cæteris oibus excellẽtius pcipit.Quapp & prudẽtissimum ẽ aialium.Iudiciũ aũt ẽ in hoĩum genere ob hoc ĩstrumentũ sensus: ingeniosos esse ebete sue:& nõ ob aliud qcq;. Qui nãq; sunt duri carne:ii sunt inepti mẽte.Qui uero sunt molles carne:ii sunt ingeniosi menteq; dextri. Vt aũt sapoꝵ alius dulcis:alius est amarus.Sic & odorum quosdam dulces:quosdã appellamus amaros.Veꝵ quædã odorẽ habẽt/saporẽq; similis rõnis.Dulcem inquã saporẽ:dulcemq; odorem:quædã contra.Similiter & acer est & acerbus odor:& acutus & pinguis.Nã qa odores non sunt uti diximus manifesti:& perinde atq; sapores:ideo noia odoꝵ deducta sunt a saporibus p similitudinẽ reꝵ.Alius.n.ẽ dulcis:ut croci mellisq;:alius acer:ut thymi ac huiuscemodi reꝵ.Idẽ & ĩ cæteris modus seruaẽ. Atq sicut auditus ẽ audibilis atq; inaudibilis:& uisus uisibilis atq; inuisibilis: & quisq; similiter sensuũ:sic & odoratus ẽ odorabilis atq; ĩodorabilis. Inodorabile ãt multipliciter dr̃:nã & id:qd' oĩno caret odore:neq; unq̃ odorẽ hr̃e põt:& id:qd' exiguũ habet:& id ẽt:qd' malũ tetrũq; hẽt odorem/hoc appellari noie solet:similiter & ipsum igustabile dr̃. Fit aũt olfatus ẽt per mediũ:aut aerem aut aquã.Etenim aialiũ ea:q̃ in aqs degunt :uidenẽ odorẽ sentire:tã habẽtia:q̃ nõ habẽtia sanguinẽ.Sicut & ea:quæ uersantur in aere.Hoꝵ nanq; nõnulla odorẽ alimenti percipiunt eminus:pergũtq; ad ipsum.

Quocirca dubitationem hic locus hr̃e uideẽ:si cũcta qdem similiter olfaciũt:hõ uero respirans :non respirans aũt/sed spirans/aut detinens spũm non olfacit :neq; eminus neq; cominus:neq; si in ipsis naribus intus rem olentem posuerimus. Atq; sensum qdẽ non fieri:si in instrumento sensus res ipsa sensu pcipienda ponaẽ:cõe oibus est.Sed non sentire sine respiratione proprium hoĩum esse uidetur:qd' qdem experientia late patet

Quare ea:quæ sanguinis expertia sunt.Cũ non respirent:sensum quẽdã præter eos sensus qui dicantur alium habent.At id esse non põt:quippe cũ odorẽ percipiant:sensus .n.rei tã male q̃ bene olentis olfatus sine cõtrouersia est.Præterea a uehementibus & ipsa corrũpi uidenẽ odoribus:a qbus & hõ corrũpiẽ:ut bituminis:sulphuris:& similium necesse est igiẽ ipsa olfacere:nõ respirãtia tamẽ. Atq; huius instrumẽtũ sensus ĩ hoĩe peride uř ab ĩstrõ differre taliũ animantiũ:atq; oculi differunt ab eoꝵ oculis animaliũ: quæ duros oculos habẽt.Nã animaliũ ea:q̃ molles oculos habẽt: palpebras ipsas uti sepẽ & tegmẽ habẽt:q̃s nisi mouerint/ac apparuerint:non uidẽt:ut late patet.At ea:q̃ durorum sunt oculorum:nihil habẽt profecto tale.Sed illico res eas uident:quæ ĩ pspicuo sunt.Sic igitur & instrumẽtũ olfatus in hisce qui dr̃:quæ non respirãt. Velamine caret: pinde atq; oculus durus/ut diximus.In his autẽ: quæ suscipiunt aerẽ hẽt uelamẽ:qd cũ respirãt:aperitur uenis meatibusue distentis:& iccirco quæ respirãt nõ olfaciũt in aqua: necesse est.n.olfaciant respirando:at id in aqua facere nequeunt.Est autem odor sicci:sicut humidi sapor. Ipsum uero instrumentum olfatus est potentia tale.

Tractatus octauus.

GVstabile aūt est quoddā tāgibile. Atq; hæc est cā: ut ipsum non sit sensibile p
mediū corpus extremum: neq;.n.tactus tali medio pcipit: eni uero corpus etiā
id in quo tanq̄ in materia: est ipsæ sapor q gustu pcipit: humidū est: quod est
tangibile quoddam: quapropter si ēt essemus in aqua: Dulce sane sentiremus in ipsa po
situm: & nō sensus illius nobis p aquā: tāquā p mediū esset. Sed quia permixtū illud es
set cum humido: queādmodū in potione fieri solet: color aūt non hoc uī: qđ miscetur
neq; de fluxibus. Nō igit ut est ibi: sic esse de medio dicere possumus: nullum .n. ex
extremum est mediū: ut diximus: aut aūt uisibile est color: sic ē gustabile sapor. Atq ni
hil absq; humiditate saporis efficit sensum: sed oē: quod ipsius efficit humiditatem aut
actu: aut potētia nimis; hēt ut salsum: nā & ipsum liq̄scere pōt facile: & se linguam ut
patet cū liq̄scit humidiorē efficere pōt. At uero sicuti uisus est uisibilis & inuisibilis: &
tenebræ nāq; sunt inuisibiles: quas ēt uisus discernit: & eius qđ ualde splēdidū ē: & hoc
.n. inuisibile dī q̄q̄ non codē: sed alio mō q̄ tenebræ. Sicut igit uisus uisibilis & inuisibi
lis est: & auditus similiter soni silentiiq;: quoꝝ alteꝝ audibile: alteꝝ inaudibile est: & ēt
soni magni perinde atq; splēdidi uisus. Nā ut paruus sonus mō q̄ddā inaudibilis. Sic ēt
& magnus ac uiolētus. Inuisibile uero multifariam dici solet: quoddā pinde dī tale: at
que in cæteris ēt id: qđ impossibile ē quoddā hoc pacto: ut aptū q̄dē sit id hēt: quo uide
re possit: illo aūt careat aut hēat remisse uel praue: ut informe dī: aut indoctū. Sicut igi
tur uisus iquam uisibilis & inuisibilis est: & auditus similiter: sic & gustus gustabilis &
ingustabilis est: quod q̄dem aut exiguū hēt: aut paruū: aut uastantem gustū saporē. Vi
det aūt potabile & ipotabile esse pricipium: utrūq;.n. gustu pcipit. Veꝝ alteꝝ est puū
gustūq; deuastat: alteꝝ est amicū naturæ: est aūt potabile gustui cū tactu cōe. At ue
ro cū gustabile sit hūidum: necesse est & istrumētū sensus ipsius neq; humidū eē actu:
neq; ēt tale ut humectari nō possit humidūq; euadere: patitur enim aliquid gustus ab
ipso gustabili: ea nimirum rōne qua gustabile est. Necesse est igitur instrumētū gustus
potētia q̄dē humidū esse: humectari aūt actu: ita aūt humectari: ut eius conseruetur cū
humectatur & ratio. Signum aūt est linguam: neq; cum est ualde sicca: neq; cū & nimi
rum humida sentire. Is enim tactus fit humidi primi perinde atq; si cum prægustauerit
quispiam uehementem acremue saporem: deinde alium gustet: & ut in ægrotantibus
fit quibus cuncta uident amara: quia lingua sentiūt tali humiditate referta. Spēs āt
sapoꝝ ita sese habēt: queādmodū coloꝝ. Dulce nāq; & amarum cōtraria simplicia sunt
heret aūt dulci q̄dē pigue: amaro aūt salsum. At iter hæc collocant acre acerbū: accidūt
atq; acutū. Hæ nanq; fere differentiæ uidentur esse saporum. Quare gustus q̄dē istru
mētū id est: quod est potentia tale: gustabile autem id quod ipsum actu facere potest.

Tractatus nonus.

SE tāgibili āt & tactu eadē ratiōe ē: nam si tactus nō unus sit sensus: sed plures:
necesse est & ea: q̄ tactu pcipiunt plura sensibilia esse. Dubitationē autē iste
locus habere uī. Dubitabit aūt non iniuria q̄spiam. Vtrum plures sint tactus
an unus tantū. Et de instrō tactus quid tandem sit. Vtrū ipsa caro: & id: quod in cæ
teris simile est carni: an ita nō sit: sed id quidem ipsum sit sensus huiusce mediū: istrm āt
ipsius primū: aliud quoddā sit intus. Ois.n. sensus unius cōtrarietatis esse uī: ut uisus al
bi nigriq;: & auditus acute grauisq;: & gustus dulcis atq; amari. At in tangibili plures
in sunt cōtrarietates ut patet.ē.n. calidū frigidū humidum siccum molle duꝝ: & isti
usmodi alia. Sed esse uī ad hāc dubitationē quædā solutio. Nā in cæteris ēt sensibus

plures sunt cõtrarietates. In uoce nanq; nõ solũ ē acumen & grauitas:sed ēt magnitudo
& puitas:& leuitas & asp̄itas uocis:& alia huiuscemodi.Sũt & circa colorē drĩæ aliæ ta/
les.Ve℞ qdnã sit unũ obiectũ tactui.Sic unũ ē auditui sonus:nõ esse mãifectũ uidetur.
Huius ãt utrũ ĩstrumētũ tactus ĩtus sit:post carnē an nõ sit.Sed stati sit ipsa caro:id
nõ esse signũ uꝛ̃.Sēsũ ĩquã illico fieri:cũ res tactu pcipiēdæ tãgunť.Eteni si qs nũc cir/
ca carnē subtilē pellē extēderit:deinde rē tactu pcipiēdã tetigerit:sesus stati similiter fi/
et:& tamē ĩ illa pelle tactus ĩstrumētũ nõ eē.Q đ si cõpulata fuerit:uelocius ut patet/se
sus pceptio fiet. Q uapp talis ps corpis pĩde sese hr̃e uꝛ̃:atq; si circũfusus aer cõiun/
ctus eēt nobis/ac copulatus.Tũc.n.uno quodã ĩstrõ pfecto sonũ & colorē/& odorē/ui
deremur sentire:& unus qdã uideret eē nimi℞ sensus:uisus:auditus:atq; olfatus.Nunc
aũt qa seiũctũ ē id p qđ fiũt motus:patet ĩstr̃a iã dicta sensuũ esse diuersa. In tactu ãt
idipsum nũc latet.fieri.n.neqt ut ex aere uel aq̄ corpus aiatũ tãto mõ cõstet:qppe cũ soli
dũ qđdã eē oporteat.Restat igiť ut ex his atq; terra sit mixtũ:q̄le ē ipsa caro:& id:qđ ui
cē ipsius subit.Q uare necesse ē ipsum corpus copulatũ mediũ eē inter instr̃m ipsius ta
ctus/& res ipsas tãgibiles:p qđ fiũt ipsi sensus:q qdē sunt plures.Indicat ãt plures esse
tactus hisce:q ĩ lingua consistit:nam eadē in pte & oẽs res tãgibiles & saporē ēt lentit.Si
igiť & cæteræ ptes carnis sentirēt saporē.Vnus idēq; tũc sensus uideret. esse pfecto gu
stus & tactus.Nũc aũt qa nõ fit cõuersio.Duo diuersi sensus eē cēsentur. At uero du/
bitabit hoc loco nõ iniuria qspiã:nã si corpus qdem oẽ profunditatem hẽt:atq; hæc est
tertia magnitudo:fieri uero neqt:ut ea corpora sese mutuo tangãt:inter quæ corpus ali/
qđ mediũ ĩtercedit:hũidũq; nõ ē sinõ corpore nec hũectatũ:sed necesse ē uel aq̄ esse uel
aq̄ hr̃e:q fieri põt:ut corpus tangat corpus in aq̄:etenim necesse ē:cũ extrema nõ sint sic
ea:in medio aquã esse:q̄ repleta sunt ipsa extrema.Q uod si hoc ſte ue℞:fieri pfecto nõ
põt:ut corporũ tactus fiat in aqua.Eodē ēt mõ de iis dici põt:quæ ĩ aere collocantur.Si·
mili nãq; mõ sese hẽt aer ad ea:quæ sunt in ipso:& aqua ad ea:q̄ sunt ĩ ipsa : latet ãt nos
magis in hisce:q̄ ĩ aere collocanť: q̄ in animalibus:q̄ sunt in aqua:si hũectatũ: hũectatũ
tangit. Vtrũ igitur oĩum simili mõ sit sensus:an sensuũ qdam/ut nunc uꝛ̃ eodē:qdam
diuerso mõ obiecta sua pcipiãt.Gustus quidē & tactus/tãgendo: cæteri aũt eminus.At
id pfecto non ita est:sed durũ ēt & mobile p alia plane sentimus. Q uēadmodũ & id:
qđ sonat & uisibile ac odorabile.Ve℞ hæc quidē eminus:illa uero cominus sentiuntur:
Q uapp latet si p mediũ illa pcipianť.Nã sensibilia cũcta p mediũ sentiunť:sed ĩ illis id
ipsum latet ut diximus.Etenim uero si per suptilem pellem:ut prius ēt est dictum:posi/
tam circa carnē sentiremus oĩa tangibilia idipsum nõ aĩaduertētes.Sic nos tũ uriq; senti
remus ut nunc in aere sentimus & aqua:nunc.n.uidemur res ipsas tangibiles tangere:&
nullum medium esse. Interest autem inter tãgibile/& ea quæ sonãt & uisibilia : nam
hæc quidē sentimus:medio in nos aliqd agēte . At tangibilia sentimus non a medio:sed
una cũ ipso medio moti:uti fit:cũ quispiam per clypeum est percussus:nõ enim pcussus
clipeus percussit.Sed fit:ut ambo sint simul pcussi/clipeus atq; miles. Oĩo autem ut
aer & aq̄ sese habẽt ad uisum/& auditũ/atq; olfatũ.Sic caro ac lĩgua sese ad huius ĩstr̃m
sensus habere uidentur.Atq; nec ibi pfecto:nec hic pceptio sensus fiet: cũ ĩstrumētũ sen
sus a re sensibili tãgitur:ut si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album.
Ex quo etiam plane patet instrumentum sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles:
intus esse collocatum/ut diximus.Sic enim & hoc sensus fiet id porro.Q uod in cæteris
sensibus fieri solet.Sensibilium.n. si in ipsis instrumentis ponantur sensuum:non fit ut
ut patet:pceptio. At si sup carne ponať tãgibile:fit ut docet expientia sensus. Q uare si·

ne dubio ipsa caro medium est in tactu. At qui ea tactu pcipiunť:q̄ corporis sunt ut corpus est differentia.Dico aūt differentias eas:quæ rerum elemēta distingunt. calidū frigidū:siccū:ac humidū:de qbus antea diximus iis in locis in qbus de elementis ipsis tractauimus.Instrumentum aūt id quo dictæ qualitates sentiunť:& in quo primo sensus is collocať:quē appellare consueuimus tactum:pars ea sane est:quæ est potentia talis. Sentire nāq; pati qddā ē:ut diximus.Quare id:qd' agit tale illud facit cū sit potētia:quale ē ipsum actu.Quocirca simile calidum atq; frigidum:& duꝝ ac molle nō sentimus.Sed exupationes:qa sensus est quasi mediocritas quædā cōtrarietatis eis:quæ in ipsis sensibilibus inest.Et pp hoc sensibilia ipsa discernit:nam mediū ipsum extremoꝝ est iudex:fit.n.ad utrunq; ipsoꝝ alteꝝ extremoꝝ. Atq; ut id qd' album nigrumq; pceptuꝝ est sensu.Neutrum ipsoꝝ actu:sed potentia sit utrūq; oportet. & in cæteris eodē modo:sic & in tactu neq; calidum neq; frigidū id actu sit oportet:sed utrunq; potentia:quod utrunq; est perceptuꝝ. Præterea ut uisus uisibilis ac inuisibilis quodammō est uti diximus:cæteriq; sensus opositoꝝ similiter.Sic ēt est tangibilis ac intāgibilis tactus.Intangibile autē est ēt id:quod exigua admodum differentiam tangibilium habet quale passus est aer:& exuperationes ēt tangibilium qualia sunt ea : quæ corrumpere possunt.De sensuum igiť unoquoq; dictum sit hoc modo quasi figura.


Tractatus decimus.



Oc autem uniuersaliter accipere de oī sensu oportet :sensum inquam id esse: quod sensibiles sine materia formas suscipe potest:& peride atq; annuli signū sine ferro uel auro suscipit cærā:suscipit aūt æneum uel aureū signum:sed non æs aut auꝝ:neq; signum ut ē aureum æneumue.Simili patiť & sensus uniuscuiusq; sensibilis modo ab eo qd' habet colorem aut sonum aut saporem.Sed nō ut unumquodque illorum dicitur:sed ut est tale & ratione. Instrumentum autem id sensus est primum:in quo est talis uis atq; potentia collocata:atq; sunt idem .Ratio uero non est eadem:sed diuersa:nam id:quod sentit:aliqua est magnitudo:non tamen rō sensitiui neq; sensus est magnitudo:sed est quædam ratio potentiaq; illius. Patet autē ex his & cur sensibilium expurationem sensum instrumenta corrumpunt.Nā si motus sit uehemētior instrumētiq; sensus superet uires.Dissoluitur ratio id autem erat.Sensus. Dissoluiturq; perinde atq; cōcentus intentione.Cum uehementer fides pulsantur. Patet præterea & quam ob causam non sentiunt plantæ tametsi ptem aliquā habent animæ:atq; ab ipsis tangibilibus patiunť:frigescūt.n. & calefiunt ut patet:nam huius cā est.Mediocritatem nō habere:neq; principiū tale:ut sensibiliū sine materia suscipiunt formas:sed cū materia patianť. Dubitabit aūt qspiā:si possit id ab odore pati:quod olfacere neqt: aut id a colore qd' haud quāq̄ uidere pōt: & in cæteris simili mō.Quod si odorabile sit odor:si qd in odoratū agit:odor pfecto agit.Quare fieri neqt ut ab odore qcq̄ patiatur eoꝝ:quæ olfacere nequeunt.Eadem est & in cæteris ratio:nec etiam fieri pōt: ut a sensibilibus quicq̄ patiatur eorum quæ sentiri possunt:nisi ut quodq; est sensitiuum. Id ita eē patere pōt & hoc etiā pacto:nam neq; lumen & tenebræ neq; sonus neq; odor in corpore quicq̄ agit.Sed ea nimirum ī quibus sunt ipsa.Aer.n.q est cum tonitruo scindit lignum.At.n.tangibilia saporesq; agūt.Si enim nō agerent:a quonā inanimata paterenť atq; alterarenť. Quid igiť agunt ne & sensibilia illa.At ut uideť:non omne corpus ab odore pati sonoq; potest:& ea:quæ patiunť terminis uacāt & nō manet ut aer: olet.n.ipsæ tanq̄ aliquid passus.Quid aliud ē olfacere quidem præter idipsum : aliqd inquam pati.At.n.olfacere quidem sentire est.Aer autem passus cito sensibilis fit.

Incipit Liber tertius Aristotelis de anima.

Tractatus primus.



Ensum aũt nullũ aliũ esse præter hos q̃nq;. Visum ĩquã auditũ odoratũ gustũ & tactũ: ex hisce ꝑfecto q̃ nũc deinceps decemus: credere quispiã põt. Nam si nunc sensum oĩs eius habemus cuius sensus est tactus: oẽs nanq; rei tangibilis ut est tangibilis affectus nobis sunt sensibiles tactu: nullus utiq; tactus uel gustus uel olfatus uel auditus uel uisus deesse nobis uidetur. Præterea si sensus nobis deficiat aliquis: & instumentum necesse est illius nobis deesse. Præterea omnis sensus per medium sentit ut patuit. Mediũ aũt aut cõiunctum: aut seiunctum exter numq; esse necesse est. At nos habemus utrũq;: & id inquã qđ est cõiunctum: quo quidẽ tangẽtes sentiamus sensibilia tactu: & etiam per quod eminus non tangentes sentimus: Id uero duplex est spacium simplex aer inquam & aqua. Res autem ita sese habere uidetur: ut si sensibilia plura diuersa genere per unũ medium sentiant̃. Necessarium sit eum: q sensus instrumentũ habeat tale sensitiuũ illorum esse: ut si ex aere sensus sit instrumentũ: & aer sit mediũ in colore sentiendo ac sono. Quod si unum idemq; per plura media sentiant̃: ut color per aerem atq; aquam: hæc eñi utraque perspicua sunt: is qui alterũ tãtũ habet ipsorum: sentit nimirum id quod per utrunque sentiri potest. Nam ex hisce duobus simplicibus tãtũ istrumẽta sunt sensus ex aere atq; aqua. Etenim pupilla ex aqua. Auditus ex aere. Odoratus ex horum altero constat. Ignis aut nullius est instrumenti: aut cõmunis oium est. Quippe cum sine caliditate nihil sit sensitiuũ. Terra ẽt aut nullius est instrumenti aut ĩ tactu maxime: cõmixta. Quo circa restat nullum sensus instrumentum esse præter aerẽ atq; aquã. Hæc aũt nõnulla nunc animalium habent. Ab iis igitur animaliũ: quæ sunt perfecta non imperfecta. nec membris capta omnes sensus habentur. Etenim & talpa sub cetu oculos habere uidetur. Atq; si nullum aliud corpus est præter ea: quæ percipimus esse: nec ullus alius affectus præter eos qui corporibus hisce competunt quæ sunt hic: nullus profecto deficit sensus. At uero neq; sensus instrumentũ quicquã proprium sensibilium communium esse potest. Motus inquam quietis: figuræ magnitudinis: numeri unius: quã unoquoq; sensu sentimus per accidens. Oĩa.n. hæc sane motu sentimus: etenim magnitudo motu sentitur. Quare & figura quidem: cum figura quædã magnitudo sit: & id: quod quiescit: ex eo: quia non mouetur & numerus continui negatione: & sensibilibus proprii. Vnusquisq; nanq; sensus nimirum sentit. Quare patet fieri non posse: ut communium cuiusq; sit proprius sensus. Si enim esset perinde tunc fieret: atq; nunc uisu dulce sentimus: quod quidem propterea fit: quod utrorumq; sensum habemus: quo cum concurrunt agnoscimus. Quod si ita non esset: nullo alio modo profecto nisi per accidens sentiremus: quo pacto filium sentimus. Cleonis: nõ enim Cleonis filium. Sed album sentimus huic autem accidit ut filius sit Cleonis. At cõmunium habemus iam sensum cõmunem non per accidens sane. Nullus igitur ipsorum sensus est proprius nullo .n. sentiremus modo nisi eo: quo diximus filium uidere Cleonis. Propria autem sensibilia sensus ipsi per accidẽs alter alterius sentiũt: nõ hoc sane quo ipsi sunt. Sed quo unus: ceu simul in eodem sensus efficitur: ceu bilem amarã esse ac flauam: non enim ad alterũ pertinet: unum ambo hæc esse dicere: quapropter & errat & si sit quippiam flauum.

Quare patet ät cuius nã gratia plures sensus. Sed nõ unũ tãtũ habemus: at ut minus ipsa: quæ sequũtur atq; cõia lateant: ut motus: & magnitudo: & numerus: nõ si esset solus uisus: qui quidẽ est & coloris: magis laterent: ac idẽ esse oia uiderent: ppterea qđ color & magnitudo simul se sequũtur & comitantur. Nunc aũt cum in alio quoq; sensibili ipsa cõia sint fit inde perspicuum unumquodq; illorũ aliqd aliud esse atq; diuersum.

Tractatus secundus.



Cum aũt sentiamus nos uidere ac audire: necesse est aut uisu sentiamus uidere: aut alio sensu. At si alio sensu: tũ idẽ sensus erit & ipsius uisus & ẽt coloris subiecti. Quare uel duo sensus eiusdẽ erunt subiecti: uel seipsum sentiet ipse. Præterea si alius sit sensus: qui pcipit ipsum uisum: aut in infinitum fiet abiicio: aut erit aliqs sensus: qui seipsum pcipit sentientẽ. Quare idipsum in primo sensu continuo ẽ faciendum. At hinc orit dubitatio: nã si uisu qdẽ sentire nil aliud ẽ q̃ uidere. Videtur autẽ color uel id: qđ hẽt colorẽ. Si quippiam uiderit id: quod uidet colorẽ: id habebit profecto quod uidet primũ. Patet igitur nõ unũ idipsum eẽ. Sentire inquã uisu: nã cũ non uidemus: tenebras & lumẽ uisu discernimus: sed non eodẽ: ut patet mõ. Præterea idipsũ etiã qđ uidet colore: quodãmodo delibitũ est. Instrumẽtũ.n. uniuscuiusq; sensus ipsum sensibile sine materia suscipit uti diximus. Quocirca sensibilibus ipsis se motis: isunt in sensuũ instrumẽtis sensus imaginationes. Atq opatio rei sensibilis atq; sensus sua qdẽ & eadẽ ẽ. At eaꝝ rõ nõ eadẽ est. Dico aũt sonum actu: & auditũ & actu: fit.n. ut is: qui auditum hẽt nõ audiat: & id qđ hẽt sonum non semper sonet. Sed cum opatur id qđ audire põt: & sonat id: qđ sonũ efficere põt tum simul fit & auditus actu & sonus ẽt actu: quoꝝ alteꝝ q̃spiã auditionẽ: alteꝝ sonationẽ esse non incongrue dicere põt. Quod si motus & actio atq; passio in eo est qđ patit atq; mouet: necesse est & sonũ & auditũ actu In auditu q est potentia esse. Agentis nãq; mouẽtisq; opatio in ipso patiente suscipit atq; inest: quocirca necesse ẽ id qđ motu ciet moueri. Actus igit sonatiui sonus est uel sonatio. Auditiui uero auditus uel auditio. Duplex.n.ẽ auditus: & duplex ẽt sonus. Eadẽ est & in cæteris sensibus ac sensibilibus rõ: atq; ut actio passioq; nõ in agẽte est. Sed in eo quod patit. Sic & ipsius sensibilis actio in ipso est sensitiuo. Sed in quibusdã noia quoq; sunt possita: ut sonatio ac auditio: in qbusdã caret alteꝝ noie. Opatio .n. uisus uisio dr: at coloris noie uacat. Opatio præterea gustus gustatio dr: at saporis nomẽ nõ habet. Hæc cum ita sint: atq; unus actus rei sensibilis sensitiuiq; sit: q̃uis diuersas habeat rõnes: sicuti diximus: necesse ẽ simul corrũpant: simulq; sint salua: auditus ac sonus: q hoc modo dicuntur: & sapor itidem & gustus: cæteraq; similiter. At ea: quæ dicunt potẽtia nõ hanc ipsam pfecto necessario subeũt legẽ. Nõ recte igit priores naturales phi sentiebant: qui quidẽ sine uisu neq; albũ ullum neq; nigrũ eẽ dicebãt: neq; itẽ nullũ sine gustu saporẽ: nã partim recte: partim nõ recte censebãt. Etenĩ cũ dupliciter sensus sensibileq; dicat potẽtia atq; actu: i his quidẽ secundis fit idipsum sane: qđ dictum est in illis autẽ primus nõ fit ut luce clarius extat. At illi de hisce simpliciter loquebant: quæ simpliciter nõ dicunt. Quod si uox quædam concentus est: uox autẽ & auditus tũ unũ: tum nõ unũ: aut nõ idẽ sunt: & si cõcentus est ratio: necesse est & auditũ quidã esse rõnem: atq; ob idipsum exuperans quodq; tã acutum q̃ graue corrumpit auditum atq; deuastat: & in saporibus gustum: & in coloribus uisum: id qđ nimiꝝ est splendidũ & tenebrosũ: & in odoribus uehemens odor. Siue dulcis: siue amarus: q sensus ipse qdã est rõ rata. Quocirca sensibilium ea q̃ sincere talia qq; simplicia sunt: ut acutum uel dulce uel salsum cum reducunt ad rõnem sensui sunt iucunda: tunc enim

ipsum delectare uidentur. Omnino aūt ipsum mixtum magis concentus est: q̃ acutum uel graue. Tactui quoq; non calidum sane simplex ac frigidū. Sed id qđ est ad rōnē redactū amicū est atq; iucundū. Enim uero sensus ipse ratio quædā est uti diximus: sensibiliū aūt ea: quæ exupant: at dolorē afferūt ipsi: aut tādē ipsum corrūpūt. Vnusquisque igit̄ sensus ut sæpe diximus sensibilis est obiecti. Estq; in instrumēto suo ea rōne: q̃ illud sensus est instrumentum: & differentias sensibiles obiecti sui discernit: ut albū qui dē & nigrū uisus. Dulce aūt & amarū gustus: & cæteri similiter sensus. At enim cum albū & dulce & singula sensibiliū ad singula nimi℞ aliq̃ cōparemus ac discernamus & sentiamus differre: necesse ē idipsum profecto fieri sensu: qppe cū illa sensibilia sint.

Quo patet carnem ultimū instrumētū sensu nō esse: nā necesse ē id quod discernit tangendo discernere: fieri igitur nō pōt: ut separatis discernatur dulce diuersum esse albo. Sed uni cuipiā ambo nota esse oportet. Illo nanq; mō sane pateret inter sese illa a differre: ēt si alte℞ ego: alte℞ tu sentires: unum igit̄ dicat oportet. Diuersa esse dulce ac albū. Dicit igit̄ idem. Quare ut dicit: sic & itelligit atq; sentit: patet ergo fieri non posse: ut separatis separata diiudicētur. At hinc patet neq; fieri posse ut separatio in tpe discernant. Nā ut idē aliud eē bonum ac malum dicit. Sic quādū alte℞ dicit aliud esse: tūc & alterum etiam dicit: atq; dico quādo nō per accidēs: ueluti nūc dico quippiam aliud eē: non tamē dico illud nunc aliud esse: sed hoc pacto nunc dici: ut dicat: & nunc illud eē: simul igitur dicit. Quo fit ut inseparabile & in inseparabili tempore separata discernat.

At uero fieri nō pōt: ut simul idem ea ratione qua indiuisibile est: & in indiuisibili tēpore motibus contrariis moueatur. At dulce quidem sit mouet sensum ac intellectum. Amarum autem contrario modo: & album itidem diuerso. Est ne igitur quod discernit indiuisibile quidem numero. Separatum aūt rōne: partim igit̄ ut diuisibile res sentit diuisas: ptim ut indiuisibile: nā rōne quidē diuisibile: loco autē atq; numero idiuisibile est.

An id minime fieri pōt: idē. n. potentia qdem est ipsa contraria: & diuisibile & indiuisibile: actu aūt esse nō pōt. Sed patiēdo diuisibile est: at fieri neq̃t: ut simul sit album & nigrū. Quare neq; formas ipso℞ simul sensus ac intellectus. Si talia sint ut patianī suscipient. At. n. hoc perinde sese habet: atq; id quod quidam punctū appellāt. Quod quidem tum unū est: tum duo: quo pacto & diuisibile est quo igitur indiuisibile ē hoc unum est: id quod discernit ac simul. Quo uero est diuisibile: hoc nō unum est: bis eni eiusdem signi simul sit usus. Quo ergo finis usus si. ut duorum: hoc duo discernit: atque est separata ut separatū. Quo uero ē unum: hoc unius sit usus & simul. Sed de principio qdē quo dicimus aīal sensitiuū esse. sit hoc modo determinatum.

Tractatus tertius.



Vm autē duabus prisci dīiis maximeq; diffiniāt aīam. Motione inquam loco accomodata: & intelligendo & discernēdo ac sentiēdo: cōsiderādū est si quid intersit inter intelligere ac sentire. Videt̄ nāq; tam intelligere q̃ ēt sapere: ueluti quoddā eē sentire: etenim his utrisq; re℞ aliquas aīa discernit atq; cognoscit. Et ueteres idē eē sapere sentireq; censent. Quemadmodum & empedocles dixit.

Ad præsens hominum crescit sapientia semper.
& alio rursus in loco.
Hinc uaria his semper prudentia somnia monstrat.
Idem & Homerus his carminibus sensisse uidetur.
Tales nanq; insunt mentes mortalibus ipsis.
Quales quotidie summi fert rector olympi.

Etenim oẽs hi putant ipsum intelligere corporis eẽ:perinde atq̧ ipsum sentire:& sentire simili simile arbitratur, & sapere ut in superioribus diximus locis. Oportebat tamẽ ipsos de errore quoq̧ deceptioneue differere. Sunt enim hæc magis propria animaliũ: plusq̃ id temporis est:quo in his anima uersatur ut patet:iccirco necesse est aut uniuersa:quæ uidenť:ut quidẽ inquiũt esse uera:aut dissimilis rei tactum errorẽ esse deceptionemue. Quippe cum id sit contrarium illi. Simili inquã cognoscere simile. Videtur autem & deceptio & scientia contrariorũ esse eadem. Nõ idem igitur esse sentire, ac sapere patet:illud.n.omnibus animalibus, hoc ualde paucis inest. At neq̧ intelligere idem est, ac sentire:intelligere inquam quo recte atq̧ non recte res percipi solent. Quod nãque recte pcipit:id est prudentia & scientia atq̧ opinio uera. At quod nõ recte:id ẽ nimirum his dictis cõtrarium:Etenim ppriorum sensus semp est uerus, & uniuersis animalibus inest. At fit ut falso quoq̧ quis ratiocinetur:neq̧ cuiq̧ competit cui non inest & rõ.

Imaginatio nãq̧ diuersa ẽ a sensu mẽteq̧. Atq̧ neq̧ hæc fit sine sensu:neq̧ existimatio sine hac esse potest. Nõ idem aũt esse imaginationem existimationẽue patet : hci eni affectus in potestate sine controuesia collocatur:licet nanq̧ cum libet fingere quicquid uolumus:atq̧ ante oculos ponere:perinde atq̧ ii faciunt:qui inartificiosæ memoriæ, cõparatis atq̧ dispositis locis imagines fingentes:atq̧ simulachra collocant. At opinari in nobis est situ. Necesse ẽ enim opinãtẽ aut uerã:aut falsam existimationẽ habere. Præterea cũ opinamur aliquid malũ esse:atq̧ terribile. Cõtinuo perturbamur. Similiter & cum opinamur quippiam esse tale, ut in illo sit confidendum. At cum imaginamur talia:perinde afficiamur atq̧ si in pictura eadem spectaremus:sunt autem & existimationis ipsius hæ differentiæ:scia:& opinio:& prudentia:& ea:quæ sunt hisce contraria. De differentia quoq̧ alius sit sermo magis ad idpsum accomodatus. At uero cum diuersum sit sentire, ac intelligere:& huius aliud imaginatio, aliud existimatio esse uidetur. De imaginationeue primo:deinde de altero dicamus oportet. Si igitur imaginatio id ẽ fantasia sit in quo uisum fantasmaq̧ aliquod in nobis dicimus fieri:& non aliud quiq̃ qď p translationem hoc eodem nomine nuncupatur:ipsa profecto una quædam est potentiarũ earũ aut habituũ:quibus discernimus & aut uere pcipimus:aut falso. Tales autem sunt sensus:opinio:scientia:intellectus. At ipsam non esse sensum ex hisce patere põt. Sensus.n.uel ẽ potentia, uel opatio:ut uisus uel uisio. At q̧ nõnunq̃ neutrũ est istorũ:& tamẽ apparẽt aliqua:uidemurq̧ uidere:ut ea:q̃ in somnis apparẽt. Deinde sensus quidẽ semp adest:imaginatio aũt nõ semp. Quod si idẽ eẽt imaginatio ac oderatio. Bestiis imaginatio profecto cunctis in esset. At nõ eẽ uideť ut api aut formicæ: aut uermi. Præterea illæ quidem ueræ sunt semper:imaginationes uero plures fiunt:ut patet:falsæ. Præterea cũ exacte circa sensibile operamur:nõ dicimus hoc nobis hominem uideri ac apparere. Sed potius cum uon clare sentimus:quãdo ẽt fit ut sit uerus sensus & falsus. Atq̧ nobis qď qdẽ paulo antea dicebamus clausis etiã oculis uisa uidenť:atq̧ apparent. Atq̧ nec ullus habituũ eorũ erit:q ueri sunt semp ut sciẽtia uel itellectus. Est eni & falsa imaginatio non solũ uera. Restat igiť ut pscrutemur si sit opinio. Atq̧ fit idẽ opinio & uera & falsa. Verũ opinionẽ quidẽ seqtur fides. Quippe cũ fieri nequeat:ut hisce quisq̃ non credat quorũ habet opinionẽ:bestiarũ aũt fides quidem nulli:imaginatio uero compluribus inest. Præterea fides omnem opinionem sequitur:persuasio fidem :ratio persuasionem. At imaginatio quidem quibusdam beluis inest:ratio autem nullis. At uero patet nec opinionem esse cum sensu:nec opinionem per sensum : nec opinionis sensusue coniũctioẽm & per ea:quæ dicta sunt:& hac ẽt ratione. patet.n.si imaginatio

sit opinionis sensusq; coniunctio: opinionē nō cuiusuis rei. Sed eius esse: cuius est etiā sensus. Dico aūt imaginationem si sit coniunctio sensus opinioni sue: coniunctionē esse opinionis albi & sensus eiusdem albi: nō. n. erit ex opinione quidē boni: sensu aūt albi. Apparere igitur est opinari rem eam: quā sentit: & nō per accidens. At apparent nōnunq̄ ēt falsa: de quibus simul uerā opinionē habet. Sol. n. pedalis quidem apparet: at ꝑsuasum est terra ipsum esse longe maiorem: fit igitur ut aut suam is opinionem: quam habet uerā abiiciat re modo eodem sese habente: nō oblitus: nec dissuasus: aut si ad adhuc illam habeat: eadem sit simul necessario falsa simul & uera. At constat opinionē tū euadere falsam: cum res mutata latet. Neq; igit᷑ unū ē istoꝝ imaginatio neq; ex his est cōiūctū: ueꝝ quoniā fieri pōt ut aliud moueat᷑ ab eo ipso: quod motū est. Imaginatio uero motio quædā esse uidet᷑ & non fieri sine sensu. Sed sentientibus: & eorum etiā esse quorum est sensus: fit autem ut motus oriatur a sensu iam actu. Q ué quidē necesse est ipsi sensui similē esse. Imaginatio motio hæc est ꝑfecto. quæ neq; sine sensu nimirū esse: neq; cōpetere non sentientibus pōt: atq; multa per ipsam id agere patiue pōt: quod ipsum habet: & insuper & uerā & falsam eē. Atq; id ꝑpterea fit: qđ sensus quidē ꝑprio rū ē uerus: aut raro ad modū suscipit falsitatem. At est sensus eius ēt rei: cui propria sensibilia accidunt ubi iam fit: ut ipsa sit falsus. Nam non est falsus. Si album dixerit esse. Sed si albū hoc aut aliud eē. Est præterea cōmuniū sensus: quæ quidem perinde atq; ꝑpria iis accidunt quæ sunt per accidens sensibilia. Dico aūt motum & magnitudinem: quæ ut patet accidūt sensibilibus: circa quæ maxime error deceptioq; fieri sensu potest. Motus igitur iste: qui fit a triplici tali sensu. Differentiā ob idipsum nimiꝝ habebit: atq; primus quidem cum operatio sensus adest est uerus. Cæteri uero falsi ēt esse possunt: & præsente: atq; absente: præserti cū a sensu longe sensibile distat. Si igit᷑ nihil aliud præter imaginationē habeat ea: quæ dicta sunt. Sicq; idipsum: qđ diximus ipsa imago: motus is est ꝑfecto: qui fit a sensu iam operante. Cū aūt uisus maxime sit sensus: hinc est qđ nomē imaginatio ab ipso lumine sumpsit: fantasiaq; dr̄: q̄a sine lumine uisio fieri nequit: at q̄a imaginationes īmanēt. Sensibusq; similes sunt: ideo p ipsas aīalia bestiæ īquā atq; hoīes multa agūt. Illæ: q̄a mentis sunt ut patet exptes. Hoīes: q̄a mēs ꝑturbitiōe nō nunq̄ uel morbo uel somno submergit᷑. Sed de imaginatione quidē determinatum sit hactenus. Satis enim quidnam ipsa sit: & cur sit iste: quæ iā dicta sunt explicauimus.

Tractatus quartus. Capitulū primum.

DE animæ autem ea pte qua cognoscit atq; sapit: siue sit separabilis siue non separabilis: magnitudine: sed ratione. Considerandum deinceps est quam differentiam habet: quoq; pacto tandem fit intelligere. Si igitur ipsum intelligere sit ut sentire: aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili: aut aliquid aliud tale. Vacare igitur ipsa passione: sed formæ susceptiuam esse oportet: & potentia talem. Sed nō illam eē: & similitudinem subire cum sensu: ut quemadmodum sese habet ad sensibilia sensus. Sic sese habet ad intelligibilia intellectus. Q uare necesse est ipsum cum uniuersa intelligat non mixtum esse. Sicut Anaxagoras dixit: ut superet atq; uincat: id est ut cognoscat atq; præcipiat. Alienum nanq; cum apparet iuxta prohibet atq; seiungit. Q uo fit ut neq; ulla sit ipsius natura: nisi ea solum qua possibilis est. Is igitur qui intellectus animæ nuncupatur. Dico autem nunc eum quo ratiocinatur anima & existimat: nihil est actu prorsus eoꝝ: quæ sunt antea quā intelligat ipse. Q uocirca neq; cum corpore mixtum ipsum esse consentaneum est rationi: qualis enim quidam fieret calidus aut frigidus: & instrumentum aliquod ipsius esset profecto: sicut est sensus:

nunc aūt ipsius nullum prsus est instrumentum. Atq; bene recteq; censent: qui forma rum locū aiam inqunt eē. Attamen neq; tota est locus: sed intellectiua neq; est actu: sed potentia formæ. At qui passionis uacuitatē non similē esse sentitiui atq; itellectiui: patet in sensuum instrumentis atq; in ipso sensu. Sensus enim ex uehemente sensibili sentire non potest. Auditus nāq; nō audit sonum post magnos sonos: & uisus non uidet: neque odoratus non olfacit post uehementes colores atq; odores. At intellectus aliquo ualde intelligibili intellecto: non minus sane: sed magis percipit intelligitq; inferiora. Sensitiuum enim non est sine corpore: at intellectus ab eodem est separabilis. Factus autem unumquodq; perinde atq; is q dicit' actu sciens: qd' quidē tū accidit cū ipse p seipsum operari pōt: est quidē & tūc quodāmodo potētia. Sed non perinde ut erat antea q̄ didicisset uel inuenisset: atq; tunc seipsum etiam intelligere potest.

Capitulum secundum.

Cum autem aliud sit magnitudo: aliud magnitudinis esse: & aliud aqua: aliud aq̄ esse: & in aliis ītidem multis: nō enim uniuersis hic modus accomodat'. Sed sunt in quibus hæc ipsa sunt eadē non diuersa: aut alia sane: aut parte quidem eadem. Sed aliter sese habente: carnē & esse carnis discernit. Caro nāq; non est sine materia. Sed pinde atq; simū: hoc est in hoc. Sensitiua igitur parte calidū discernit & frigidum: quorum quædam est ratio caro: alia uero esse carnis discerni- taut separabili: aut sese habente ac seipsam perinde atq; sese habet cum extensa fuerit linea flexa. Rursus in hiis & quæ in abstractione consistunt: eadem esse uidentur: rectum enim se habet ut simum: est enim ipsum cum continuo semper. Quod si quidditas sit diuersa: aliud profecto eē recti: aliud est ipsum rectum ut ibi. Sit enī dualitas. Quare fit: ut hæc etiā alia uel alio modo sese habente parte discernat. Oīno igit' ut res separabilis sunt a materia: sic sese habent & ea: quæ sunt circa intellectum ipsum. Dubitabit aūt non iniuria quispiam: quonā modo intelliget intellectus: si ipse quidem simplex sit ac passionis expers: nihilq; habeat cū ulla re prorsus cōmune. Sic Anaxagoras asserit: intelligere autem pati quoddā sit ut diximus. Quo nanq; quippiam est utrisq; cōmune: hoc nimirū alterum agere: alterum pati uidetur. Præterea ambiget quispiam: si ipse etiam intelligibilis sit. Nā aut cæteris rebus inerit intellectus: nisi alia rōne sit intelligibilis ipse. Intelligibile autem unum quoddam est specie: aut aliqd ipse mixtū habebit: qd' ipsum intelligibile perinde atq; cætera facit. At enim ipsum pati diuisum ē prius una quadā rōne cōmuni. Atq; intellectus potentia quidem est quodā mō intelligibilia ipsa: actu uero nihil est eorum antea q̄ intelligat ipse: oportet autem ī ipso nihil esse perinde atq; in tabula nihil est actu scripta antea q̄ in ipsa scribatur: hoc enim in ipso fit atq; accidit in intellectu. Est etiam intelligibilis & ipse ut intelligibilia cuncta. nam in hisce quidem: quæ sine materia sunt intelligens & id quod intelligitur idem est: etenim idem est contemplatiua scientia: & id: quod ita sub scientiam cadit. Sed cur non semper intelligit consideranda est causa. In iis aut: quæ materiam habent unumquodq; intelligibilium potentia est. Quare illis quidem non inerit intellectus. Nā intellectus taliū potentia sine materia est: ipse autem intelligibilis rationem subibit.

Capitulum tertium.

Cum aūt in omni natura sint quædā: quoꝝ alterū quidē unicuiq; generi materies est: qd' id eē patet: quod ē potētia illa cūcta: alterū uero cā est: & efficiēs: omnia nimirum efficiendo atq; agendo talem subiens rōnem: qualem ars conditionem ad materiam subit. Necesse est & in anima differentias has easdem inesse.

Atq; q̃dã est intellectus talis ut oĩa fiat:q̃dã talis ut oĩa agat atq; efficiat: q̃ q̃dem ut habitus est quidã: & pinde ac lumẽ. Nã & lumen colores:q̃ sunt potentia: actu colores quodãmõ facit. Et is intellectus sepabilis est:& nõ mixtus:passiõeq; uacat:cũ sit substãtia actus. Semp.n.id quod efficit atq; agit præstabilius est eo:qd' patit':& ipsum pri cipiũ omnino materia. Scientia aũt ea:quæ est actu:est idẽ quod res. Ea uero: quæ ẽ potentia: in uno prior est tempore. Absolute aũt neq; tempore:sed non nũc qdẽ intelligit:nũc aũt non intelligit. Separatus uero id est solũ quod est:atq; id solũ est immortale perpetuumq;. Non aũt recordamur:quia hoc quidem expers est passiõis. Intellectus uero passiuus extinguitur:& sine hoc nihil intelligit.

Capitulum quartum.


Ndiuisibiliũ igit' intellectio in hisce cõsistit. Circa quæ falsitas nõ est. At ĩ quibus & falsitas iã & ueritas inest:in hisce composito q̃dã iã est cõceptiuum itellectus:quasi ipsi sint unum. Atq; ut Empedocles dixit.

Multorum certe capita:admirabile dictu.

Ceruicibus siue sunt exorta in luminis aura.

Illa tamen dulcis post hoc concordia iungit.

Sic & hæc separata cõponi solẽt:ut ĩ incõmẽsurabile & diameter. Quod si eorũ ẽt: quæ fuerunt uel erunt fit cõpositio:& tẽpus isuper itelligit':atq; addit':falsitas.n.cõpositione semp cõsistit:nã si albũ nõ album esse dicat:ipsum tũ nõ albũ cõponit:licet autem diuisionem etiam oĩa dicere:attamẽ falsitas aut ueritas non solum cõsistit in hoc. Cleõ ẽ albus. Sed in his etiam Cleõ erat uel erit albus. Id uero:quod singulos dictos conceptus componit unumq; facit:ipse est intellectus. Cum autem dupliciter indiuisibile dicatur: aut potentia:aut actu:nihil prohibet intellectum: cum lõgitudinem intelligit: indiuisibile intelligere:& ĩ indiuisibile tempore: est enim indiuisibilis actu:& tẽpus perinde:atq; longitudo diuisibile: ac indiuisibile est:non igitur dici potest:quid in utroq; tẽporis di midio intelligebat:non est eni si non diuisio fiat:nisi potentia. At cũ utrunq; seorsum intelligit:diuidit simul & tẽpus:atq; tũc ut longitudines illa intelligit. Quod si lõgitudinẽ ut ex uerisq; constantẽ intelligat:in eo quoq; tempore nimirum ipsam intelligit:qd' ex utrisq; pari modo temporibus constat atq; componitur. Quod uero non quantitate:sed forma est indiuisibile:id indiuisibili tempore & animæ indiuisibili præcipit atq; intelligit:per accidẽs autem:& non hoc sane:quo illa diuisibilia sunt:id quod intelligit: & tempus:in quo intelligit. Sed hoc quo ĩdiuisibilia sunt ĩest enĩ & in his ĩdiuisibile qd' dam:at fortasse non separabile:qd' qdẽ unũ tã tẽpus ipsum q̃ ipsam lõgitudinẽ facit:at que id omni sane cõtinuo: & tẽpus: & lõgitudine: similiter ĩest. Punctum aũt oĩsq; diuisio:& id quod est sic ĩdiuisibile: perĩde atq; priuatio cognoscit' manifestũq; euadit. Similis esse uidet':& in aliis ratio. Hoc enĩ modo malũ cognoscit:atq; etiã nigrũ:contrario nãq; quodãmodo cognoscit:id autẽ qd' cognoscit:potentia nimiꝶ esse:& in ipso potentiã inesse oportet. Quod si causaꝶ alicui nullum sit oĩno contrarium:illa seipsam profecto cognoscit:& est actus: & etiam separabilis. Est autẽ dicto quidem quippiam de quopiam:quemadmodum affirmatio. Atq; omnis est uera uel falsa. At intellectus non omnis. Sed qui est ipsius quid est ad formã accomodati est uerus: & non quippiam de quopiam dicit. Sed ut uisio propri ipsius est uera. Si uero album hominem esse dicat: non semper est uera. Sic sese habent ea:quæ sine materia sunt. Sciẽtia autem ea:quæ est actu:est idem quod res:ea uero quæ est potentia:in uno prior est tempore. Simpliciter autem neq; tempore. Sunt enim uniuersa quæ fiunt:ex eo:quod actu est.

Capitulum. v.

Capitulum quintum.

SEnsibile autẽ ad actum ex potentia sensitiuũ ipsum deducere, actũq; uidetur efficere:nõ.n.patitur ac alterať.Q uapp alia quædã est hæc spẽs motus. Nã motus actus est iperfecti:at actus simpliciter q qdem ẽ rei perfectæ: alius est oĩno diuersusq; ab illo.Sentire igitur ipsi dicere solum ac intelligere simile est. Cum aũt sensus iucundum aut molestum discernit:quasi affirmauerit aut negauerit. Tũ psequtur aut fugit. Atq; delectari aut dolore:ẽ operari ipsa medietate sensus ad bonũ aut malũ ut talia sunt & fuga & appetitus:q ẽ actu hoc sunt: & non aliud est appetitiuũ:aliud fugitiuum:nec alia sũt ista a sensitiuo:q̃q̃ ipsoꝝ rõ non ẽ eadẽ sed diuersa. Aiæ aũt q̃ principiũ est rõcinãdi ipsa fantasmata pinde atq; sensibilia sensui ipsi subiicit:atq; cũ bonũ aut malũ esse dicit affirmando aut negando:tũ fugit aut pseqť. Q uapp ipsa aia sine fantasmate nunq̃ intelligit. Fit autẽ & hic perinde ut ibi:nã aer quidẽ pupillã talẽ efficit:ipsã ãt aliud:& auditus simili mõ:ipsum uero ultimũ unũ qdẽ est:& medietas: una:& ipsius plures sunt rõnes:quo uero diiudicat atq; discernit calidũ a dulci differre. Dictũ & prius est:& nũc ẽt est dicẽdũ:ẽ.n.unũ qd ipsum:& ita unũ ut terminus. Atque hæc ipsa unũ sunt aut similitudine rõnis:aut numero quẽ habent ad utrũq;:ut illa inter sese habẽt.Q uid.n.iterest:si quonã pacto discernit aut ea:q sub eodẽ gñe collocãtur:aut cõtraria dubitemus ut albũ ac nigrũ.Si igiť ut ẽ A qď ẽ albũ:ad B qď ẽ nigrũ sit C ad D:q̃re mutuo ordine cõparationẽ ẽt eorũdẽ uere facere licet.Si igiť C D sint unũ:ipsa pfecto sese hẽbunt pinde atq; A B:ut sint idẽ & unũ: non eãdẽ aũt habebant rõnem & illa simili modo:eadẽ erit oĩno ratio:& si A quidem sit dulce:B uero album.

Album	Dulce
A	C
B	D
Nigrum	Amarum

Intellectiuum igiť ipsas formas in fantasmatibus ipsis intelligiť. Et ut in illis ipsi definitũ ẽ id quod fugiendum est uel sequendũ:sic & sine sensu cũ in fantasmatibus ẽ moueť:sentiens.n.signũ face datũ ignem esse:uidensq; ipsum cõi sensu agitari motu cognoscit hostẽ accedere.At nõnunq̃ hisce:q̃ sunt in aia fantasmatibus:aut mẽtis cõceptibus quasi uidens ad ea:q̃ sunt præsentia ratiocinať atq; deliberat de futuris. Et cum hic ut ibi rem:eẽ esse q̃ uoluptatem aut dolorem affert:tũ fugit aut psequiť & oĩno aliqd agit:ipsum ẽt ueꝝ ac falsum:q̃ sine actione sunt:in eodẽ genere sunt:in quo sunt bonum ac malum :sed absoluti differũt atq; cuiuspiã rõe. At uero res eas:q̃ uocitantur ob abstractionem astractæ:hoc pacto intelligit:nã ut si qspiam simitatẽ non ut est simitas: quo quidem pacto pcipi sepata nõ potest.Sed ut cõcauitas ẽ itelligeret actu: sine ea cũ ipsam intelligeret carnẽ i q̃ cõcauitas ẽ. Sic cũ res intelligit mathematicas: tũ sepatas ipsas ut separatas itelligit.Oĩno ãt is itellectus:q actu itelligit:res ipse uti diximus.Si uero fier possit ut aliquã ipse non separatus a magnitudine separatarũ rerũ intelligat nec ne cõsiderandum est postea.

Capitulum sextum.

NVnc aũt ea:quæ de anima dicta sunt:quasi ad quædam capita redigentes:rursus dicamus animam ipsam ea uniuersa quodammodo esse:quæ sunt. Nam ea quæ sunt:aut intelligibilia sunt:aut sensibilia sunt:atq; scientia quidem est res ea quodammodo:quæ sub ipsam scientiam cadunt:sensus autem ipse sensibiles.

Verum quo pacto id ita ẽ q̃rat̃ oportet. Scindit̃ igitur in ipsas res scientia atq; sensus: Is quidẽ qui est potentia in res potentia tales: is uero: qui est actu in actu similiter tales: & scia pari mõ: sensit iuũ autem animæ: & id quod scientiis affici potest: hæc potentia sunt: hoc quidem id qđ sub sciam cadit: illud uero sensibile: at qui necesse est: aut res ipsas aut formas in aia esse. At non sunt in ea res ipsæ profecto. Nõ enim ipse lapis in aia: sed forma lapidis inest. Quare anima est ut manus: manus enim instrumentorum est istrumentũ: & intellectus formaꝝ est forma: & sensus itidẽ sensibilium forma.

Cum aũt nulla res sit præter magnitudines separata: ut uidetur res ipsæ sensibiles: in ipsis profecto sensibilibus formis: ipsæ sunt intelligibiles formæ: tũ earũ rerum: quæ abstractæ uocant̃: tum eorum etiam sensibilium quæ sunt habitus atq; affectus: Iccirco & qui nõ sentit nihil discere uel itelligere põt: & qui contemplatur necesse est una cum fantasmate contempletur: Ipsa nanq; fantasmata ueluti sensibilia sunt: attamen sine materia: est autem aliud fantasia ab affirmatione negationeue: uerũ enim uel falsum complexio est conceptuũ intellectus: At mentis primi conceptus quo quæso different: ut non fantasmata sint. An neq; cæteri sunt fantasmata: non tamen sine fantasmatibus sunt.

Tractatus quintus. Capitulum primum.



Cum aũt animalium anima hisce duobus sit diffinita: discernendi inquam potantia: quod quidem est opus officiumq; mẽtis: atq; etiam sensus: & insuper ẽt mouendi motu ad locũ accomodato potentia. De sensu quidem & intellectu hæc sint determinata ac pertractata. Deinceps autem de eo: quod mouet: quidnam sit ipsius animæ consideremus oportet: utrum una quædam ipsius sit pars separabilis magnitudine uel rõne: an ipsa aia tota: & si pars sit aliqua: utrum sit alia quædam propria præter eas: quæ dici solent: & eas: quas diximus: an istarum aliqua una. Atq; hic existit continuo dubitatio: dubitabitq; non iniuria quispiam: quonam partes aiæ & quot oporteat dicere. Nam infinitæ quodammodo & non eæ solum esse uidentur: quas diuidendo quidam dixerunt rõnis inquam participes & irascendi ac cupiẽdi principiũ uelut alii rõnis particeps & rõnis exps. Per differentias.n.qbus hasce diuidunt: & separant ptes & aliæ partes esse uidet̃: quæ maiorẽ inter sese q̃ dictæ distãtiã habẽt: Vegetatiua inquã quæ quidẽ & plãtis & uniuersis aialibus iest: & sensitiua quã nec ut rationis exptẽ nec ut eiusdẽ participẽ quisq̃ facile ponet. Præterea imaginatiua: q̃ rõne qdẽ ab oibus est diuersa. Cui uero sit iũgenda ut sit idẽ qđ illa: aut a qua est seiungenda ut sit alia ab illa, magnã dubitationẽ hẽt ꝓfecto: si qs seiunctas animæ ptes separatasq; ponat. Insuper appetitiua: q̃ & rõne & ui alia diuersaq; sine dubio ab uniuersis eẽ uidetur: Absurdũ aũt est hãc a cæteris diuellere partibus: fit.n. & ııı participe rationis uoluntas: & in rõne uacãte cupiditas atq; ira. Quđ si tres in partes diuiditur aia: i unaquaq; ꝑfecto partiũ inerit appetitus. Sed ut redeamus unde digressi sumus: qd est id: quod mouent ipsum: an aial loco: quo de nũc disputatio nostra ẽ istituta: motu nanq; eo: quo incremẽta decrementaq; suscipiũt̃: q quidẽ oibus animantibus inest: id mouere sane uidet̃: qđ uniuersis inest eisdẽ: principiũ inquã generandi ac nutriendi: de respiratione aũt expiratiõeue & somno atq; uigilia posterius cõsiderare oportet. Nã & hæc ipsa magnã dubitationẽ difficultatẽq; habẽt. Nũc est de motu ad locũ accomodato cõsiderãdũ qd nã id tandẽ sit: qđ ipsum aial motu mouet ꝓgrediendi. Patet itaq; nõ esse ipsam potẽtiã nutriẽdi. Nã alicuius gratia sp hic motus efficitur: estq; cum imaginatione uel appetitu: nihil enim nõ appetens aut fugiens hoc motu cietur: nisi forsitã ui. Præterea plantæ quoq; tali cierent̃ ꝓfecto motu: partẽq; aliquã ad hunc motũ ut instr̃m habere.

Pari mō nec ipsum sentiendi uim motus huiusce pricipiū esse cōstat. Sunt.n. aīaliū multa:q̄ sensum quidē habēt-manēt tamē-& sp̄ imobilia sunt:Q d' si natura nihil facit frustra:neq̄ necessarioꝝ qcq̄ omittit nisi i aīalibus mēbris captis ac ipfectis:atq̄ aīalium hæc & pfecta sunt & nō mēbris capta:cuius id iudiciū ē-& generāt.n. & statū decrementaq̄ suscipiunt:haberent & eas ipsa pfecto ptes:quæ pgrediendi sunt instrumenta. At uero neq̄ rōcinandi uis-& id qd' est intellectus appellat'-principiū est mouendi:intellectus.n.cōtemplatiuus nihil eoꝝ:quæ sub actionē cadūt cōtemplatur:neq̄ dicit qcq̄ oino si sit fugiēdum an psequendū. At motus sp̄ aut fugientis aut psequentis qppiam est. Actiuus ēt cū rē aliquā huiuscemodi cōtemplat':inde iā fugere:aut psequi iubet:attamē si res illa terribilis sit:cor ipsum mouet':sin afficiens uoluptate:ps aliqua alia corpis agitat'. Præterea intellectus nōnunq̄ iubet:rōq̄ fugere aliqd aut psequi dicit: at nō obtemperat hō neq̄ mouet':sed agit cupiditate:ut in ipso fieri solet in continente: oino aūt persæpe fieri uidemus:ut nō medeat' isce:qui medicinam hēt:nec hisce cōficiat statuā:q statuariā hēt artem. Propterea q̄ non ars ipsa neq̄ sciētia:sed aliquid aliud hāc habet uim & potentiā ut per ipsam artem aliquid:sciētiamq̄ agatur. At uero nec appetitus auctor atq̄ particeps huius est motionis:cōtinētes.n.q̄q̄ appetunt atq̄ cupiunt: non tamen agūt ea quæ cupiunt:sed intellectum ipsum sequuntur:rōniq̄ obtemperāt.

Capitulum secundum.

Idenť igitur duo hæc eē mouentia-uel appetitus-uel intellectus:si quis imaginationem-ut quādam intellectionem esse ponat:nā & hoies magis imaginationem q̄ sciam plærūq̄ sequuntur:& in cæteris aīalibus non intellectio neq̄ ratio:sed imaginatio inest. Hæc igitur ambo intellectus & appetitus mouendi motu dicto principia sunt. Intellectus is inquam:qui alicuius gratia rōcinatur:quiq̄ principium est agendi. Atq̄ hic fine ab intellectu cōtemplatiuo differt. Appetitus etiam ois alicuius est gratia:cuius enim est appetitio:id est principium intellectus actiui: at ipsum ultimum principium est actionis:quare nō sine rōne pricipia mouēdi uidenť hæc eē duo:appetitus inquā & mēs ea:quæ principiū est agēdi:Ipsum.n.appetibile mouet: & ppterea mens mouet:qd' apptibile ipsius principiū est. Imaginatio quoq̄ cū mouet-nō absq̄ appetitiōe mouet. Vnū igiť est id:qd' mouet-ipsum inquā appetitiū. Nā si duo intellectus atq̄ appetitus mouerēt:p aliquā cōem utiq̄ formam mouerent: tunc autem itellectus quidē nō uideť absq̄ appetitu moueri uolūtas enim appetitus est quidam:atq̄ cū sit motus:per rōnem & etiā per uolūtatem sit. Appetitus autē absq̄ ratione mouet. Cupiditas.n.& ipsa quidā est appetitus. Intellectus igiť rectus est ois:at appetitus atq̄ imaginatio-& recta ē-& nō recta. Quocirca semp quidē ipsum appetibile mouet:hoc aūt est aut uere bonū:aut apparens bonū. At tamē non oē bonū mouet sed id qd' sub actionem cadit:sub actionē aūt cadit:qd' alter sese hr̄e ēt potest. Patet igiť talē aīæ uim atq̄ potentia principiū esse mouendi:q̄ quidem ē ea:quā appetitū cō sueuimus appellare:cōstat eos oportere:q partes aīæ diuidūt. Si mō potentias ipsas diuidāt-atq̄ separent:cōplures ipsas eē cōcedere nutriendi principiū-sentiendi-intelligēdi-deliberandi-& appetendi:hæc.n.plus inter sese differūt:q̄ potētia cupiendi:ac irascēdi. Cum aūt appetitiōes inter sese cōtrariæ fiant:qd' qdē tū fit:cū rō cupiditasq̄ contrariæ sunt:idq̄ fieri solet in hisce:q̄ sentiūt atq̄ pcipiū tēpus:mēs.n.ob futurū-retrahere iubet:Cupiditas uero præsens ipsum psequiť:nam qd' iā afficit uoluptate-id & simpliciter afficere uoluptate:& absolute bonū esse uideť:ex eo sane quia futuꝝ nō perspiciť. Specie qdē unum id est pfecto qd' mouet appetitiuū inquam-ut appetitiuum

est:atq; appetibile omnium est mouētium primum. Hoc enim mouet. & non mouetᷓ mente:at imaginatione perceptum:numero uero plura sunt ea:quæ mouent. At uero cū tria sint in animalium motu :unum id quod mouet:secūdū id quo mouet:& tertium id quod mouetᷓ:atq; id qđ mouet sit duplex:nā aliud est ímobile:aliud mouet atq; moue tur:ímobile quidem id bonū est:qđ sub actionem cadit:id uero quod mouet atq; mo uetᷓ est ipsum principium appetendi:mouetᷓ enim id quod appetit ea ratiōe qua appe tit:& appetitio est motus quidā uel operatio. Id autē quod mouetᷓ est animal ipsum:at quo mouet appetitus ut instrumento. Id iā corpori tribuendum est. Quocirca de ipso tunc est contemplandū:cum de cōmunibus animæ corporisue operibus atq; officiis cō templabimur. Nūc ut in summa dicamus id:qđ mouet ut instrumentum:ibi ē collocandū ubi idē principii rationem finisue subit:ut in cardine fit. Hic enim conuexum & concauū est:quoꝝ alterum principium est. Quapropter alterū quiescit alterū mo uetur. Sunt rōne quidem diuersa. Magnitudine uero non separātur. Vniuersa nāq; pul su tractuq; mouentᷓ. Iccirco oportet perinde atq; in circulo aliquid manere: & hinc in cipere motum. Omnino igitᷓ uti diximus:hoc suiipsius motiuum est animal: quo ē appetitiuum. At appetitiuum sine imaginatione non est:oīs aūt imaginatio aut rationis est particeps:aut est sensitiua:atq; huius & beluæ particeps sunt. At enim cōsiderandum est etiam:quid nā sit id:qđ imperfecta animalia motu ciet:quibus sensus inest tā tum modo tactus. Atq; inuestigandū est:si his etiam ísit imaginatio cupiditasue nec ne & enim dolor atq; uoluptas his inesse uidetur. Quod si hæc insunt:& cupiditatem necesse est eisdem inesse. At quonam pacto his imaginatio in est. An asserendum est ut uidetur hæc & in his inesse imaginationē inquā atq; cupiditatem:uerum ut indeterminate mouentᷓ:sic & hæc ipsis insunt indefinite. Imaginatio igitᷓ sensitiua rōne ēt in exp tibus uti diximus animalibus inest. At deliberatiua his inest tātū in quibus rō inest:nā utrum hoc agat an hoc:rōnis iam opus atq; officiū est. Atq; necesse est uno quodā metire:maius enim persequitᷓ. Quare pōt unum ex pluribus fantasmatibus facere:& hæc est cā sane :cur non oīs imaginatio uidetᷓ opinionem hr̄e:qa eam q̄ est ex rōcinatiōe nō hēt:at hæc illā nimirū habet. Quapp deliberatiuū appetitus nō habet. Vincit aūt inter dum appetitus mouetq; uoluntatē:interdū hæc illū:appetitus inquā appetitū ut spæra. cū in cōtinentia fit atq; semper supior magis est princeps mouetq; natura quo fit ut tres iam motus efficiantᷓ. Ea uero rō. cui sciæ tribuuntur non mouet:sed manet: cum aūt extimationū ac rōnūq; alia sit uniuersalis alia singularis:alia nāq; dicit omne bonū honoribus esse afficiēdum:hæc uero dicit aut me bonū eē hæc iā opinio mouet:non il la uniuersalis:qn potius ambæ mouent:at illa qescens magis:hæc autem non quiescens.

Capitulum tertium.

NEcesse ē igitᷓ oē:qđ uiuit aīamq; hēt nutriendi uim habere ab ortu generatio neue usq; ad interitum corruptionemue suā:necesse est enim oē qđ est ortū accretionum & statum & decretionē hr̄e:q̄ quidē ut patet sine nutritione fie ri nequæuunt: necesse est igitur:uniuersis his:quæ accrescunt atq; decrescunt inesse potentiam nutriendi. At non in oībus uiuentibus necesse est sensum esse. Etenim neq; ea possunt tactum habere: quoꝝ corpus est simplex:quæ non sine materia formarū sunt susceptiua:neq; fieri potest ut sine hoc sensu aīalium quicq̄ in rerū sit rōne. Animal autem necesse est sensum hr̄e:si nihil facit frustra natura :nā uniuersa quæ natura conficiuntur gratia sunt alicuius:aut sunt casus eoꝝ:quæ alicuius cā fiunt. Si igitᷓ corpus qđ habet uim gradiendi nō haberet sensum:corrumpetᷓ sane: & non ad suum ꝓficisceretᷓ

perueniretq; finem: quem quidem opus esse naturæ constat. Quo nãq; pacto nutriet. Immobilibus.n. adest nutrimētū eo in loco: ubi sunt orta: quo nutri possunt suapte natura. Fieri aũt nequit: ut corporū quicq̃ mobile, atq; ortum aĩam quidē habeat, discernentēq; mentem: sensu autem uacet. Cur enim non habebit: aut enim animæ, aut corpori idipsum melius erit: at neutri uidetur melius esse: illa nanq; ob hoc non intelliget magis. Illud autem non ob idipsum magis persistet. At uero neq; corpus quicquam ingenitum animatū sensum habere necesse est: nullū igit̃ uti diximus, non immobile corpus habet animam absq; sensum. Atqui si sensum habet: necesse est ipsum uel simplex corpus, uel mixtum esse: sed fieri non potest ut sit simplex: non enim habebit tactum: at hunc sensum inesse necesse est. Quod quidem ex hisce perspicuum euadere pōt: nã cum animal oē corpus sit animatum: corpusq; omne tangibile sit. Tãgibile autem sit id: quod est sensibile tactu: necesse est & animalis corpus uim habeat sentiendi, tãgēdo si debeat ipsum animal conseruari. Cæteri nanq; sensus per alia quædam externa sentiunt. Odoratus inquam, uisus ac auditus. Tangens autem nisi sensum habeat: non poterit alia quidem fugere: alia aũt capere. Quod si ita sit, fieri non potest: ut ipsum animal conseruetur. Quapropter & ipse gustus quasi tactus est quidam: Est enim alimenti sensus. At alimentum corpus: est quod tactu percipitur. Sonus autem, & color, & odor non nutriunt: nec accretionem decretionemue faciunt. Quare necesse est ipsum gustatū, tactū quēdam esse: quia rei tangibilis, ac nutritiuæ ē sensus: hi igitur sensus necessarii sunt animali: atq; perspicuum est fieri nō posse, ut sit animal absq; tactu. At cæteri sensus boni sunt gratia, & definitio iam generi non cuius animaliū sine ullo discrimine. Sed cuidam ut gradiendi necesse est inẽt: nã si conseruari debeat: non solum tangendo: sed eminus etiam sentire ipsum oportet. Quod quidē erit si per extremū sentire medium possit hoc pacto ut a sensibili quidē medium: ab hoc aũt ipsum patiatur, ac moueatur. Nam ut in motu ad locum accomodato fieri solet: cum permulta efficit̃: primum nãq; mouens pellit sensum, pellendoq; facit, ut illud pellat id: quod deinceps post illud est collocatū: fitq; hoc pacto motus per mediū: atq; primum quidem pellit, & non pellit̃: ultimum aũt pellit̃, nō pellit: medium uero pellitur atq; pellit: & interdum plura sunt madia: interdū pauciora. Sic & ĩ alteratione fieri solet, hoc excepto dũtaxat id inquã: quod alterat eodem in loco manere: ueluti si quispiam in ceram tinxerit usq; ad id mota est usq; quo tinxerit: lapis aũt non mouet̃: at aqua ad distãtiã lõgã. Aer aũt ad longiorem mouetur, atq; agit, & patitur: si maneat sitq; unus & non diuisus. Quapropter & de reflexione melius est aerem a figura colorеq; pati: quousq; sit unus: est autem unus in ipso leui: qui egredientem uisionem frangi atq; reflecti cēsere. Quocirca rursus hic mouet uisum: perinde atq; signum. Quod in ceram imprimitur transmitteretur usq; ad finem.

Capitulum quartum.

AT qui perspicuum est fieri non posse corpus animalis sit simplex: igneum inquam, aut aqueū, aut aereum: nam nullus alius sensus absq; tactu haberi pōt. Corpus.n. animalis oĩs: ut dictũ ē uim habet sentiendi, tãgēdo: cætera autem elementa præter terram, instrumenta sensus fieri possunt: atq; omne tale per aliud sentiendo sensum nimirū efficit: & per media. At tactus in tangendo sensibilia sua cōsistit. Quapropter & hoc nomine nuncupatur: atq; tametsi cætera quoq; sensum istrumēta tactu sentiunt: tamen per aliud medium sentiunt: at ipse tactus per seipsum solus sentire uidetur. Quibus efficitur: ut nullum talium elementorum corpus sit animalis: at ue-

ro neq rerum esse pōt. Tactus enim ueluti mediocritas est omnium tangibilium & instrumentum ipsius non modo terræ differentias est susceptiuum. Sed ēt calidi frigidique cæterorumq oīum tangibilium:& iō neq ossibus neq pilis neq talibus partibus ullis oino sentimus:quia terrea sunt. hinc & plantæ oīum sensuum sunt ut patet expertes:quia & ipse terræ sunt at absq tactu fieri non pōt:ut alius quisq sit sensus:huius āt instrumētū sensus neq terræ est neq cæterorum ullius elementorum. Hæc cū ita sint:patet animalia necessario mori:cum hoc solo sensu tactus priuantur:neq enī fieri potest ut hunc sensum nō animal habeat:neq si animal est:alium sensum præter hunc hr̄e necesse est:& ppterea fit ut cætera quidē sensibilia non corrūpant suis exuperationibus animal:color inquā sonus & odor:sed ipsa tātum sensuum istrumenta:nisi p accidēs ut simul cū sono pulsio actusq fiat:& si a rebus quæ uidentur atq ab olentibus alia mouentur:quæ tactu corrumpunt:sapor etiam hoc sane corrūpit:quo simul accidit ipsum tangibile esse:exuperationes aūt tangibilium ut calidorum frigidorum & huiusmodi ipsum iterficiant atq iterminant animal. Exuperatio enim sensibilis cuiusuis sensus destruit istrumētū atq deuastat. Quare & tāgibile exuperās ipsum destruit tactū:at hoc sensu definitū est aial:sine nāq tactu fieri non posse ut sit animal demonstrauimus. Quā obrem exuperationes eorum quæ tactu percipiuntur: non solū instrumentū ipsius:uerumetiam aial ipsum interimūt atq corrumpunt:qa necesse est aial hunc solum hr̄e: cæteros aūt sensus animal habet:non ut sit: sed ut bene sit ut antea diximus. Visum.n. habet ut uideat. Quoniā & in aere & in aqua & oino in perspicuo degit. Gustum aūt ob id: quod uoluptate afficitur:aut dolore:ut in alimento ea sentiat & cupiat ac moueatur: & auditum ut aliquid significetur: linguam præterea:ut ipsum aliqd alii p ipsam significet.

Aristotelis de anima Liber tertius & ultimus explicit.

Epistola Petri Marsi ad illustrissimum principem Virginium Vrsinum.

PRothagoram inter sophistas non ignobilem illustrissime princeps Virginī Vrsinæ domus:& auiti stemmacis adamātinum columen docendo:& monendo discipulorum consuluisset ingeniis:mercede laborum:atq doctrinæ tactis de more sacris illorum æstimata iudicio contentum æquo animo uixisse scribit Plato. Qua benignitate nil iucundius excogitari potuisset:ac iustius. Non enim dantis arbitrio:sed recipientis beneficium expendi par est:ne ingratitudo uitiorum omnium caput. & æstuātis cupiditatis insanabile ulcus appareant. Homo nāq hominum usui natus est: & gloriæ:quæ honestissimarum artiū studiis: uiuendi prudentia: & multiplici cognitione comparatur:ac fulget. Illum uero cuius operam gratuitam & promptam sectatores experiuntur deo (quoad homini fas est dicere) similium iudicio. Qualem huius memoriæ ingenia Ioānem Argiropylum Cōstantinopolitanum non minus auito: quā suo splendore illustrem non sine diuino nutu sortita sunt. Qui rerū oīum naturā: & uim acri:atq sublimi complexus ingenio ad Latinorum cognitionē:ad honestissimorū studiorum utilitatem & decus diuinum illud philosophorum principis acumen trāstulit. Et aliquādo triplicem philosophiā latine loqui edocuit & Romana pēitus ciuitate donauit. Sed imatura mors (si tamē id pōt sapiētissimo uiro cōtingere) tantarum uigiliarū munus: & excultæ lucubrationis editionem quam dies urgebat & noctes phdolor abrupit. Attamen qua potuit uir optimus noi:ac nepotibus alta mente:ac pientissimo uoto pro-